

DECLAMATIONES  
IN OMNES SOLEN-  
NITATES, QVAE INFESTI

VIS SANCTORVM QVOT ANNIS IN  
Ecclesia Romana celebrantur, conciona-  
toribus verbi Dei vtilis,




Per Fratrem Alonsum ab Orozco, Ordinis  
sancti Augustini edita.

Ad Illustriss. D. D. Didacum Couarruias à Leyua, Episcopum  
Segobiensem, supremique senatus regij Præsidentem.



De la libreria  
de la Com-  
unida de N.  
P. J. Aug.  
de Granada  
Luz



CUM PRIVILEGIO  
SALMANTICI

Expensis Simonis à Portonarijs.

1573.

Esta tassado en cinco reales.

Intercedere  
Luz

## Licencia.



On Phelipe por la gracia de dios Rey de Castilla, de Leó, de Aragó, de las dos Sicilias, de Ierusalem, de Nauarra, de Granada, de Toledo, de Valencia, de Galicia de Mallorca, de Seuilla, de Cerdeña, de Cordoua, de Corcega, de Murcia, de Iuen: Conde de Flandes y Tirol &c. Por quanto por parte de vos Fray Alonso de horosco de la orden de S. Augustin nos fue fecha relacion que vos queriades ymprimir vn libro en latin yntitulado las fiestas de los Santos de todo el año el qual era muy prouecheoso y de sancta doctrina y nos pedistes y suplicastes vos mandasemos dar licencia, para le ymprimir o que sobre ello proueyesemos como la nuestra merced fuese, lo qual visto por los de nuestro consejo por quanto en el dicho libro se fizo la diligencia que la prematia ca por nos agora nueuamente hecha dispone fue acordado que deuiamos mandar dar esta nuestra carta en la dicha razon e nos tuuimos lo por bien por la qual vos damos licencia y facultad para que por esta vez podays hazer ymprimir el dicho libro que de suso se haze mencion sin que por ello caygais ni yncurays en pena alguna y mandamos que la tal ympresion se haga por el dicho original

que van rubricadas todas las ojas y firmadas al fin de Ioan fernandez de Herrera nuestro escriuano de camara de los que residen en el nuestro consejo y que despues de ympreso no se pueda vender ni venda sin que primero se trayga al nuestro consejo juntamente con el dicho original para que se vea si la dicha ympresion esta conforme a el y se tase el precio por que se a de vender cada volumen so pena de caer e yncurrir en las penas contenidas en las prematicas y leyes de nuestros Reynos q̄ sobre esto fablan y mas de la nuestra merced y de diez mill marauedis para nuestra camara. Dada en la villa de Madrid a siete dias del mes de junio de mill e quinientos y setenta y dos años.

El Doctor Diego Gasca.

El Licenciado Fuenmayor.

el Licenciado Iuan Thomas.

El Doctor Redin.

El Licenciado Contreras.

El Doctor Francisco de Auedillo.


Yo Iuan Fernandez de Herrera escriuano de camara de su Magestad la fize escriuir por su mandado con acuerdo de los de su consejo.

## Tassa.

YO Iuan Fernandez de Herrera secretario del cõsejo de su Magestad doy fee que auiendo se visto en el cõsejo por los señores del vn libro que hizo Fray alõso de Horozco de la orden de Sant Augustin que con su licencia fue ympresso y ntitulado de las fiestas de los sanctos de todo el año en lengua latina e auiedo se corregido con el original e ympresso las erratas e visto todo por los dichos señores tafaron el precio por que se pueda vender cada libro de la dicha ympresion en papel en cinco reales contanto que no se pueda distribuir sin q̄ vaya ympreso este testimonio de tasa al principio de cada vno de los dichos libros Fecho en Madrid a quatro de Mayo de mill e quinientos e setenta e tres años. va testado puesto y entre renglones ympreso.

Iuan Fernandez  
de Herrera.

**AD ILLVSTRISS.  
ET REVERENDISS. D.  
DIDACVM COVARRVVIAS A LEY-  
ua supremi senatus Præsidem, & Segobiensem episcopum, Simon  
à Portonarijs.**



*X*omni scriptorum genere  
eos plurimi semper fieri duxi  
(ampliss. Præsul) quorum in-  
dustria eò spectavit, ut suo la-  
bore, quantum in ipsis esset, mortalibus ad  
summi boni adeptionem, adiumento esse pos-  
sent. Cumque ad id multa numerentur viæ, ij  
(meo iudicio) certissimam, præ alijs felicitatis  
adipiscendæ rationem aperuisse mihi videtur,  
qui **CHRISTI IESV** servatoris nostri,  
sanctissimorumque virorum, qui se eius  
quàm similimos esse, & haberi voluerunt,  
vita, rebusque præclare gestis propositis, ceteros  
homines ad honestè vivendū excitare studuerunt.  
Nemo, opinor, turpis adeò est, adeoque voluptatū  
admirator, quē nō sui pudeat, in eoque re-  
miniscat cupiditas quædam vitæ purius peragen-

de, cum audit, siue legit, sanctissimos viros,  
ac foeminas, magno, elatoq; animo conculca-  
tis mundi & carnis illecebris, ad caelestis il-  
las sedes contendisse, ubi beati sempiterno nunc  
aeterno fruuntur: aditumq; illò patere omnibus,  
qui se ad illorum praecepta, salutariaq; institu-  
ta composuerint. Exemplis enim acrius nihil  
urget: sunt in nobis ad virtutem igniculi qui-  
dam: est ipsa ratio, quae nunquam ita sopitur,  
quin ad haec, quibusdam quasi facibus admo-  
tis, aliquando excitetur, seq; in veterem liber-  
tatem asserere cogitet. Plurimum igitur R.  
P. F. Alphonsi Orosij industria, solertiae-  
que debetur, viri & doctrina, & vitae inno-  
centia clarissimi, qui nunquam desijt sacris co-  
ncionibus, & scriptis eruditiss: omnes ad bea-  
tae vitae studium, caelestiumque rerum deside-  
rium inflammare. Qui cum multa iam, &  
praecleara ingenij sui monimenta (hominum  
magis saluti, quam privatae suae utilitati con-  
sulens) in lucem protulerit, longè plura, diui-  
no fauente numine, prolaturus, postremò ha-  
sce de sanctis conciones absoluit, eruditio-

nis

nis, atq; pietatis refertas luminibus. Eas tibi  
ego (Praeses Illustriss.) meam nunc operam typis ex-  
cusas dicare constitui, ut hoc tenui munuscu-  
lo maximam in te meam obseruantiam, cul-  
tumq; testatum omnibus relinquerem. Cui ve-  
rò rectius quam tibi nuncupari poterant? qui  
ea vitae integritate populos tuos creditos fidei  
semper gubernaueris, & non minus rectè fa-  
ctis, quam assiduis concionibus ad veram so-  
lidamque gloriam incenderis, ut nunc tan-  
dem DEI primùm immortalis beneficio, ac  
deindè PHILIPPI II. regum maximi,  
iudicio, extetis Hispaniae regnis vnus praesis:  
qui quidem honos à sapientissimo hoc rege vir-  
tuti solitus est tribui. Iam de tua excellenti do-  
ctrina quidquam si velim dicere, amens sim:  
cum nemini sit obscurum, te in iure civili, &  
Pontificio ita excellere, ut pauci tibi aequen-  
tur, antecellat nemo: quod ex eruditissimis  
tuis lucubrationibus (quas periti omnes cum  
antiquorum libris conferunt, & mirabuntur  
posterì) liquidò patet. Quid? Sacrae Theologiae  
studium, cuius cupiditate semper flagraisti, &

¶ 5

in qua

in quamagnos fecisti progressus, ita es ani-  
mo complexus, ut auelli ab ea nunquam pos-  
sis. O verè felices Hispanos, & beatissima  
hæc regna, quandiu eis, tui similium imperio  
administrari contigerit? Verùm de his satis.  
Illud mihi vnum à tua singulari benignitate  
dari solùm obsecro, & obtestor, meæ ut hanc  
tibi obsequentissimæ voluntatis significatio-  
nem complectare: meque in tuorum familia-  
rium numerum, immerentem licet, ascribi  
velis: quod ipse te (quæ tua est in om-  
neis humanitas) prolixè fa-  
cturum minimè  
despero.

PRO-

PROLOGVS AVTHORIS.

**Q**UAM vehementer, arduū,  
quāq; satis difficile fit (cā-  
dide lector) potissime hac  
nostra tēpestate, tā varijs  
hominū iudicijs facere satis, nemo plane  
tā stupidus, atq; rudis est, qui vllatenus  
ambigat, vnde palā in scitia eius apparet,  
qui nō veritus est asserere, vnū esse intel-  
lectū in omnibus. Quādoquidē, si res sic  
haberet, haud tā variæ essent circa eādē  
rē sententiæ. verū ita est (prudens lector)  
q; nihil tā elaboratū, nihilq; tā perfectū  
hactenus fuit, quod nō maleuolorū ani-  
mo lædatur (quorū ni fallor) bona pars  
vbiq; est. id enim à natura cōparatum vi-  
demus, ut qui ex se nihil possunt edere,  
in aliorum partus ingeniosi videantur.  
Ego autem (ut ingenuè fatear) id pericu-  
li nunquam extimui, cum sanè in libris,  
quos dño suffragante scripsi, nil præex-  
celsum, nil magnificū appareat, quin po-  
tius mediocri stylo non sublimi genere  
vbi fuerimus. Est sanè veritas ipsa suapte  
natura

Commen-  
tator Aue-  
rois.

ad Lectorem.

natura tam decora, ac venusta, ut nullate-  
nus fucatis, aut picturatis verbis opus ha-  
beat eam ob rem ad gravitatem sacre scri-  
pturae descendentes, quoduis verborum  
ornamentum vltro reliquimus. Illud au-  
tem vehementer (Lector sapiens perti-  
mescebam) dum cepi vastam hanc provin-  
tiam perlustrare, & sacra euangelia, tum  
omnium Dominicarum, tum etiam festi-  
uitatum sanctorum exponere, ne forte  
mihi contingeret, quod Demostheni,  
Graciae elegantiae principi, coram rege  
Philippo verba facturo accidit. Enimue-  
ro tanti viri maiestate percussus (factum  
est) ut in ipso statim orationis limine stu-  
pefactus, haereret: sed hunc metum et du-  
bitationem, confidentia in Christo Iesu  
funditus labefactavit, cuius opitulationi  
enixus (tibi candide Lector) nonnullos  
libellos tradidimus, quorum tituli sunt.  
Regalis institutio. Declamationes in om-  
nes Deiparae Mariae festiuitates. Decla-  
mationes pro aduentu Domini. Declama-  
tiones,

Prologus.

tiones quadragesimales. Declamationes <sup>Septem o-</sup>  
in dominicas post pascha. Declamationes <sup>pera auto-</sup>  
pro dominicis post penthecoste. Nunc ob- <sup>ris.</sup>  
secro has declamationes accipe in om-  
nes sanctorum solennitates, quippe  
quas non absque labore conscripsimus:  
gratias inexhaustas agentes Deo Optimo,  
qui que ineffabili clementia sua roborauit  
nos, adeo ut cuncta euangelia totius  
anni, pro modulo nostro elucidaremus.  
¶ Nempe in hoc libro, sicuti & in alijs  
quos nuperrime adnumerauimus, nihil  
quod errorem sapiat inuenies sed haud <sup>sanctorum</sup>  
dubie doctorum sanctorum dogmata, de <sup>dogma.</sup>  
legimus, quippe quae apprimè sacram scri-  
pturam explicant. Quod si non semper  
adamussim verborum seriem seruauimus,  
(breuitati summoperè studentes) saltim  
sententiam protulimus, ut par erat ani-  
mus utique fuit euangelia pro communi  
sanctorum, in fine huius libri explicare:  
veruntamen, ne plus equo hic liber cres-  
cere, consilium mutauimus: superest  
(candi-



ad Lectorem.

(candide Lector) vt mecum vnâ prece-  
ris Christum Iesum, quò sua gratuita di-  
gnatione, lucubrationes hasce frugife-  
ras affinat, & quisquis eas pro affectu le-  
gerit, aliquid vtilitatis hauriat. Faxit Sal-  
uator noster Iesus, vt nostra oratio, vt  
incensum ascendat in conspectu eius: a-  
deo vt ipsum toto amantes pectore, can-  
didoque ei seruientes corde, post exha-  
latam animam, facie ad faciem, maiestatem  
illius intueamur, atque pulchritudine  
gloriæ eius perpetim fruamur. Et  
quam optimè vale pie Lector,  
ac pro hoc Sene Septua-  
genario digneris  
orare.

FINIS PROLOGI.

AD PIVM LECTOREM.



E mandato supremi regij sena-  
tus, opus cui titulus est, Decla-  
mationes in omnes solennita-  
tes sanctorum, authore Reue-  
rendo Fratre Alphonso ab Horozco vi-  
ro doctissimo & mira sanctimonia orna-  
to, inspiciendum ac expendendum acce-  
pi, euolui, perlegi, vt potui accuratissi-  
me presens opus, atque hac in re, quantum  
animi mei coniectura colligere possum,  
tam pie & aptè traduntur omnia vt nihil  
deesse videatur, quominus, & bonis viris,  
& multis admirationi sit. Est enim tanta  
instructione, & doctrina perfectum, in-  
genio elaboratum, ab omni errore alienum  
vt nihil inuenias, quod non orthodoxam  
fidem redoleat, quapropter authoris la-  
bore frui, quod si feceris, quantum vti-  
litatis inde sis reportaturus tu ipse postea  
libenter fateberis. Vale. Madriti 12. die  
mensis maij anni dominici. 1572.

Frater Ioannes  
de Gamarra.



# IN CIPIVNT DECLAMATIO-

nes pro cunctis Sanctorum  
festiuitatibus: in quibus euangelia  
que illis accommodantur vt  
liter exponun-  
tur.

*In festo sancti Andrea. Decla-  
matio prima.*




**D**EVS NOSTER  
optimus maximusque  
(fratres charissimi) tam  
est verax in promissis,  
imò veracissimus, vt fa-  
ciliùs coelũ & terra tran-  
seat, totaque mundi ma-

china dilabatur, quàm vel iota vnum aut a-  
pex verborum suorum transire contingat.  
Vnde satis disertè regalis propheta asseruit  
dicēs: Dñe veritas tua in circuitu tuo, per in-  
de dicat, ne dũ potentissimus tu es domine,  
in cuius ditione cuncta sunt posita, adeò vt  
nemo voluntati tuæ obistere queat, sed e-  
tiam

Matth. 25.

Psal. 89.



## Declamatio prima

nam in pollicitationibus tuis veracissimus  
cōprobaris, ita vt ipsa veritate tanquā veste  
regali induaris. Verūm hoc vel solū, nos om-  
nes ad summi numinis amorē pertrahere, &  
prorsus allectare fas erat, quōd Deus noster,  
*Deus verax*  
*est.*  
vt pote æterna veritas, sicut nec falli, sic ne-  
minē vnquā fallere potest. At cōtra, mūdus  
nequā, cuius princeps, & moderator, versu-  
*Ioan. 8.*  
tus demō est, suapte malitia mēdax, & mēda-  
cij pater, quemadmodū saluator cōtestatur:  
ita & mūdus suos sectatores decipit, deceptos  
tādē in terribilissimū baratrū deicit: in cuius ty-  
po Labā pessimus, post tot obsequia à Iacob  
præstita, sæpenumero erga mercedē exhibē-  
dā ei mētitus est. Eā ob rē vir Dei meritō ex-  
*Genes. 3 1.*  
clamauit, querimoniā faciēs. Mutauit decē vi-  
cibus mercedē meā. Hinc clā effugere decer-  
nēs, mēdacē Labā dereliquit, cōmētitia eius  
*1. Ioan. 2.*  
verba abhorrēs. Agite vos fratres, posthac  
nolite diligere mūdū, neq; ea quæ in mūdo  
sunt: quādo quidem in maligno positus est,  
fallax, subdolos, & omnis veritatis expers.  
Fugite quā primū, & eo in salutato, ad Deū  
veracissimum conuolantes, eum toto pectore  
diligite, ac indiuisē ei adhærennes, iugi-  
ter obsequia illi impendite. Is solus munifi-  
cus est in ditandis suis seruis, verax in qui-  
busuis promissis. Huius rei argumento vo-  
bis

## In festo sancti Andreae. 2

bis sit, quā exactē Deus quod Abrahæ re- *Gene. 22.*  
promisit adimpleuit. Nempē, in semine il-  
lius benedictæ sunt omnes gentes, vbi pater  
suum vnigenitum filium Christum Iesum  
misit, factū ex muliere sacerrima Maria vir-  
gine, factum sub lege, vt eos qui sub lege e-  
*Galat. 4.*  
rāt redimeret. Vti per pulchrē Apostolus te-  
stis est. Qui sponte filium suū nobis præbuit,  
vt nos cruore suo roseo è faucibus cruenti  
drachonis eriperet cæliq; aditū reseraret,  
tantū abest, vt pollicitationes suas inanes  
relinquat. Quum ergo multis retro diebus,  
per vatem suū Hieremiā, populo suo Deus  
p̄miserit, se daturū præcones verbi sui, qui  
pequi homines erudirent, & verba salubria  
eis præbentes, in viam salutis deducerent,  
placuit ei pollicitationē illam implere, vati-  
ciniū plane sic habet. Mittā piscatores mul- *Hiere. 1 6.*  
tos, & piscabūtur eos. Eas ob res saluator no-  
ster Iesus ad mare Galilææ pergēs, intuens  
inibi, quatuor fratres, Petrum, Andreā Ioā-  
nē, & Iacobū, piscationi deditos, ore suo sa-  
cro eos vocauit. Quique nullas trahētes mo-  
ras, extemplō cuncta reliquerūt, & dñm vo-  
cantē comitati sunt. Summatim sancti euan-  
gelij historiam narrauimus: nunc par est, Chri-  
sti Iesu auspicijs adiuti, quæ iā cōpedio dixi-  
mus, fusiùs explanare. Ait ergo Matthæus.

Declamatio prima

*Euangelii.*  
*Matth. 4.*  
*Luce. 5.*

¶ Ambulans Iesus iuxta mare Galilee, vidit duos fratres, Simonem qui vocatur Petrus, & Andream fratrem eius, mittentes rete in mare, erant enim piscatores.

*Matth. 4.*

¶ Mira res fratres, satis & miranda, quam magno delectu saluos discipulos suos accersit: post plurima ieiunia quae in scilenti deserto seruauit, ita vt nihil cibi per totam illam quadragesimam acciperet, post creberrimas & flamigeras orationes patri coelesti oblatae, postque tot tetationes a diabolo excitatas, ac deuictas, apostolorum vocationi incumbere instituit. Vbi praelatos docuit, & reges fideles erudiuit, vt omni librata ratione, & non absque delectu ministros sibi

*Psal. 100.*

accersant (cum regali propheta dicentes). Non habitauit in medio domus meae, qui facit superbiam. Et iterum. Ambulans in via immaculata, hic mihi ministrabat. Vtinam summa

*Psal. 100.*

esset cura cunctis orthodoxis, de re tam seria, tamque summo numini grata. Sed pro nefas, homines mortales, nihil minus student, de suis obsequijs dumtaxat solliciti, an famuli dominum coeli & terrae offendant, nec scire, neque scientes corripere conantur, caeterum iam tempus aderat vt Iesus chorum aliquem colligeret, quos familiares haberet testes omnium, quae doceret ac faceret, per quos alios deinde eru-

In festo sancti Andreae.

3

de erudiret. Ea ob rem ad mare Galilee deuenit, iuxta quod ipse ambulabat. Profecto mare hoc in sacra pagina, nunc lacus Genesareth, nunc mare Thiberiadis appellatur. Itaque, ex vicinis oppidis multifariam nomenclaturam sortitur. Sed de ijs in dominica quarta quadragesimae fusius tractauimus, vos iam charissimi parumper mecum expedite regem gloriae Christum Iesum, cui angeli in deserto ministrauerunt, & dum esset in cunabulis gloriam altissimo Deo decantauerunt, quomodo seorsum nunc incedit, solus, & circa mare ambulat? verum vt alter Ioseph quem pater coelestis misit in mundum, fratres suos inuisere, respondere poterit. Fratres meos quaero. Verum non abs re ambulat iuxta mare, qui veluti ex mare ascendit. Nonne nubecula quasi vestigium hominis tempore Heliae, fame inualecente ascendit, & tantum effudit aquae, vt terra vberes proferret fructus? ad eandem imaginem saluatoris doctrina, sic orbem vniuersum rorauit, foecundauitque, vt fames, quae mundum opprederat, non panis, sed verbi Dei prorsus euanesceret. Mirum ergo non sit, si prope mare ambulat, qui factus homo maris nostri, & laboris, misertus est. Quid quod deambulatio illa symbolum indulgentiae & misericordiae est? sane olim

*Ioan. 6.*

*Gene. 37.*

*3. Reg. 18*  
*Figura.*

*Amos. 5.*

Declamatio prima

*Genes. 3.* dominus deambulabat in paradiso ad auram post meridiē, & tunc vocavit Adam, & eum eduxit de delicto, vt pulchrē Sapiēs clamat. ca. 10. Nonne ambulans vidit Matthæū publicanum sedentem in telonico, & vocans eū misertus est ei? sed iam obsecro, quis pro dignitate enarrare quibit, quā efferebant Christi viscera, quā ardebat sacrum eius peccus, suæ diuinitatis oculis cernēs, mala pro p modum innumera, quæ in hoc mari magno, id est, in hoc mundo, fierēt quotidie? quando quidem (piscium more) potentes pauperes deuorant, diuites in cauernis tenebris delitescunt, vt trucidant rectos corde. *Improbi*, vnde affectuum suorum voluntantur, & cenosis oblectamentis oblectantur. O iactatio infœlix & laboriosa, nihil cōmodi preferens, multum verò incommodi afferens: Hæc omnia versabat dominus in ternē circum mare illud ambulans. Ideo ministros vocat, qui per omnia mundi climata currentes, pisces hosce, è tenebris peccatorum in lucem sacri euangelij extrahant.

*¶* Enimverò dilectissimi, & in viscerib⁹ Christi Iesu desideratissimi, voluptati nobis est, in hac saluatoris deambulatione non nihil immorari. Ne obsecro vobis sit oneri, adhuc Ioannem dilectū Iesu audire: quippe qui in

sua

Mundus mare est.

Psal. 97.

Angeli

¶

In festo sancti Andreæ.

sua Apocalypsi inter alia arcana quæ ei reuelata sunt, vnum potissime nobis recēset. Et vidi alium angelum, ait, fortē, descēdentem de celo amictū nube, & Iris in capite eius, & facies eius erat vt sol, & pedes eius tanquam columna ignis. Et posuit pedem suū dextrū supra mare, sinistrum autem super terrā. Et clamauit voce magna, quemadmodum cum leo rugit. Mirabilis planē Ioannis visio, longē verò mirabilior visionis significatio. Equidem angelus fortis de celo veniens saluator noster est, qui nube carnis nostræ amictus, in terris apparuit: nam verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Is angelus vocatur, & credit: quia (teste diuo Augustino) si nomē nature queramus, spirit⁹ est, si autē nomē officij, angelus est: nēpe, angelus nūcius interpretatur. Et quoniam filius Dei quō ad nos venit, vt æterna bona nūciaret, & sacrum euangelij mūdo prædicaret, quod bona nūciatio appellatur, ideo iure saluator, Angelus nūciatur. Huc expectat quod septuaginta, (non vti nostra vulgaris editio habet) scripsere, consiliarius, sed magni consilij, angelum messiam vocauerunt. Quin & ipsemet, inquit. Sicut misit me viuens pater, & ego viuo propter patrem. En se missum vocitat è celo.

Apoc. 10. figura.

Ioan. 1.

S. August.

Esai. 9.

Ioan. 6.

## Declamatio prima

Itaque angelus fortis valde, Christus est, cuius facies ut sol splendet: eo quod lux vera dicitur, & splendor glorie à patre procedens, illuminatque omnem hominem venientem in hunc mundum. Mirabile dictu, saluator alterum pedem super mare habebat. Nam ipse est de quo psalmographus. Tu dominaris potestati maris, motum autem fluctuum eius tu mitigas. Quod ad literam gestum legimus in euangelio, ubi tempestate magna ingruente, ab apostolis excitatus in naui, mari, & ventis imperavit: & subinde facta est tranquillitas magna. Pes dexter igitur, mare conculcans ad diuinitatem eius attinet. Alterum pedem habebat super terram, nam vere homo erat similis nobis, cuius verba ea sunt. Peregrinus sicut omnes patres mei. Vel si malumus, quatenus homo, in mari & terra pedes posuerat, nam simul viator & comprehensor erat. Inter fluctus æquoreos gradiebatur, fami, siti, & quibusuis laboribus obnoxius. Alioqui post tot ieiunia in deserto, non esuriret, neque fatigatus ex itinere, super fontem Samariae sederet. Rursus alterum pedem in litore maris fixit, dum anima illa benedicta, essentia diuina fruebatur. Hinc deprecans patrem, aiebat. Pater quos dedisti mihi volo, ut ubi ego sum, & illi sint mecum,

## In festo sancti Andreae.

5 cum, ut videant claritatem meam. Ecce beatitudinem animæ suæ palam facit dicens. Vbi ego sum, & amici mei sint, diuinitateque mea potiri valeant. Et notandum, quod hæc potissima ratio est, qua probatur Christum non potuisse peccare: quia anima illa sacrosancta per gloriam comprehensionis suo finierat coniuncta. Sanct. Thom. 3. d. 12. q. unica. art. 3. Cæterum angelus noster Christus fortiter clamabat velut Leo, quando Petro & Andreae, Iacobo, & Ioanni, dixit. Venite post me, & ipsi sequuti sunt eum ultro. Nunc sequitur.

¶ *Vidit duos fratres, Simonem qui vocatur Petrus & Andream fratrem eius. &c.*

Qui tantopere charitatem, & fraternitatem nobis commendauit dicens: Hoc est præceptum meum, ut diligatis inuicem, sicut dilexi vos: is vehementer gaudet super unitatem, & concordiam orthodoxorum suorum. Fraternitatem maximopere amat dominus, dissidia, & inimicitias vehementer horret: adeo ut nisi de inimicis studeamus bene mereri, & pro illis orare, cœlestis pater scelera nostra nequiquam remittet. Pulchre sapiens dixit. In tribus beneplacitum est spiritui meo, quæ sunt probata coram Deo & hominibus.

S. Tho. 3.  
dist. 12.

text.

Ioan. 15.

Eccles. 25.

Declamatio prima

concordia fratrum, amor proximorum, & vir & mulier sibi bene consentientes. Cuncta annotatu digna sunt, vos fratres ea in corde vestro versate. Siquidem fraterna concordia, non modo Deo optimo grata & probata est, sed etiam hominibus, etiam ethnicis, & absque Christo. Alioqui regalis propheta iucundam, & bonam eam non appellaret. Ecce, ait, quam bonum, & quam iucundum, habitare fratres in unum. Vbi sanctus Theodorus. Per ipsos eventus didicimus, nihil fraterna concordia iucundius esse, ob id fraternum consensum odorifero unguento comparavit. Quando quidem collecta ex pluribus rectis officijs perfectae virtutis virtutem efficit. Nec abs re iterum fraterna concordia rori comparatur, quo terra fecundior fit: nam ubi homines se concordia amicitia, & sancta charitate complectuntur, ibi Deus omnium bonorum copiam suppeditat, & sempiternam vitam lubens largitur. Scitenaque dixit sanctus Augustinus. Pax hominum est ordinata concordia. lib. 19. de civitate. ca. 13. ubi de concordia unius hominis ad alterum tractatur, quippeque nisi ordinata sit recta concordia, non erit. S. Tho. 2. 2. q. 29. art. 1. ad primum. Vos fratres si oculos Christi vultis conciliare, pacem habete, & Deus pacis & dilectionis erit vobiscum, apostolo teste.

Psal. 132.

S. Theodorus.  
vitus.

*Ubi sanctus Theodorus  
meu, in uno.  
7. miracula  
S. Augustinus.*

S. Tho. 2. 2.  
q. 29. ar. 1.

In festo sancti Andreæ.

teste. Nec velim hic Iesu intuitum corporalem inspiciatis tantum, fuit plane respectus internus simul, quo fit dulcissima & efficacissima cordium penetratio. Hæc sane tangit precordia, vulnerat sine dolore, ossa & medullam mirum in modum commouet, & ad Dei amorem excitat, ad fidem & obedientiam trahit. Huc pertinet illud. Gratia Dei & misericordia in sanctos eius, & respectus in electos illius. Sic respexit Zachæum in Sicomoro, Matthæum publicanum in telonio, & Petrum tertio negantem, & illico egressus foras fleuit amare, peccata sua lachrymis diluens. O Iesu bone quam ocissime obsecro, respice in me peccatorem, & miserere mei.

Sapientia. 4.

Luce. 19.

¶ Quid plura fratres? laborantes, non ociosos fratres hos inspexit, (nam teste Iob.) Homo natus ad laborem, & avis ad volandum. Et rursus, eos foelices vocat propheta, qui manibus suis victum querunt. Labores manuum tuarum quia manducabis, beatus es & bene tibi erit. Ecce solatium magnum pauperibus in sacris literis datum. Qui non laborat, inquit, Paulus, non manducet: quique alibi, ait. Manus meae ministraverunt mihi, & ijs qui erant mecum. Mittebant duo fratres rete in mare, sese invicem

Iob. 5.

Psal. 117,

Declamatio prima

vicem adiuuantes, exemplum nobis exhibentes, vt nos fratribus nostris adiutorio simus, vbi ope nostra opus habent: qui verò secus faciunt, non sunt inuicem mēbra. Mitto nunc quomodo non ipsi Christum, sed Christus eos quæsiuit, quò verè dicere posset. Non vos me elegistis sed ego elegi vos. Hæc est charitas Dei, non quasi nos dilexerimus eū, sed ipse prior dilexit nos. Sic per *Ioan. 15.* Esaiam ipse clamat. Palā apparui ijs qui nō me interrogabant, & inuentus sum à non quærentibus me. Miranda res, piscatio illa eos nouæ piscationis admonebat, non quæ lineis textis captaret pisces in ventris cibū, sed quæ reti euāgelici sermonis, homines immerfos terrenis curis, ad desiderium vitæ cœlestis traheret. Erant enim piscatores. O altitudo sapientiæ & scientiæ Dei, quā incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. Quis obsecro non stupefcat, & admiratione raptus non pertimescat? sapientiæ Dei literis cādidatos scribas & pharisæos posthabet, & rudes piscatores sibi accersiri conatur. Heroas & Magnates relinquens, pauperes, & ignobiles, principes terræ constituit. Iuxta illud, Perdam sapientiā sapientium, & prudentium reprobabo, ceu *Esai. 29.* apostolus pulchre testatur. Quorsum domi  
nus

In festo sancti Andrea. 7

mus hos delegerit ad summum pontificatū, ad suum consortium, & summa cœli sedes, Paulus electionis vas respondeat. Videte vocationem vestram fratres, quia nō multi nobiles, non multi sapientes secundū carnem, non multi potentes, sed quæ stulta sunt mūdi elegit Deus, vt confundat sapientes, & infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia, & ignobilia mundi & cōtemptibilia elegit Deus, & ea quæ non sunt, vt ea quæ sunt destrueret. Cur ita Paule? ne gloriatur in cōspectu eius omnis caro. Multa notatu digna nunc apostolus nobis retulit, quæ satis longum esset prosequi. Sat sit illud adnotare, quod fragilitati carnis magnopere esset periculosum, si potentes & sapientes secundū seculū dñs ad apostolatū suum vocaret. Alusio est ad illud Hieremiæ. Ne gloriatur sapiens in sapientia sua, neq; diues in diuitijs suis, sed in hoc gloriatur, scire & nosse me. Iterum, sic fieri oportebat, ne aduersarij dicerent apostolos per astutiam, simpliciores quosque decepisse: qua de re apostolus dixit. Non in persuasibilibus humanæ scientiæ verbis predicatio mea, sed in ostensione spiritus, vt fides vestra non sit in sapientia hominum, sed in virtute Dei, deinde, saluator acceptor personarum iudicaretur, si diuites



## Declamatio prima

uites deligeret, pauperibus despectis. Sub  
hæc, pauperes vocauit, vt facilius, & expedi-  
tius possent eum sequi. Sanè diuitiæ & hono-  
res impedimèta quædam sunt, ideo laqueos,  
apostolus opes appellat, quibus pleriq; illa-  
queantur quotidie. Deniq; ratio illa magni  
momenti est, quam Paulus ante oculos Co-  
rinthiorum posuit. Non in sapientia verbi  
misit me dominus prædicare, ne euacuetur  
crux Christi. En crucis misterium iacturam  
pateretur, si diuites, opulenti, & non paupe-  
res arcanum illud prædicarēt. Et de electio-  
ne apostolorum satis. Nunc quid saluator  
loquatur ijs duobus fratribus audiamus.

text. *¶ Ait illis. Venite post me, & faciã vos  
piscatores hominum. At illi continuo reli-  
ctis retibus, & naui, secuti sunt eum.*

¶ Ecce ad quid nos Christ<sup>9</sup> vocat fratres, nē  
pē, vt frugi sumus fratribus nostris, & eos ad  
Christū trahamus. Iuxta illud. Qui audit, di-  
cat veni: hoc est, qui internè vocē sponsi om-  
ni mellita dulcedine suauiorē audierit, qua  
audita cū spōsa clamat. Anima mea liquefa-  
cta est, vt dilectus loquit<sup>9</sup> est, is alios lucrifa-  
cere modis omnibus enitatur, alioqui zelo  
sancto nō est afflatus. Sic mulier illa Samari-  
tana

## In festo sancti Andreæ. 8

tana spiritu diuino tacta reliquit hydriã, &  
occurrēs, ciues omnibus inuitabat dicēs. Veni-  
te & videte hominē, qui dixit mihi quæcun-  
que feci nunquid ipse est Messias? ad eundē  
modum Paulus postquam saluator in via ei  
apparuit, confundebat Iudæos, affirmans,  
quoniam Christus est filius Dei. Ad hæc dñs  
per pulchra metaphora, sacri euangelij mu-  
nus depingit. Faciam vos piscatores homi-  
num (ac si pateenter dicat) si me sequi vobis  
placuerit, à me discetis artem longè præstan-  
tiorē, quàm à patre vestro didicistis, nec ar-  
tem deferetis, sed in melius commutabitis. E-  
quidem efficiam posthac, vt homines capia-  
tis in salutem æternam. Sed metaphoram  
expediamus, quæ optima est. Verum mare,  
mundus est, vbi homines non ambulant, sed  
iactantur magno impetu, hac & illac, è pec-  
cato, in peccatū. Quod perspicuū est in Da-  
uide, qui ex adulterio incidit in scelus homi-  
cidij. Nā (teste Gregorio) peccatū quod mox  
per poenitentiã nō deletur confestim ad aliud  
trahit. Sub hæc homines in hoc seculo alte-  
rutrū se lacerāt & deuorāt, vt ipisces fortiores  
infirmiores edūt. Rete planè verbū Dei est,  
quo mortales tenebris seclerum immerfi, &  
sordidis mūdi curis implicati, ad lucē verita-  
tis & ad supernarū rerū amorē extrahūt. Bene-

Ioan. 4.

Acto. 9.

S. Gregor.

S. Chrysos.

cr-

## Declamatio prima

ergo prædicatores piscatoribus cōparātur, qui nec periculum fugere debent, neq; despondere animum, si statim post iactatū re te verbi Dei, emendationem populi non viderint. Clama, ne cesses, sicut tuba, (ait dñs ad Esaiam.) & Paulus eandem sententiam repetens, inquit. Prædica verbū oportune, importune, obsecra, increpa, argue, in omni patientia, & doctrina. En methodus, & norma prædicationis omni annotatione dignissima. Foelix qui Christi vestigia sectat<sup>r</sup>, humilitatem, charitatēq; illius imitatus, hominū corda piscatur: fieri nō potest, vt qui Christo arctissimo charitatis vinculo est astrictus, nō animarū morbos sanat. Profectō si vestis saluatoris omnes curabat, vt refert Lucas, dicens. Omnis turba volebat eū tangere: quia virtus de illo exibat, & sanabat omnes, quidni prædicator in quo saluator loquitur, non emolliat impiorum pectora, quāuis saxea, & adamantina? an experimentum queritis, ait apostolus, eius qui in me loquitur Christus? & alibi viuis est sermo Dei & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti. Illud verò obseruandum vel maxime, quod hæretici omnes mahumetani, & id genus hominum, non in lucem extrahunt peccatores, quin potius in mare inferni eos ingurgitāt, & in

## Infesto sancti Andreae. 9

& in omnigena præcipitia adhuc viuentes mittūt. Sola quidem vita christiana, vt quæ coelestis est, & spiritalis piscatores veros habet, Christi Iesu amatores & sectatores. Hinc saluator ait: Sicut misit me pater, & ego mitto vos, ac si dicat, eadem potestate, quæ mihi data est a patre, vos ablego, vt homines sepultos in viciorū aquis, ad spiritalem vitā reuocetis. Profectō sicut piscibus melius est si ab homine manducentur: quia suo hero seruiunt, & nobilitātur, dū in hominis substantiam transeunt, ita hominibus foelicius euenit, si mortui mundo, Christo regi suo viuāt: quippe qui pro eis mortuus est, quò iam nemo sibi viuat. Hoc sum plane attinet illud quod coelitus Petro dictū est. Occide & māduca. Nūc autem quā morigeros sese ostēderint duo fratres, voce hac insonāte, venite post me, sequentia iam indicant.

*¶ At illi continuo relictis retibus secuti sunt eum.*

¶ Mirabile dictu, neutiquā moras trāhunt, nec vt iuuenis ille, tristes abierunt: neque sicut alter quem vocauit Christus, sepelire patrem suum prius voluerunt, quasi inducias postulantes, sed confestim regi suo vocanti

Ioan. 20.

Collatio.

Acto. 10.

Tex.

b

canti

## Declamatio prima

*Nota.* canti obtemperarunt. O mirabilem & vehementer laudanda obedientia, atq; modis omnibus imitanda fratres, nullum hactenus miraculū viderant, nihil à Christo de premio retributionis audierāt, & nihil osetius, ad vnū tantum præceptū dñi quæcunq; possidebāt, vltro nea volūtate reliquerūt. Nōne videtis leonē de tribu Iuda super mare voce magna rugientē, sicuti paulò ante meminim⁹? Clamabat quidē angelus ille fortis, a mltus nube, hoc est, fili⁹ Dei factus est homo, clamabat, inquā, quēadmodū cū leo rugit. Addita est energia mirabilis voci, itavt protinus advocē Saluatoris, nedū pisciū obliuiscerētur, sed etiā retia, vt erāt inibi relinquerēt, ac ne domesticis salutatis, Iesum sequerētur. Quid plura? nihil quis adeo rudis qui nō demiretur? simpliciv verbo vocātise comites adiungūt ne morte quidē euellēdi. Nihil cūctati, aut solliciti vnde victus in posterū suppeteret: tāquā cūregali vate cōcinentes. Dñs regit me, & nihil mihi deerit. Nōne stupefactus idem vates cecinit? Vox dñi in virtute, vox domini in magnificentia. Nec absre præmiserat. Vox domini super aquas, Deus maiestatis intonuit. Circa mare ambulabat dominus vbi vocem hanc mellitā apostoli audierūt. O vocem maiestatis, & virtutis, nec non

*Apo. 10.*

*Psal. 22.*

In festo sancti Andree. 10  
nō & magnificentiæ plenā, quæ extēplō piscatores hos piscata est, & inter marinos vertices eos reperiens, incolumes ad litus traxit. O magnificentiam vocantis, ac eligentis quæ contemptibilia sunt mundi, & ea quæ non sunt, vt potentes destruat, & ceruices tyrannorum iugo suavi fidei nostræ submittat. Pulchrē fratres dictum est de sanctis animalibus. Vbi erat impetus spiritus illuc gradiebantur. Enimvero tarda molimina Spiritus sancti gratia nescit. Vos fratres. Hodie si vocem summi Dei audieritis nolite (precor) obdurare corda vestra, sed subinde, quæ fugatia sunt bona spernentes, cum Samuelevate sacerrimo dicite. Loquere dñe, quia servus tuus audit. Nempè, Apostoli apertè nos docuerūt in hac vocatione, neminē posse terrena possidere, & perfectè ad cælestia peruenire, ceu probè Chrysostramus notat. Celebre, ac frugiferū dogma in Ecclesiastico extat, vtinā alta cogitatione illud precordijs nostris recōdamus. Ne tardes cōverti ad dñm, nec differas de die in diem. Subito enim veniet ira illius, & in die vindictę disperdet te. O verba aureis literis cōscribēda, & in corde nostro diu noctuq; versanda. Quæ latius alias dño opitulāte explicabim⁹. Ne procrastinē velis homo peccatis irretite,

*Ezech. 1.*

*Psal. 1.*

*1. Reg. 3.*

*S. Chryso.*

*Ecole. 5.*

*Dogma.*

b a tite,

Declamatio prima

**Dogma.** tite, sed quamprimū resipisce (& Samsonis instar) vincula quibus te Dalida subdola alligauit, fortiter frange. Age dum, & dominum sequere; retibus pristinis posthabitis. Retia namque, tū peccati occasiones, tum etiā affectus carnales sunt, quos exuere nos oportet, si saluatorē sequi affectamus. Beātū dixerim eum, qui eum apostolo clamat. **Phil. 3.** Forūque retro sunt obliuiscēs; ad eaque anteriora sunt me ipsum extendens. Ceterū predicatorēs hīc potissimē admonētur, vt negocia cuncta quibus implicari possunt, penit<sup>9</sup> deserāt. Quò, ni fallor, pertinet illud. **Matth. 10.** Nolite portare perā nec calciamēta in via. Equidem quicquam nō capiet predicator, nisi peculiare rete derelinquat, honorē proprium, commodū & questum parui faciat (**Matth. 5.** dicente domino) Sic luceat lux vestra corā hominibus, vt videāt opera vestra bona, & glorificēt patrem vestrū qui in coelis est. Dicat iam quis: nimirū prope nihil reliquerūt apostoli, inopes sanē erāt. Cui diuus Gregorius. **S. Grego.** Multū reliquit qui nihil sibi retinuit. Multum reliquit, qui cū re possessa, & concupiscentijs renūciauit. A sequētibus Christum tāta dimissa sunt, quanta à non sequētibus concupisci potuerunt. In hoc opere potius debemus existimare affectum, quā

ccn-

Infesto sancti Andree

II

censum. Hinc plane cōfidenter loquitur Petrus & ait. Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te, quid ergo eris nobis? Mirares, vocatis hisce duobus fratribus, nō saluator quiescit, sed ad aliud mirificū opus pergit. Ideo Mathæus sic ait.

Matth. 19.

*¶ Et procedens inde, vidit alios duos fratres, Iacobum, & Joannem fratrem eius in nauī, cum Zebedæo patre eorum, resicientes retia sua, & vocauit eos.*

Tex.

¶ Ingenti inopia laborantes retia vetera reficiebant quia noua vnde emerent nō habebant. Et quod ad maiorē pietatē eorum pertinet in tanta paupertate, sic patri suo succurrebant, vt secum haberēt in nauī, nō vt ille eos adiuuaret in opere, sed vt filij patrē consolari possent sua presentia. Nec parua est hīc demonstratio virtutis facile inopiam ferre, ex iustis nutriri laboribus, colligari quicem amore virtutis, patrem secum habere. Pauperem vitā gerimus, (aiebat vir patiens Tobias vxori suæ,) sed habebimus multa bona si timuerimus Deū. Verè salubria verba hæc sunt, & tā iusto viro digna, qui egeni sunt inter vos summopere illa expendant oportet: sunt profectō pietatis &

Tobie. 4.

## Declamatio prima

Spei firmæ plena. Ad hæc dominus noster volens superborum ceruices frangere, non quæsiuit per oratores piscatores, sed de piscatoribus lucratus est Imperatores, vt optime inquit Diuus Augustinus. Vidit ergo alios duos fratres, qui vehemēter fraternitatem amat. In hoc cognoscent omnes quod discipuli mei estis, si dilectionē inuicē habueritis, ait, beneficentissimus pater. Scite Cheronēsis Scylurusiam moriturus filios suos vocās, eis sagittarū fascem per singulos obtulit frangendum: quod cū conando præstare non possent, dixerūt impossibile esse. Tunc dissoluit pater telorum struem, exemptaq; singula, sine villo negotio fregit. Quo symbolo docuit eos, etiā nos, insuperabiles & inuictos fore, quādiu concordie foedere persisterēt. Si vero dissidijs, & seditionibus distraherētur, in captiuitatē, & hostiū manus facilerūturos. Ecce quantū roboris, & frugis habeat fraterna charitas. Vnde beatus Chrysostomus pulchrè ait. Super charitatē etiā firmitatis ecclesie, rectè Saluator posuit fundamenta, vt ex radicibus charitatis exuberās, quasi humor ascēdat in ramos. Et hoc supernaturalē charitatem, quo nō solū per gratiā, sed etiā per naturā, ipsa charitas firmior habeatur. Vnde super Moysen & Aaron fratres,

S. August.  
in Iean.

Plutarchus

S. Chryso.  
in Matthe.

Nota.

## In festo sancti Andree.

12.

tres, olim Deus posuit ædificationis initiū. At quoniā abundātor est gratianoui testamenti quā veteris, eam ob rem populū illum superædificauit super vnam fraternitatem, hunc autem, super duas. Mirabilis etiā est Ioannis & Iacobi obedientia, quibus nihil magister promisit. Nihilominus ceu primi omnia statim deserētes, dominum comitabantur sponte: vbi obseruādum, quod nō modo fratres h retia & nauim reliquerunt, vt Petrus & Andreas, verum etiam Zebedæum patrem suū deserentes festinè Saluatori adhæserunt. Quando quidem nō tā Magnes virtute sua trahit ferrū, quā vox atque visus Christi pertrahit hominū corda. Quid, quod solis instar, qui nō tantū speculū illuminat, sed suā in eo imaginē deliniat, sic sol iustitiæ Christus nedū corda Apostolorū radio suæ lucis illuminauit, verū etiam in præcordijs illorum imaginem sui per fidem & charitatem formauit. Eas ob res ante euangeliū, euangeliū adimpleuerūt, nā postea ex ore sacro dñi audierūt. Qui amat patrē aut matrē plus quā me, nō est me dignus. Haud dubio quod externè Abrahæ, quōdā dictū est: Noli timere, ego protector tuus, & merces magna, hoc ipsum internè ipsi audierūt. Et ob id omnibus abdicatis, ipsū rerū omniū

Collatio.

Matth. 10

b 4

regem

## Annotationes

2. Cori. 6. regem ouanter sequuti sunt. Alacri animo omnia dimiserunt tanquam nihil habentes, omnia autem in Christo possidentes, quippe qui est omnia in omnibus. Imo in eo sunt omnes thesauri sapientiae & scientiae Dei absconditi. *Summa.* videtis charissimi expeditam, ac promptam horum fratrum obedientiam, qui confestim retribus posthabitis, & nec patris quidem memores, Iesu comitatu se iungunt. Sic illos formauit praecursor Ioanes, sic eos attraxit saluatoris afflatus, qui totus coeleste numen spirabat, quo plane plenus erat. En videtis primordia nostrae philosophiae, per quam visum est Deo, vniuersum genus humanum seruare, videtis paupertatem, & egregiam saluatoris humilitatem & submissionem. Pauculis hisce piscatoribus idiotis, plebeis, ac pauper culis comitatus, pauper ipse Iesus ambulabat praedicans regnum Dei, quod nobis ipse impertiat. Qui cum patre, & spiritu sancto, viuit & regnat per infinita secula. Amen.

*Annotationes quaedam, de vita & martyrio sancti Andreae.*

Annota. i.



R I M O maximè aduertendum est, quanta charitate fragrabat beatus Andreas, qui fratrem suum

## In festo sancti Andreae.

13

suum Petrum vocauit, incunctanter affirmans eum fore verum Messiam. Sic plane didicerat a magistro suo sanctificato baptista, qui in ripa Iordanis videns Iesum astantibus cunctis, dixit. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Verum praecursor totus erat in hoc, vt iam iam Christus omnes agnoscerent, & de facie quoque notum mirari, & amare toto pectore consuescerent, illum & sequerentur, illius & ambirent baptisma. Equidem animi miranda puritas spiritu sancto plena, etiam in oculis Iesu, ipsoque vultu maximè elucebat, ipso incessu rutilabat, tota & corporis imagine, numè quodam emicabat. Ecce inquit, hic est ille, quem plerique vestrum viderunt baptizari a me, cum illum non utique purificari Iordanis, sed ipse potius, Iordanis aquas sanctificauit. Hic est enim purissimus ille agnus, quem Deus optimus iuxta Esaiæ vaticiniū, sibi gratissimam destinauit victimam. Ipse est agnus quem ille Mosaycus adubrabat, cuius innoxius cruor filios Israel ab angeli gladio tutos reddidit. Adeo gratus Deo, vt solus illius iram valeat placare. Adeo mansuetus, vt paratus sit pro peccatis totius mundi poenas dependere. Haec omnia, & alia id genus breui hac sententia, Ioannes de salua-

Ioan. 1.

Esai. 53.

b 5

tore

## Declamatio prima

tore deprōpsit. Quas ob res rectè Diuūs An-  
dreas Ioannem derelinquens adhefit Chri-  
sto: qui fratrem suū cupiens lucrari, ait Petro.  
Inuenimus Messiam. Agite fratres & quam  
ocysimè huius apostoli exemplum imite-  
mur: nā unicuiq; mandauit Deus de proxi-  
mo suo, uti Ecclesiasticus pulchrè asserit. Et  
iterū in Apocalypsi legim⁹, Qui audit dicat,  
veni. ca. 22. hoc est, qui vocatus est à Deo, a-  
lios accersat, & alios Christo lucrari magno  
pere studeat. Tremenda satis vox ea est.  
Qui non colligit mecum dispergit.

**2. Annot.** ¶ Sub hac annotādū, quod dñs Petrū & An-  
dram inuenit, rete suum mittētes in mare,  
alios duos fratres verò, retia sua reficiebant,  
(quod ni fallor mysterio non vacat.) Mit-  
tunt quidem retia, qui verbum sanum & in-  
tegrum prædicant. Quod planè apostolus  
sanam doctrinā vocitat. 1. Timo. 1. Retia au-  
tē rūpūt neochristianij verbū veritatis per-  
uertētes. De quibus Hieremias clamat. Per-  
uertistis verbum Dei viui. ca. 23. hos Diuūs  
Petrus redarguit, eò quod ad sui perditio-  
nem sacras scripturas deprauant. 2. Petr. 3.  
Resartiunt verò retia, qui pijs & veracibus  
expositionibus contra hæreticos sanctas  
interpretantur scripturas. Talis fuit Orige-  
nes contra Celsum, Augustinus aduersus  
Mani

## In festo sancti Andreæ.

14

Manichæos, Hieronymus contra Iouinia-  
num. Quandoquidem nisi rete integrum  
fuerit, pisces retinere nequit. Ita vbi viola-  
tur verbum Dei, à verò excidant oportet,  
qui sequuntur illud. Vtrisq; quidem erit  
magna merces apud Deum, (dicente do-  
mino). Qui me elucidant vitā æternam ha-  
bebunt. Ecclesiastic. 24. & Apostolus. 1. Co-  
rinthio. 9. Si volens euangelizauero, mer-  
cedem habeo.

¶ Tertiò, nemo quālibet rudis ambigit quā  
fuerit stupenda, nec nō pro virili nostra imi-  
tanda obedientia beati Andreæ. Siquidem  
contulit promptitudinem obediendi voca-  
tioni Christi, absq; mora sua omnia relin-  
quēdi, & vocantē sequendi. Quod maximè  
placuit saluatori. Hilarē enim datorem vehe-  
menter diligit Christus, apostolo teste. Nē-  
pè, non ita iuuenis ille quem vocauit domi-  
nus fecit. Sed, ait, dñe permitte me primū  
ire & sepelire patrem meum. Matthe. 8. simi-  
liter alter dixit. Sequar te dñe, sed renuncia-  
bo primo ijs qui domi sunt. Lucæ. 9. Quid  
multa, adolescens ille diues audiens à dño. Si  
vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ  
habes & da pauperibus & sequere me, nihil  
minus fecit, sed tristis abiit. Matth. 19. Quin  
& discipuli Christū audiētes verbū illud satis  
suane

3. Annotā.

Matth. 19

## Annotationes

suauede sacrosancto eucharistiæ misterio, retro abierunt dicentes. Durus est sermo hic, quis poterit eum audire? Ioan. 6. At, sanctus Andreas subterfugia, & procrastinationes horrens, protinus se se expediuit omni sarcina, & terrenarum rerum affectum deposuit, mundi saluatore sequens, perseverans que cum illo, retro minime respexit. Vbi nos erudit, vt domino vocante pigritiam omnem, & torporem excutiamus, nec obsurdescamus vnquam voci domini, nec bona opera in futurum procrastinemus. Ob oculos sacrum illud dogma habentes. Quodcunque potest manus tua, instanter operare. Ecclesiastes. 9.

**Quarto.** ¶ Quarto, nemo verbis explicare potest quantum laboris passus est, quotque millia hominum conuertit ad Christum in Achaia, græcana regione spaciosa per celebri, & ampla nimis, in qua sortem prædicationis accepit. Nempe, sua assidua prædicatione, totam prouinciam conuertit, adeo vt spandens suum rete spirituale, regionis illius incolas omnes intra illud concluserit. Iuxta illud Dauidicum. Dominus dabit verbum euangelizantibus virtute multa. Sanè non tantum verbo, sed vitæ suæ sanctæ exēplo eos lucratus est Christo. Nam teste Gregorio in prædica-

**Psal. 67.**

## Infesto sancti Andree.

15

dicatione malus pondus habet vita dicentis. Vtinam vita nostra candore omnium virtutum emicaret, ni fallor, multum attulisset frugis proximis nostris. Verum hoc munus potissimè concionatorum est, verum tamen omnes orthodoxos tangit verbum illud ore saluatoris depromptum. Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in coelis est. Et iterum. Sint lumbi vestri precincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris. Id est mundiciam castitatis omni studio seruantes, bonorum operum exemplum fratribus vestris exhibete. Ecce bona opera ingentem habent efficaciam, alios incitandi, ad comparandam virtutem. Pro qua haud dubie cum apostolis amplissimam vendicabimus mercedem.


¶ Quinto, magnopere adnotanda est beati Andree fortitudo in obeundis cruciatibus, quos tyrannus Egeas ei parauerat. Mira res funesto iudice comminante ei, quod nisi verbis eius obtemperaret crucis in ipsum supplicium exerceret, infracto animo alacrique fronte respondit. Si crucis supplicium & ignominiam expauescerem, nequaquam crucis misterium, & gloriam predicarem. Nepe, opposuit se murum pro domo Dei, vt

**Mat. 5.**

**Quinto.**

*maiori alio  
nemo est, vt*

*aias suus*





## Declamatio prima

**Psal. 107.** In Ezzechiele legimus, c. 13. Ne obtrectator maledicus, in Christum prevaleret. In Deo faciemus virtutem, dicebat vir sanctus, cum Dauide, & ipse ad nihilum deducet inimicos nostros. Ceterum diutissimè atque grauiissimè flagellis cęsus, iussit cruētus hostis Egeas eum in cruce suspendi, quatenus probrosa morte illa interiret. Mirabile dictu, crucē sanctam a longè prospiciens, magna letitia affectus, alacriter, atque ouanter oratione deuotissima eam salutauit dicens. O crux benedicta, quę in corpore Christi Iesu sacrata ac dedicata es, & mēbris eius tanquā margaritis vernantibus ornata. Accipe me obsecro ab hominibus, & redde me magistro meo, vt per te merecipiat, qui per te me redemit. O summi numinis clemētia, & stupenda virtus: biduò pendens in cruce populum ardētissimo affectu docebat. Proculdubio, fratres, Hęc admirāda sancti Andree passio nos excitare & impellere debet, vt ipsi pro veritate, & iustitia libēter, atque gaudēter aduersa quęquę patimur, (domino contestante.) Beati qui persecutionē patiuntur, quoniam ipsorum est regnū cœlorum. Horsum etiam expectat illud Paull. Non sunt condignę passiones huius tēporis, ad futuram gloriā quę reuelabitur in nobis


**Oratio.**  
**S. Andree**

**Matthe. 5.**

## In festo sancti Andree. 16

bis. Nō utiq; suapte natura attingere valēt vitā illam cœlestem, gratia autē Dei comitāte, sancti viri eam meruerūt. Dicamus ergo posthac, & tū corde, tū ore, cū Paulo clamemus. Absit mihi gloriari nisi in cruce dñi nostri Iesu Christi: per quē mihi mūdus crucifixus est, & ego mūdo. **Gala. 6.** Siquidē qui verè hoc dixerit in tertium cœlum raptus, tertium gradum perfectionis attigit, (teste Bernardo.) **Ser. 7. in quadragesima.** Primus gradus est, vt cum psalmographo dicamus. **S. Ber. ser. 7. quadra.** Heu mihi quia incolatus meus prolōgatus est. **Psal. 119.** Et rursus, Peregrinus sicut omnes patres mei. **Psal. 38.** Secundus gradus, mori mūdo. Mortui estis & vita vestra abscondita est cū Christo in Deo. **Colo. 3.** Vnde scaturit vt laudātes sic audiat, vt vituperantes, & cōtra vituperantes, ceu laudātes auscultet. At tertius gradus, seu tertiū cœlū est cū Andree in cruce dñi gloriari. Talis crucifixus est mūdo, & mundus ipsi. Faxit Deus vt tā excelsum perfectionis culmē attingam.

*In festo sancti Nicolai episcopi annotationes quedam.*



**VIA IN HAC** solennitate beati Nicolai euangelium est de quinque talentis, quę domi-

**Anno. 1.**

dominus seruis suis distribuit, dicens eis. *Negociamini dum venio, quod quidem in cōmuni cōfessorum (lector adueniet,) pro modulo nostro expositum, iubuit aliquot adnotationes in laudem tanti, tanque egregij pastoris annotare. Et primo aduertendū existimo, Diuum Nicolaum non surdum auditorem fuisse, sed alta cōsideratione expēdit verbum illud saluatoris, quod nuper rimè protulimus. *Negociamini dū venio. Quod est dictu, en talenta mea vobis lubēs impendo, virtutes, & gratiā affatim tribuo, ne ocio vacetis, nec pigritia vobis vnquam irreat. Certò scientes tempore prestituto reuersurum, vt rationem vobiscum ponam. Vos interim negociamini, ne dū venero defides aut sonnoletos inueniam. Enim vero, hisce verbis saluator nedum pastores ecclesie & apostolos, sed omnes fideles suos stimulat, & ad perpetuum laborem bonorum operum excitat. Ne fortè finant virtutes que ab illo gratis acceperunt steriles ac infrugiferas fore. Qui studio & solerti cura dona sibi prestita in commodum proximi vertāt, ac proinde maioribus donis dignos se prebeant. Itaque, Deus dedit nobis bona sua, non vt nobis profundamus, sed vt inde domino nostro lucrū referamus, vnde fortè**

*Luce. 19.*

acce-

accepimus. Quippe qui, quanquā sic diues *Nota.*  
est, vt bonorum nostrorum minime egeat, (teste rege Dauide,) nihil secius tā est nostri lucri cupidus, vt tali foenore ditescere gaudeat. Thesaurizate vobis thesauros in *Matth. 6.*  
caelo, ait, optimus parens, ac si patenter dicat. Quicquid lucri ex labore vestro emanat, in vestrum commodum cedit, mihi autem utilitas nulla adest. O res mirabilis, quo studio Diuus Nicolaus talētū quod a Christo acceperat multiplicauit. O quantū cure ei erat in pascendis ouibus, tum doctrina sancta, tū assiduis elemosynis. Sanè in aures eius, diu noctuque, vox illa principis pastorum Christi resonabat. *Ioan. 20.*  
Pascite oues meas, si me amas. Quod quidem oraculum vtinā omnes qui animarum curā gerunt ob oculos haberent. Ad quos Petrus clamat. Pascite qui in vobis est gregem Dei, prouidentes non coactè, sed spontaneè, secundum Deum. 1. Petri. 5. En norma mirabilis, quā obseruare oportet eos qui præsunt. Hanc profectò, Sanctus Nicolaus adamussim seruauit, quandiu vixit.

¶ Secundo, obseruatione dignum est priuilegium insignè, quo virum hūc sanctum Christus decorauit. Adhuc infantulus feria quarta, & sexta, semel tantum matris vbera su-

Secundo.

c rasu.

ra fugebat. Quod nimirum maximū, & eu-  
 dēs futuræ abstinentiæ, atq; sanctitatis argu-  
 mentū extitit. Quid quod parēs eius ex ore  
 illius ap̄ examen vidit exire, sursumque  
 volitare, in symbolum mellifluz doctrinæ,  
 quippe quam sanctæ ecclesiæ romanæ reli-  
 quit. Enimvero cū vate sacerrimo Esaiā san-  
 ctus Nicolaus dicere poterat. Dominus ab  
 vtero vocavit me, de ventre matris meæ re-  
 cordatus est, nominis mei. Quod oraculum  
 quāquam de diuo Baptista doctores intelli-  
 gāt, gratiā hāc Esaiæ fuisse collatā nō dubi-  
 tamus, id quod ex suis verbis palā colligitur.  
 O magnificētia summi Dei, nedū à cunabu-  
 lis, sed ab vtero matris quosdā sanctos assū-  
 psit, & sibi dicabit. Hinc Ieremias antequā  
 prodiret in lucē sanctificat⁹ est. Iuxta illud.  
 Antequā exires de vulua sanctificauit te. Eo-  
 dē modo dicendū de Ioanne Baptista, vti ex  
 sacra pagina cōspiciū est. Replebitur Spiri-  
 tu sancto adhuc ex vtero matris suæ, ait, Ga-  
 briel. Lucæ. 1. nec nō Iacobus iustus, qui fra-  
 ter dñi appellatur, hoc donū sanctificatio-  
 nis accepit. Authore diuo Hieronymo. San-  
 ctus Nicola⁹ saltim in sacro baptisinate san-  
 ctificatus fuit, nā ex orthodoxis & pijs parē-  
 tibus natus fuit. Inibi ex iræ filijs ceu nasci-  
 mur, filij altissimi efficiuntur, adoptati per  
 vnige

vnigenitū Dei filium Christū Iesum. Vnde Galat. 6.  
 apostolus, inquit. Misit Deus filium suū, fa-  
 ctū ex muliere, factū sub lege, vt eos qui sub  
 lege erant redimeret, & adoptionem filio-  
 rū reciperemus. In baptisimo itaq; tā filius  
 regis, quā agricolæ equalem gratiam ex vi  
 sacramēti recipiūt, eo quod Deus optimus  
 cuiuslibet personam nō recipit. Acto. 9. San-  
 ctus Nicolaus in baptisimo sanctificat⁹ cœli  
 tus ei datum est, vt statim ieiunia sanctifica-  
 ret. Vos charissimi eum imitantes Ioelis do-  
 gma obseruate. Sanctificate ieiuniū. Hoc est,  
 sancte & purē viuentes, ieiunia vestra Deo  
 offerte. Videte, ait, saluator, ne grauētur cor-  
 da vestra in crapula & ebrietate.  
 ¶ Tertiō, si quis dubitet vnde gratia hęc da-  
 tasit puero, vt rationis expers bis in hebdo-  
 mada à lacte abstineret? dicēdum, quod hoc  
 singulare donum, Deus sua gratuita digna-  
 tione absque alia causa illi contulit. Vel in  
 causa fuit tam excellentis prerogatiue, de-  
 uotio, & pietas parentum. Extat doctoris  
 Subtilis seria sententia, quod aliquando ali-  
 quis puer in baptisimo maiore gratiam alio  
 recipiat, ob maiorem sanctitatem offerentiū.  
 O vos qui patres estis, timete Deum, & mā-  
 data eius obseruate, ne fortē filij vestri the-  
 sauro hoc destituātur. Quod si radix sancta, Rom. 11.

Galat. 6.

Ioelis. 2.

Tertiō.

Scotus. 4.

Rom. 11.

Annotationes.

**Rom. 11.** & rami, ait Paulus. Sanè magni refert, quod parètes iusti sint, vt filij morigeros & bonè indolis enutriant. Nec abs re de parentibus baptistæ memoriæ proditum est: erant ambo iusti, sine quærela incedentes in mandatis domini. Profectò si ita res habet, quòd pueri ob maiorem bonitatem parentū, maiorem gratiam recipiunt, haud dubiè si decedāt statim post baptismū, foeliciores erūt in cœlo. Hoc sum expectat illud Zachariæ.

**Zach. 4.** 4. exequabit gratiam gratiæ. Perinde dicat. Gratiā præsentis vitæ adæquabit gloriæ futuræ gratiam Deus.

**Quartus.** ¶ Quarto, silere non oportet, quàm fuerit hic sanctus misericors in pauperes subleuādos. Equidem à parentibus in timore Dei educatus, post mortem, illorum hereditatē amplam possedit, erat planè vnicus hæres. Has igitur diuitias non in luxu, fastu ve, vir sanctus insumpsit, quemadmodū, heu quotidie, adolescentibus contingit. Quique licentiosius venientes, opes suas prauè disperdunt. Neque abs re scriptum est. Voluptas, & iuuentus vana sunt. At sanctus Nicolaus pauperibus vltro diuitias erogauit. Ad eò vt homo quidam egestate affectus nimia, tres filias quas habebat, in prostitutione

**Eccle. 12.** iniqua collocare instituerat. Vir sancto zelo Dei

In festo sancti Nicolai. 19

Io Dei accensus, clam per fenestram magni auri pondus illi præbuit, ne scelus quod cogitarat opere compleret. Agite & vos fratres, pietatem tantiviri imitari contendite. Estote misericordes posthac: nam pater cœlestis vester misericors est. Planè nisi eleemosyna esset in præcepto, nullus puniretur poena æterna, pro omissione illius, vt disertissimè dixerit. S. Th. 2. 2. q. 32. arti. 5. Cū ergo hoedis ad sinistrā locatis, iudex equissimus dicat. Quia non dedistis mihi māducare, nec bibere. Ite maledicti in ignē æternū. Matt. 25. Vnde sole ipso lucidius apparet, eleemosynam nedum in consilio, sed in præcepto esse, extrema necessitate vrgēte. Huc attinet quod pulchrè Dñus Augustinus dixit de verbis domini. Ser. 15. Dicit tibi Christus da mihi ex eo, quod dedi tibi. De meo quæro, da & redde. Habuisti me largitorē, fac me debitorem, habeam te foeneratorē. Temporalia mihi das, æterna tibi restituā. Ni fallor, egregia verba sunt, & iteris aureis scribenda, atque in corde vbique versanda. Vos charissimi date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis.

¶ Quinto denique, meritò in laudem tanti episcopi elogium illud decantatum est nūc. Ecce sacerdos magnus qui in dieb<sup>9</sup> suis pla-

c 3 cuit

Matth. 5.

Matth. 25

S. August.

Quintò.

## Annotationes

enit Deo & inuentus est iustus, & In tempo-  
re iracundiæ, factus est reconciliatio. Eccles.  
25. sacerdos magnus Nicolaus factus est, nō  
tam hominū delectu, quā diuino. Reuelatio-  
ne diuina in Mirrea episcopus efficitur, quū  
primus manē antē eadem cōstitisset. Ve qui  
nō per ostium intrant in ouile ouium, non  
dñō vocāte, ad pastoris apicē cōscendūt, ho-  
noribus & quęstui hiniantes. Quos saluator

Hebræ. 5. noster fures temerarios iure appellat. Ne-  
mo sibi sumat honorē, sed qui vocatur tan-  
quā Aaron, admonet apostolus. Sicut Chri-  
stus non se ipsum glorificauit vt pontifex

1. Timo. 3 fieret. Nēpē, qui episcopatum desiderat, bo-  
nū opus desiderat, ita res habet, verūtamen  
apostolus id dixit, quādo ille qui plebi præ-  
erat primus ad martyrium ducebatur. Ita que

S. Gregor. vt pulchrē Diuus Gregori⁹ in pastoralis suo,  
recenset, tunc temporis nihil erat quod in  
episcopatu appeti posset, nisi opus bonum.

Et sanctus Augustinus explicās verbū Pau-  
li. lib. 19. de Ciui. c. 10. sic, ait. Ibi Paulus ex-  
ponere voluit, quid sit episcopatus: quia no-  
mē operis, non honoris. Episcopus, id est, su-  
perintēdēs. Op⁹ quidē desiderare, bonū est,  
primatū honoris cōcupiscere, vanitas est, vti

S. Tho. 2. 2. S. Chrysolomus, inquit. De hoc. S. Tho. 2.

q. 185. ar. 2. q. 185. art. 1. Nō ergo sibi assumpsit hono-

rem,

## In festo sancti Nicolai.

20

rē, hic sanctus, sed vocatus fuit, perinde at-  
que Aaron. Quas ob res plurimum profuit  
ouibus suis. Vocans eas nominatim, & ante  
eas pergens, verbo & exemplo, nec non mi-  
raculis effulgens, sic in diebus suis placuit  
Deo, & tandem fine foelicissimō migravit  
in æthera angelorum choris comitatus. Vbi  
gaudet cum apostolis, iubilat cum domina-  
tionibus, gaudio perpeti.

*PRO SANCTA LUCIA  
virgine & martyre, euangelium cātatur  
de communi virginum, cuius expositionē  
pius concionator mihi inueniet. Colli-  
buit tamen nonnulla huius præ-  
claræ virginis hęc  
notare.*



Rimō annotatione dignum est, *Annot. 1.*  
quāto affectu Diua Lucia christia-  
nissima, ab infantia sua, matrem  
suam Vtitiā quę sanguinis fluxū erat perpe-  
sa Catanā duxit, vbi erat corpus. S. Agathę,  
Cuius precatu matri suę salutē impetrauit,  
sicuti in hoc festo sacrosācta canit Romana  
ecclesia. Hinc lethifera hereticorū temeritas

64

discat

Annotationes

dehiscat prorſ⁹ & labefactetur. Qui que dia-  
 boli suggestu aſſerere audet, solum Deum  
 orandum fore, sanctos verò non ita. O in-  
 signem, ac modis omnibus detestandam de-  
 mentiam. Nonne precibus Prophetæ He-  
 liæ filius viduæ Sarephane iam iã mortuus  
 subinde surrexit? nūquid, nō Elise⁹ Sunami-  
 tæ plorante filium suum mortuum, oravit  
 ad dominum, & viuum reddidit illum ma-  
 trisue? Faceſſat ille peſſimus error fratres,  
 & sancti Iob dogma, nos catholici mordic⁹  
 teneamus. Voca ſi eſt qui exaudiat, & ad a-  
 liquem sanctorum conuertere. Vbi notan-  
 dum, quod bifariè, orationem alicui offeri-  
 mus, primò vt ſit per eum implenda. Secun-  
 dò, vt per ipſum impetranda. Primo vtique  
 modo ſoli Deo orationem exhibemus, eò  
 quòd omnes orationes noſtræ eò tendere  
 debent, vt gratiam & gloriam aſſequamur.  
 Quæ Deus ſolus impendere poteſt. Iuxta  
 illud. Gratiam & gloriam dabit dominus. Se-  
 cundo autem modo iure optimo precatio-  
 nes noſtras prebemus sanctis angelis & ho-  
 minibus. Non planè vt per eos Deus pe-  
 titiones agnoſcat, ſed vt eorū precibus,  
 & meritis, orationes noſtræ fortiantur effe-  
 ctum. Idque perſpicuum eſt in Apoc. c. 8.  
 Ascendit fumus incēſorum de orationibus  
 san-

In feſto Sanctę Lucię. 21

sanctorum, de manu angeli coram Deo. S.  
 Tho. 22. q. 83. ar. 4. ſed de his latiùs in feſto S. Th. 2. 2.  
 omniū sanctorum, dño ſuffragāte dicemus. q. 83.  
 ¶ Secundo, ſilentio prætereundum minime  
 eſt, quàm gratam, hæc virgo inclita ſe oſten-  
 derit Chriſto. Nam extēplo vt vidit matrē  
 ſuam incolumnem, & cœlitus ſanatham, ob-  
 nixè eam oravit, vt dotem quam ſibi datu-  
 ra eſſet, Chriſti pauperibus diſtribui patere-  
 tur. At illa reſpondente. Filia poſt obitum  
 meum omnia mea tua ſunt, vt tibi lubuerit  
 fac. Tunc prudentiſſima virgo dixit. Mater  
 mea, quādiu vixeris pauperibus opes tuas  
 impende, nam quod moriens das, ideo das,  
 quia tecum ferre non vales. O conſilium to-  
 tis viſceribus amplectendum, in mente diu  
 noctuque verſandum. Vtinam omnes o-  
 pulēti & qui diuitiarum copia affluūt, dog-  
 ma tam ſalubre ſuſciperent. Quod moriens  
 das, ob id das, quoniam tecum ferre nō po-  
 tes. Nud⁹ egreſſus ſum de vtero matris meę,  
 nudus reuertar illuc, clamat vir iuſtus Iob. Iob. 1.  
 Et alludit ad illud Pauli. Nihil intulimus in  
 hūc mūdum, neque auferre quid poſſumus.  
 Idque quotidie experimēto agnoſcim⁹ in  
 obitu regnum & principum. Nēpe, nil ſecū  
 defferūt, niſi eleemoſynas & pia opera quæ  
 fecerunt. Quas ob res, vbi beata Lucia cum  
 matre

4. Re. 4.

Iob. 5.

Pſal. 83.

Eleemoſyna

Annotationes

matre sua Syracusas venit, cunctâ pecuniâ, quam ex facultatibus venditis agglomeravit, pauperib<sup>9</sup> Christi ultro distribuit. Haud dubiè ipsa nō ignorabat eleemosynam actū esse charitatis, misericordia mediante. Græcè eleemosyna à misericordia dimanat. S. Tho. 2. 2. q. 32. ar. 1. Equidē vt primò virgo sancta, nos docuit, sanctos honorare & invocare, nunc admonet omnes Christicolas ut misericordes sint erga pauperes. Sanè si quis viderit fratrem suum necessitatem pati, & viscera sua clauserit ab eo, charitas Dei non manet in illo.

S. Tho. 2. 2.

q. 32. ar. 1.

1. 10<sup>am</sup>. 3.

Tertio.

¶ Tertio, magnopere expendendū est, quāti hęc tenera puella fecerit virginittis suę puritatem. Verum cum parentes, ea nollente, cuidam iuueni nobili despondissent, ipsa nuptias vehementer abhorruit. Mirabile dictu, ab sponso suo coram Paschasio præfecto accusatur, quod christiana esset. Quippe qui tum minis, tum precibus, vehementer laborauit eā ad idolrū cultum perducere. Ipsa vero tanto magis incēdebatur in Christi amorem, quanto magis tyrannus ab sententia auertere moliebatur. Sanè virgo inclyta, & spenunero in corde suo versabat illud Sapientis. O quam pulchra est casta generatio cum claritate: immortalis est memoria

Sapi. 4.

In festo sanctæ Lucæ.

22

noria illius: quoniam apud Deum & homines nota est. Et paulò post. In perpetuum coronata triūphat, inquinatōrū certaminū vincens premium. Enimvero admiratione magna raptus Sapiens, hoc dixit: nam de re mirabili & virtute cœlica loquitur. Si enim nemo continentiam seruare potest nisi Deus ipse det, teste eodem Sapiente. c. 8. tantum abest vt quis virginittatē seruet, nisi gratia summi numinis præditus. Casta generatio tā est decora, vt sole ipso pulchrior sit. Hęc planè sic filio Dei placuit in sacrosancta virgine maria, vt ex ea nasci eligeret. Eamque intemeratam semper conseruauit. Sine corruptione ex patre ab æterno ille natus est, ideo par erat vt ex matre virgine homo factus prodiret. Apud Deum & homines nota atque conspicua est virginittas, quia omnibus mirabilis, & grata. Vnde Apostolus, ait, Mulier in nupta & virgo, cogitat quæ domini sunt, vt sit sancta, & corpore & spiritu. En puritas virginalis vtrūque hominem internum & externum decorat. Nonne virgines duntaxat, sequuntur agnū quocum ierit? Apoca. 14. vbi sanctus Augustinus libro de bono virginali. Agnū sequi quocumque ierit, est ipsius virginittatem mentis & corporis imitari. Et rursus,

Nota.

1. Cori. 7.

S. Augus.

epi-

Epistola. 128. Beatius est in carne angelorū vitam imitari, quā ex carne augere numerum mortalium. Hæc est vberior, foelicioꝝ que foecunditas, non ventrē grauescere, sed mentem grandescere: non laceſſere pectore, non visceribus terram, sed orationibus coelum parturire. Atqui nō omnes capiūt verbum hoc, ait, ſaluator, qui poteſt capere, capiat. Id eſt qui ſponte virginittis virtutē amplecti vult, ipſe eam ſequatur, cui gratia mea nuſquam deerit. Quā ſit excellentior virginittas matrimonio, docet Chriſtus palām, vbi ex virgine matre naſci delegit, & ipſe virginittatē ſeruauit. Hæc ſanctus Hieronymus libro Contra Iouenianū, qui perperam matrimoniū virginittati coæquabat. Quin & ratio ipſa hoc perſuadet. Matrimonium ordinatur ad vitam actiuam, virginittas ad vitam contemplatiuam, ceu apoſtolus paulō ſuperiūs aſſeruit: ergo virginittas præferenda eſt matrimonio. S. Tho. 22. q. 152. ar. 4. Meritō igitur Lucia ſponſa Chriſti mortalem ſponſum contempſit, & virginittatem vehementer amauit.

¶ Quarto, prætereūda non eſt ſanctæ virginnis Lucię ſapientia, qua cruentum Paſchaſium confundebat. Vnde cum ille iudex peruerſus diceret ei. Ceſſabuut verba cum vent um

S. Hiero.

S. Tho. 22.

.q. 152. ar.

4.

Quarto.

vētū fuerit ad verbera. Tūc illa forti animo reſpondit. Seruis Dei verba deeſſe non poſſunt, eò quod Chriſtus rex regum pollicitus eſt dicens. Cum fueritis ante reges & præſides, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini. Dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Perinde dicat. Si verbū Dei manet in corde veſtro, quomodo deeſſe poſſunt verba ſanctā in ore? veritas ipſa quam vos profitemini, non eget extrenō verborum lenocinio, non fuco aliquo, nam ſuapte natura valde pulchra ſunt, ac ſatis firma. Falſitas & mendacium fuco indigent, ne eorum turpittudo deprehendatur. Vbi obſeruandum, quod dominus dicens, nolite tunc cogitare, quomodo, aut quid loquamini, non vetat ſacre ſcripturę ſtudium. Imò in Pſalmo ſcriptum eſt. Beatus qui in lege domini medittatur die ac nocte. Huc pertinet quod apoſtolus aſſerit. Omnis doctrina diuinitus inſpirata, utilis ad docēdum. 2. Timo. 3. Vnde palam eſt, quod pia in lege domini cogittatio non inhi betur, ſed anxia & diffidens ſolittudo. Nē pe, ſi noſtris virib⁹ cōfidamus, in certamine hoc ſuccumbamus, oportet. Sic contigit filijs Iſrael contra Cananeōs certantibus. Iudicum. 20. Hinc præſci patres, quicquid age

Math. 10.

Pſal. 1.

re



## Annotationes

**Exo. 17.** re instituebant ab oratione auspicabantur, vt de Mose legimus, pugnante populo contra Amalech, tanquam virtuti Dei fidens. Quid multa? confidentibus in Christo dictum est. Ego dabo vobis os & sapientiam, cui non poterunt resistere aduersarij vestri. Talis erat sapiētia huius virginis in qua haud dubiè spiritus sanctus loquebatur. Iuxta illud, Non estis vos qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. O beatum virum quem tu domine erudieris, & de lege tua docueris cum. Psalm. 118. Equidem demulcere audientium aures verbis perpolitissimus, corda vero illorum mouere nequimus, nisi spiritus sanctus adsit. Exemplo nobis sit cithara, quippe que nō delectat audientium animos, sed qui tangit eam. Ad eandem imaginem nisi spiritus domini moueat concionatoris linguam, frigidum & inane est omne quod loquitur. Is ergo spiritus Luciam Inclytam docebat, adeo vt nedum præfectus impius, sed omnes qui eam audierant stupebant, super prudentia & responsis eius. Erat quidem illius sapiētia, haud terrena, sed è coelo allata, & diuina.

¶ Quintò, tandem, admirabilis & omni laude

## In festo sancti Nicolai. 24

de digna fuit eius audacia & fortitudo, in obcundis tormentis, quæ dirus iudex ei parauerat. Videte diaboli technas, & anfractus, iussit Paschasius, eam duci ad lupanar, quò virginitas eius violaretur, & sic spiritus sanctus eam desereret. At diuinitus gestum est, vt sic firma in eodem loco consisteret, vt nulla vi dinoueri posset. Tunc ille furore nimio iratus, pice, resina, & feruenti oleo perfusam, ignem accēdi imperauit. Sed qui tres pueros de medio ignis in fornace Babiloniæ sua virtute eripuit quondam, is sponsam suam in rogo ardenti positā ille san liberauit. Ibi que laudes Deo cantare cæpit dicens. Confitebor tibi domine rex, & collaudabo te Deū saluatorem meū, & confitebor nomini tuo, quoniam adiutor & protector factus es mihi. Liberaisti me secundum multitudinem misericordię nominis tui, a rugientibus preparatis ad escam, de manibus quærentium animam meam, & de multis tribulationibus, quæ circūdederunt me. A pressura flammæ quæ circūdedit me, & in medio ignis nō sum estuata. En verba q; ore suo virgineo virgo inclyta proferebat, fide sincera spe indeuulsa, charitate que flāmigera robata. Exortans nos, vt in quauis calamitate

Chri-

*Eccle. 51.*

Annotationes

Luce. 8.

Christum Iesum toto laudemus pectore. Ne forsitan similes illis simus, qui radices non habent, quique ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. Quin etiam summi Dei virtute freti cum viro iusto Iob dicamus. Etiam si me occiderit, in ipso sperabo. Ad eundem modum virgo hæc prestantissima in quibusvis pressuris, spem suam in Christo Iesu collocabat. Ceterum videns rabidus hostis quod flamma eam non lederet, guttur illius gladio transfigi iubet. Quo vulnere inflicto ipsa orthodoxos solari cepit, tranquillitatem & pacem ecclesie præcicens, eo quod imperatores improbi, qui fideles infestabant iam obierant. His

ergo verbis expletis anima illa benedicta, ad coelum volauit, magna angelorum cateruaco mitata.

Iob. 13.

In festo Cōceptionis Mariæ. 25

*PRO IMMACULATÆ virginis Conceptione, in qua ponitur euāgelium quod in illius natiuitate lætissima cantatur, in libro omnium festiuitatū sacerrimę Deiparę prudens lector expositionem inueniet. Nihilominus nonnullæ annotationes de hoc mirabili*

*festi addere placuit.*



Rimò, vel maximè notandum, *Annot. 1.* quanta cura fuit Deo cunctis fidelibus palam facere benedictam matrem suam ab omni macula originali esse immunè. Nempe, ab exordio mundi hoc innotescere, Deus voluit dicens. Non est bonum hominè esse solū, faciamus ei adiutorium simile sibi. *Genes. 1.* Perinde dicat, inutile est ad propagandum genus humanum, vt sit solus. Nec asseruit esse malum, hominem agere solum, ne fortè vitam monasticam damnare videatur, quippe quę quouis statu excellētiore est, dicente domino. Beati qui se castrauerunt, propter regnum coelorum. *Fœlices*  
d qui

## Annotationes

qui omnigenam carnis oblectationem à se abdicarunt, quo expeditius orationi, & contemplationi vacent. Sensus ergo est, quoniam oportet hominem primū filios procreare, qui multiplicentur, ac subinde comparenti habere, cum qua sit ei iucunda vita, ex qua proles adolescat, quæ saluandorū numerū à Deo optimo prædestinatum expleat, nō conuenit hominē solū esse. Eam ob rē faciamus homini adiutorium simile sibi. Hæbraicè habetur, ehgece, id est, faciam. Nam sicut superius dictum erat. Faciamus hominem ad imaginē & similitudinē nostrā, ob mysteriū Triadis sanctissimæ, sic nūc propter essentia unitatem singulariter loquitur, faciam. Sed iam altius hæc repetamus. Non est bonū, ait, tota Trinitas, vt homo cœlestis Christus Iesus solus in hoc exilio absq; sacra Maria matre sit. Eā ob causam demus ei adiutorium, virgo sancta sit adiutrix illius, quæ virtute spiritus sancti eū concipiat, & gaudio miro perfusa illum pariat, pannisq; inuoluat, lacteq; suo virgineo alat. In itinere pergentē in Ægyptū, brachijs suis ferat. Nec nō in cruce pendētē iuxta crucem cōmitetur, & corpus eius sacrosanctū manibus suis benedictis perungat, in mausoleo collocet. Sane si saluator apostolis dixit. Vos estis qui

*Genes. 1.*  
*Luce. 11.*

per

In festo Cōceptionis Mariæ. 26  
permanistis mecum in tentationibus, quāuis relicto eo in horto omnes fugerunt, quanto magis virgini matri suæ benedictæ, saluator dicere potuit. Vos facerrima mater estis quæ in quibusuis calamitatibus, & erūnis, etiam dū in patibulo crucis obirem mecum permanistis. Sed quale sit hoc adiutorium sacra scriptura insinuat. Non utiq; tanquam prima mulier, quæ serpenti cōsensit, & mandatū Dei præuaricata virū suū labefactauit, sed similis sit filio Dei, innocētia, & puritate eniteat, nihil peccati originalis habeat. Deicit virginem ea puritate nitere, qua maior sub Deo nequit intelligi. Quādoquidē si per instans alma Maria originali peccato foret obnoxia, nullatenus similis esset Christo. Quæ nā similitudo lucis ad tenebras, Christi ad belial? enim uerò originalis culpa, tenebra tetra est, animā inuisam reddēs Deo, & diaboli imperio eā subdēs. Quæ omnia in Maria Deipara nullatenus locū habēt. Imò pie aures nostro hoc seculo, hæc audire horrēt. Per similes fuit conceptio virginis, conceptioni Christi, nā si illa p. ppagationē ex patre Iochini, et matre Anna fuerit concepta, Christ⁹ aut nō ita, nihilominus singulare priuilegiū p. gratiā cōcessū est Mariæ, vt ab omni labe peccati sit præseruata. Quod sanè Christ⁹

*Nota.*  
*2. Cor. 6.*  
*Scotus. 3. d. 12. q. 2.*

d 2 habuit

Annotationes.

habuit per naturā. Erat em̄ filius Dei verus, cui humanitas illa sacrosancta fuit vnita. Quid multis immoror? si Christus peccatū habuisset originale, non caruisset actuali, Diuo Augustino teste, in quodam sermone. Sed peccatum actuale in virgine nemo ausus est ponere, quin doctor Angelicus eam non esse idoneam matrem Dei dicit. Si peccasset aliquando. 3. part. q. 27. articu. 4. Sed originalis culpa longè maior est, quouis veniali peccato, quod nullatenus gratiam tollit: ergo alma virgo immunis fuit ab originali noxa. Hinc Diuus Augustinus. libr. de Natura & Gratia. De beata virgine propter honorem Christi, nullam prorsus cum de peccatis agitur habere volo quæstionem. Videtis fratres quàm similis fuerit benedicta virgo Maria Adæ cœlesti Christo Iesu, cui data est in adiutorium. Aliò qui ipse de ea hodie concepta non diceret. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te.

¶ Secundo, in hac lætabunda solennitate immaculatæ virginis obseruandum est vaticiniū, quod in libro Geneseos de alma Christifera virgine scriptum est. Vbi statim post lapsum Adæ Deus optimus serpenti, ait; vel potius satanæ, qui in serpente loquutus fuit Eua. Inimicitias ponam inter te, & mulierē, inter

S. August.  
lib. de Natu  
ra & Gra  
tia.

Canti. 4.

Secundo.

In festo conceptionis Mariæ. 27  
inter semen tuum & semen illius. Ipsa con-  
teret caput tuum. Mira res, nō sat fuit Deo  
serpenti dicere: Maledictus eris tu inter om-  
nia animantia & bestias terræ, & super pe-  
ctus tuum gradieris, & terram comedes cū  
ctis diebus vitæ tuæ, vbi trifaria pœna eum  
mulctauit, eò quod peccati incentor demō  
fuit, sed subinde victoriam quā de ipso mu-  
lier quædam suo tempore obtineret subne-  
ctit. Itaque sententia est hæc, figurata est:  
nā serpentis appellatione, proculdubio, vti  
iam attigimus, dæmon intelligitur, cuius  
invidia, mors introiuit in orbem terrarum.  
Cæterum, signāter ait. Inimicitias ponā, nō  
pono, veluti notat sanctus Hieronymus, ne  
ad Euā pertinere hoc videatur. Sed ad illam  
de qua angelus Gabriel. Benedicta tu in mu-  
lieribus. Idest, præcunctis mulieribus. Id quē  
non nihil lucidius Helisabeth explanabit  
dicēs. Benedicta tu inter mulieres. Itaque de  
muliere tūc erat sermo, non quæ fratricidā  
Cain generaret, sed quæ intacta, & virgo  
semper maneret, parturiens mundi Salua-  
torem. Sensus itaque sententiæ huius est. Scitabo  
præclaram, & omnium charismatū  
donis ornatam mulierem, quæ posthabita  
credendi facilitate, non modo te nō audiat,  
quāuis suauitatē pomi pro adeptione ocu-  
lorum.

Gene. 3.

Sapi. 2.

Nota.

## Annotationes

esse promiseris, sed etiam angelo Gabriele verbum coelicū deferēte, rationē de promissionis exigat, nouitate dicens. Quomodo fiet istud, quoniam virū non cognosco? Imò affectus illius omnino aduersabuntur tuis prauis desiderijs. Mira res, charissimi, quā distent & cōtrarij sint suapte natura, affectus virginis præclarissimæ, & satanę execrandi affectus. Ille vt potè superbia turgidus, visa sua pulchritudine, ambijt sese magnificare, & ait. Ascēdam in coelū. Hæc humilis virgo cōtra, ex ore Gabrielis excellētia sua audita, nō effertur, nec Elisabeth encomia eius personate, exaltatur, sed ait. Magnificat anima mea dñm & exultauit spiritus meus, in Deo salutarimeo. Versutus ille, inquit. Exaltabo soliū meū super stellas cœli. Hęc mitissima mulier clamat. Respexit humilitatē ancillę suę. Ille drachonis vocē misit, inquit. Ero similis altissimo. At virgo virginū, ait. Ecce ancilla domini, fiat mihi secundum verbum tuū. Videtis (vt reor) inimicitias quas posuit Deus optimus inter serpentē, & benedictā mulierē Mariam. Ad hæc inter semē huius sanctę mulieris, & semē satanę, o quā tabella & dissidia posita sunt. Sanè semē diaboli prauī homines sunt, iuxta illud. Vos ex patre diabolo estis, & voluntatē eius vultis.

ad im-

28

Infesto conceptionis Mariæ. Et obseruādum, quod vbi semē sanctū mulieris dixit venturū, viri non meminit. Quia non ex virili semine, sed mistico spiramine, verbum Dei caro factum est, Alioqui angel⁹ Ioseph nō diceret. Quod in ea natū est, de spiritu sancto est. Ecce semen virginis Christus filius Dei est, quippe qui graues inimicitias aduersus demones exercuit, adeo vt gementes clamarent. Quid tibi & nobis Iesu Nazarene? venisti ante tempus torquerē nos? scimus quod sis sanctus Dei. Idq; dñs sacro ore suo deprōpsit dicēs. Nūc princeps mūdi huius eijcietur foras. Ac si dicat, ei⁹ imperio labefactato, & de idōlis, & hominū corde, sede illi⁹ sublata, viēt⁹ & cōfus⁹ in tetrū chaos descēdet. Ipsa cōteret caput tuū, ait dñs. Mitto (hic lubēs) quā vocula illa, ipsa pro vt in hæbraico est, verti potest, ipsa, vel ipse, quo tā ad filium quā ad matrē pientissimā refferri possit. Nos verò vulgatā nostrā versionē sequamur. Verū nō tantū Christ⁹ deiecit ppria virtute hūc lethale serpentē: sed alma ei⁹ mater gratia summi numinis fulta, validissimè vniuersos tētatoris anfractus, & conat⁹ elusit. Nec nō ille cerebro sūillius vir⁹, insigni prudētia florēs, potēter euicit. Potissimè hodie caput drachonis cōfregit ab originali culpa præseruata,

Matthæ. 23

Luce. 4.

Ioan. 12.

Gene. 3.

## Annotationes

nam ob hanc noxam originale, vel maxime venenosus hic serpens aduersus nos Ade filios, caput erigit, bella cuncta contra nos excitat. Eò quod veluti fons veneno infectus sit, vnde scelerum omnium flumina scaturiunt. Hinc non abs re Regalis Propheta, non vnum sed plura peccata dixit esse, in quibus ipse & nos concepti sumus. In peccatis, ait, concepit me mater mea. Proculdubio, caelicolae omnes, nec & sponsus triumphum tam mirabilem videtes, sese continere valent, quo minus ineffabili letitia concinant. Quae est illa quae progreditur quasi Aurora consurgens, pulchra, vt Luna, electa vt Sol. Terribilis vt castrorum aties ordinata. Equidem hoc testimonium, adeo egregias, summasque ipsius virtutes, atque triumphalem de satana victoriam commemorat, vt merito diu Hieronymus, nostrae salutis auetricem virginem hanc appellarit. Genuit plane, ac nobis Saluatorem vltro dedit. Quis obsecro negare potest, Deum potuisse dare Mariae gratiam equivalentem iustitiae originali, & sic eam preseruare ab omni macula? Si ita res habet quae potuit, quorsum quod excellentius est non tribuamur Mariae? Scot. 3. d. 3. q. vnica. Sed iam beatum Anselmum egregie loquentem attentius audiamus. Nonne castaneae molli Deo confert, vt inter spinas, & a spinis alatur

& for-

In festo Conceptionis Mariae. 29  
& formetur? Nonne hoc potuit facere matri suae? plane potuit. Quod si potuit, & voluit, si voluit & fecit. Hinc in Canticis, sponsus laudat sponsam suam, & matrem dicens: Sicut liliolum inter spinas, sic amica mea inter filias.  
¶ Tertio, magnopere aduertendum, quanta moestitia affecti, daemones omnes vlulantes cum seruis tyranni Holofernis dicant, victoriam virginis almae personantes. Vna mulier fecit confusionem in domo Nabuchodonosor. Quanam confusio illa fuerit, historia Iudith mulieris sanctae nos docet. Equidem proprio gladio mulier illa Haebra, alioqui sancta, & pluribus ornata virtutibus, caput cruenti hostis amputauit. Sicque liberata est Bethuliae ciuitas, quae vndique vallata, & oppressa erat adeo, vt nec aquam haberet ad bibendum. Confusus remansit, tenebrarum harum princeps Satanus in mirabili conceptione sacrae virginis Mariae, eò quod gladio diuinae gratiae victus euasit, dum citra contagionem originalis peccati, in aluo Annae est concepta. Quod nulli homini puro vnquam contigit. Nam omnes in Adam peccauerunt, & egent gloria Dei (teste Apostolo) & apertius alibi. Sicut per vnum hominem, peccatum in hunc mundum intrauit, & peccatum mors. Ita in omnes homi-

d 5 nes

Psal. 50.

Canti. 6.

S. Hiero.

Scot. 3. d. 3. q. iiii.

Collatio.

Canti. 2.

Iudith. 14  
Figura.

Ephē. 2.

## Annotationes

nes pertransijt, in quo omnes peccauerunt.

*Roma. 3.* En qualiter omnes filij iræ nascimur, quavis improbus Pelagius aliter falso asseruit. Quem tum beatus Hieronymus, tum etiam diuus Augustinus validè impugnarunt. Cõcilia etiam, Mileuitanum & Carthaginense confutarunt, damnarunt que. Quid plura, sacerdotes, & omnes ciues, mirificis encomijs Iudith de parta victoria, eam extulerunt, que planè beatæ virginis typum gerebat. Et ad eundem modum, omnes cœli ciues tripudiantes Mariæ gratulantur, & aiunt. Benedixit te dominus in virtute sua: quia per te ad nihilum redegit inimicos nostros. Benedicta es tu filia à domino Deo excelso, præ omnibus mulieribus super terram. Benedictus dñs qui creauit cœlum & terram, qui te direxit in vulnera capitis principis inimicorum nostrorum: quia hodie nomē tuum magnificauit, vt nō recedat laus tua de ore hominū. Et dixit populus, fiat, fiat. Agite fratres iā precor, & subinde cum angelis exultemus, gratias inexhaustas Deo optimo agentes, qui matri suæ tantam donauit gratiā, vt de superbo dæmone triumpharet, caput illius confringēs, dum hodie concepta immunis à culpa, quæ omnem posteritatem Adæ inuoluit, ipsa euasit. Quippeque, videns se ab omni labē præseruatam

30

In festo Cõceptionis Mariæ.

uatam ingentes grates Deo persoluit, dicēs. Magnificat anima mea dominum, cuius dono gratiæ venenosum serpentem superauit. Et exultauit spiritus meus, in Deo salutari meo. Quiq; singulari priuilegio me decorauit, ita vt gratia illius præueniēs me, nec per instans originali culpæ fuerim obnoxia. Quod si ratio vel causa tanti doni quæretur, alia non est, nisi quia ipse Deus omnipotens respexit humilitatem ancillæ suæ. Et ob hoc omnes generationes me beatā prædicabunt. Fecit mihi magna qui potens est, & sanctum nomen eius. Nō utiq; magnum esset donum, si me prolabi in peccatum originale sineret, vt de Propheta Hieremia, memoriæ proditum est, quem Deus post peccatū sanctificauit. Atq; de baptista hoc ipsū Gabriel prophetauit. Illi seruitati regis erant, ego quidē, ab æterno electa vt mater sim eius qui me creauit. Quod multis retro diebus vaticinatus fuit rex Dauid. Homo factus est in ea, & ipse fundauit eā altissimus. Magna sunt, & exquisita ea que mihi cõtulit filius Dei. Nā potēs est, & magnus, cuius magnitudinis nō est finis. Nemo igitur stupescat, vbi absque peccato me conceptam intuetur, sed potenti virtute summi Dei, id gestum agnoscat. Eas ob res vos filios rogo

*Luc. 1.*  
*Luc. 1.*  
*Psalms.*

## Annotationes

- Psalm.* rogo qui sic affecti estis, & immaculatam meam cōceptionem celebratis. Magnificate dominum mecum, & exaltemus eum in idipsum.
- Quartò.* ¶ Quartò denique, obseruatione dignum est, quàm nostræ assertioni faueant doctorum sanctorum oracula. Diuus Ambrosius exponens illud Esaiæ. Egre dietur virga de radice Iesse, sic ait. Virga illa Maria ipsa est, in qua nec nodus originalis peccati, nec cortex venialis culpæ fuit. Quin & ipsa de se ait. Quasi palma exaltata sum in Cades. Sanè palma victoriæ insigne est, vti Ioannes in
- Apoc. 7.* Apocalypsi suâ testatur. Nam martyres vidit, in quorum manibus palmæ erant. Sanè virgo sancta, instar palmæ, virorem gratiæ semper habuit, vbi sanctissima eius anima creata est, & corpori illius infusa. Hinc probè sanctus Hieronymus incunctanter clamat. Cæteris virginibus præstatur gratia per partes, Mariæ verò tota se infudit plenitudo gratiæ. Vbi ergo plenitudo gratiæ est, quomodo culpa originalis adinueniri potest? quid, illud Sapientiæ sacrosanctæ Romana Ecclesia, iure optimo accōmodat in hoc festo: Dominus possedit me in initio viarum suarum, nisi vt sciamus Mariam nunquam à dæmone fuisse possessam, neque per

In festo Cōceptionis Mariæ. 31  
per instans? Sed iam beatus Augustinus accedat, & virginem gloriosam absque noxa peccati originalis conceptam ostēdat. Charitas fecit, ait, vt Maria non solum non peccaret, sed nec peccatum cogitare potuit. Et super cunctos reseruasti ab omni labe peccati. Quid obsecro præcellentius, aut quid lucidius dici de immunitate virginis vnquā potuit? Enimvero charitas ipsa in Maria benedicta operata est, vt præ cæteris sanctis hoc priuilegio esset insignita. Quippè quæ ab omni labe peccati reseruauit, non modo actuali, vt iam superius diximus, sed originali. Ad stipulatur huic sententiæ Sanctus Illephōsus Tolletanus Archiepiscopus. Maria virgo, inquit, in vtero sanctificata originale peccatum non contraxit. Nec offiendit quicquam, quod Paulus asserit. Omnes in Adam peccauerunt, & egent gloria Dei: Et rursus David, Omnes declinauerunt simul inutiles facti sunt. Authoritates istæ, & omnes aliæ id genus, omnes intelligi oportet secundum communem legem, à qua profectò sacerrima virgo speciali dono fuit exēpta. Experimento nouimus, legem vniuersalem alicuius regni, non regis matrem, & reginā tangere, sed populum.

¶ Approbat hanc doctrinam sancta ecclesia

*S. August.*

*S. Illephon.*

*Roma. 3.*

*et 5.*

*Psalm. 13.*

lia



## Annotationes

**Conflium** fia Romana, nam in concilio Basiliensi sessione. 39. determinatum est per publicum decretum, quòd doctrina asserens, virginē Mariam nunquam subiacuisse peccato originali, tanquam pia & consona cultui ecclesiastico, fidei catholicę, rectè rationi, & sacre scripturę, ab omnibus catholicis est approbanda, tenenda, & amplexanda. Nullique licitum esse diffinit ibidem sancta Synodus, in contrarium prædicare, seu docere. Bone Deus, urnam in qua locandum erat manna coelicum ex auro purissimo Mofes ex præcepto Dei fabricavit, & virgo præclara, in qua collocandus erat panis viuus qui de cœlo descendit, non sine immunditia originalis culpe fuit concepta? Nullus posthac fratres addubitet de puritate cōceptionis sacre virginis & Dei matris. Sed vt honor matris redundet in filium, omnes eam puram ac sanctam expertemque à labe originali prædicent. Filij eius summus omnes fideles, eam obrem feruenti zelo honorem eius tute-  
mur, & conseruemus pro nostra virili oportet. Ipsa acclamante & dicente. Qui me elucidant vitam æternam habebunt, quacum ipsa in cælo potiri nobis contingat. Amen.

P R O

In festo sancti Thomæ. 32

P R O S A N C T O T H O M A  
Apostolo, euangelium explicatum est, in  
Dominica in albis. Ob id in presentiarum  
aliquot annotationes scribemus.



Thomas vnus de duodecim, qui dicitur Didimus, non erat cum eis quando venit Iesus. Ioan. 20. Aduertendū, quod vocula illa Didimus, perinde atque interpretatio Thomæ ponitur, significat quidem dubium, vel dubitatore. Nam Thomas dubitauit, audiens dominum à mortuis surrexisse. Et adeò dubius fuit vt diceret. Nisi videro fixuram clauorum, & mittā digitum meū in locū clauorum, & mittam manum meam in latus eius non credam. Quærat quis, eodē die paschatis duo discipuli ex Emaus redeuntes, vndecim inuenerunt congregatos, teste Luca. Quomodo Ioānes, ait, Thomam non esse cū eis quando venit Iesus? Sanctus Augustinus lib. 3. de consen. euang. c. 25. Vtrumq; verū esse testatur. Sed tamen ita constare, quòd inde Thomas exierit antequam eis dominus hæc loquētibus appareret. Quod quidē, casu non factū est, sed dispensatione diuina.

Tum

Annotationes

Tum vt Christi resurrectio , in qua plurimum roboris fidei nostræ situm erat , ex illa dubitatione firmiter firmaretur argumentis, ad eruditionem nostram , & totius ecclesiæ. Tum etiam vt omnes hæretici certò sciant, non nisi in coetu & congregatione ecclesiæ Romanæ Christum fore. Fal-

S. Bernard.

leris, inquit, Bernardus, ô Thoma quando arbitraris te Christum inuenire extra sanctorum coetum, qui semper est in millibus angelorum. Verum ex recessu Thomæ à congregatione sancta incredulitas ei orta est. Et ad eandem imaginem, ne christiani plurima sunt oborta mala: quia ab unitate Romanæ ecclesiæ temerè recesserunt. Vnde fieri non potest, vt Christum Iesum oculis fidei, intueantur, donec pœnitentiæ agentes, ad sanctum Romanæ ecclesiæ redeant collegium.

Secundò.

¶ Quatum solatij & letitiæ Apostoli ex visione tãti Magistri susceperint, Lucas non tacuit. Gauisunt discipuli viso domino, inquit. Ecce quantus sit fructus passionis Christi, nempe, mors eius est, quæ præ se fert pacem, & gaudium in Spiritu sancto. O gaudium modis omnibus affectandum, non de diuitiarum copia, non de honore. Seculi fallacis, sed de visione domini. Sed quid

ni

In festo sancti Thomæ.

33

ni gaudeat apostoli, qui triduo moestitia affecti iam vident natum, & suscitatum nouum hominem? obliuiscetes pressuræ transactæ iubilant, & gaudent. Sic saluator eis prædixerat parabolam, de muliere pregnante referens. Hoc ineffabili gaudio orbatus fuit Thomas, eò quod cum apostolis non erat.

Ioãnis. 16.

Vos fratres iam altius considerate, quã vera sit illa Tobiae sententia. Post tempestatem tranquillũ facis; & post fletum gaudium & exultationem inducis. Ne obsecro calamitate quauis urgente animum despondeatis,

Tobie. 3.

quin potius viriliter agite & confortetur cor vestrum, & sustinete dominum, cùm regalis propheta perpulchrè admonet. Vox Dei optimi ea est, quæ maxime afflictos quosq;

Psalms. 90.

solatur. Quoniam in me sperauit liberabo eum; eripiam eum & glorificabo eum. Hebraicè, sic habetur. Quoniam me diligit, liberabo eum, nam spes viua & fortis, charitatem comitem, indiuisam habet. En duo dona ingentia Deus optulit, promittit sperantibus, ac diligentibus. Quos nedum ab ærũna quamlibet atrociori liberat, sed liberatos beat, & glorificat.

¶ Cæterum obseruandum, quod pastor bonus Christus octauo die inuisens ouiculam suam errabundam, omnibus duodecim ap-

Tertiò.

paruit

paruit simul, nō anteā. Quid causæ subest, ut  
tā dñi distulerit dilectō apostolo suo appa-  
rere? Equidē Sāctus Chrysoſtomus propte-  
rea id gestū fore testātur, ut interim à disci-  
pulis edoct⁹, in maius traderet desideriu,  
& plus in fide firmaret. Ad hęc rectē octauo  
die fidē astruere voluit in Thoma dominus,  
quoniā dies octau⁹ ad resurrexionē attinet.  
Quandoquidē, sicut septē diebus septimanę  
vertitur, ita septē statibus vniuersus mun-  
di cursus absoluitur. Et ideo extremus dies  
iudicii dies erit Dominicus, (vt quidā aiūt,) qui  
etiā dies perpetuus erit semper que du-  
raturus (dicente Dauid) Hęc dies quā fecit  
dñs, exultemus & lætemur in ea. Etenim,  
electi magna lætitiā tunc perfusi, vehemen-  
ter exultabunt, magnificantes regem regū  
Christum. Reprōbi vero contra, atrocissime  
stitudine confecti ululabunt, & ingemiscen-  
tes dentibus suis sese abijci erubunt, pœnas  
conmeritas dantes. Sed ibi par erit pasto-  
ris optimi clementiā intueri.

**Quarto.** ¶ Venit Iesus ianuis clausis, & stetit in me-  
dio eorum. Et postquam vniuersum eis  
imprecatus est pacem, eò quod princeps pa-  
cis sit, Esaiā teste, statim alloquitur Thomā  
& ait, Mitte digitum tuum in loca clauorū,  
& affer manum tuam, & mitte in latus meū.

Et no:

Et noli esse incredulus sed fidelis. O immen-  
sam dñi pietatem, o ingentē Christi Iesu cha-  
ritatem, qui labi permisit discipulum dile-  
ctū in incredulitatem, nullatenus eum desti-  
tuit. Vbi oraculi David veritas patescit. Si  
cecidit iustus, nō collidetur. Dominus sup-  
ponit manū suā. Obseruandū hęc magno pe-  
re est, quod claritas illa, quā saluator promi-  
sit suis electis, ita vt in regnō patris eorū ful-  
geant sicut sol, abscondita fuit in Christo. A-  
lioquē humanus aspectus eā ferre nequiret.  
S. August. libr. 12. de Ciuita. Dei. Et quia in  
resurrectione erit summa obedientia corpo-  
ris ad animā, hinc scaturit quod corpus glo-  
riosum possit videri, vel non videri, secundū  
volūtātē animę. 4. d. 44. & S. Tho. 3. p. in ad-  
ditionib⁹ ad. 3. partē. q. 85. ar. 3. Nec est con-  
tra dotē subtilitatis, quòd alit palpabile corp⁹  
gloriosum, habet quidē qualitates à natura  
sua, quę sunt aptę minutare tactum. Itaque  
quādo corpus omnino subiectū est spiritui,  
in pōtestate eius est, vt secundū eas immu-  
tet tactum, vel non immutet. Similiter & se-  
cundū naturam sibi competit, vt resistat  
cuilibet corpori trāseunti, ita quòd nō pos-  
sit esse cū eo simul in eodem loco. Nihilose-  
tius miraculosē hoc potest, quas ob res sal-  
uator noster superposito lapide, ex sepul-  
chro

S. Chryso.

Nota.

Psal. 112.

Psal. 36.

Matth. 13

4. d. 44.

Annotationes

**S. Tho. 3. p. q. 83.** chro exijt, & clausis ianuis, bis ad apostolos intrauit. Sanct. Tho. 3. p. q. 83. ar. 6. Cæterū dominus vulnera sua ostendit Thomæ, & illi palpandum se præbuit, vt discamus quòd in illo seculo nouo martyrū stigmata intuebimur, in quib⁹ nulla erit deformitas, sed dignitas & ingens claritas. Authore Diuo **S. August.** Augustino, libr. 22. de Ciuita. Dei. Quantū proderit, erga fidem Beatus Thomas viso Iesu, confessio eius iam palàm facit.

**Quintò.** ¶ Tunc Thomas se cōtinere nō potuit, quominus exclamarit dicēs. Dñs meus, & Deus me⁹. O si nos fratres, fide viua quotidie peccatiūs vulnera Christi per cōtemplationē feruidam saluatoris vulnera tāgeremus: proculdubio veluti stupefacti, cum Thoma vociferātes, tum corde tum etiam ore dicere-mus. Dominus meus, (attendite charissimi) quod Petrus circa Cæsaream dixit, domino interroganti. Tu es Christus filius Dei viui. Hoc ipsum tametsi clari⁹ Thomas nunc profitetur. Dominus meus es, qui me ē fau-cibus drachonis Satanæ, cruore tuo roseo redemisti: qui que in certamine passionis tuæ me libertati restituisti. Insuper & Deus me⁹ **Gene. 1.** es, qui me ex nihilo creasti, nobilem creaturam, imagine tua decorasti, & paulomin⁹ ab angelis effecisti. Nec satis est fratres, vt

quis

In festo sancti Thomæ. 35

quis credat dominum & Deum esse Christū aliorum, nisi credas quod dominus tuus, & Deus tuus sit. Id est, in ipso confidas, ab illo cuncta bona speres, & in gloriam eius operatua dirigas. Vnde Regius Psalter, ait. **De⁹ Psalm.** Deus me⁹, à te de luce vigilo. Et itetū. Deus Deus meus respice in me. Et Sponsa in can-ticis sæpenuerò clamat. Dilectus meus mihi, & ego illi. Verūm si toto nisu cupimus vt dominus noster, & Deus noster sit, oportet vt nos eius simus, nos illi totos dicemus offeramusque. Deinde magnū solamē nobis afferunt verba Christi dicentis. Quia vidisti me Thoma credidisti, beati qui non viderūt & crediderunt. Notanter, ait, vidisti, & non tetigisti, quanquam ad visum, omnes quatuor alios sensus referatur aliquando, vt pulchre Sæctus Augustinus notat. Beatus Gregorius illum tetigisse asserit, ita vt dū cicatrices domini contrectarit, cicatrices & vulnera pectoris nostri amputarit. Ne posthac quisquam temere de resurrectione domini audeat dubitare. Beati qui nō viderūt & crediderunt. Vbi tacitè gentiū vocationē prædicat. Nēpè, nos tātò beatiōres erimus, quātò minus vidim⁹. Fides præclara de nō visis **Hebra. 11** est, teste apostolo. Argumentū nō apparen-tiū appellat. Hinc probe Petr⁹, ait. In quē nō

e 3 vice-

1. Petri. 1. videntes creditis, credentes autem exultabitis lætitia magna, & inenarrabili, glorificata, repertantes finem fidei vestræ, salutem animarum vestrarum. Ecce fructus fidei sacræ quæ sit exuberans, modò charitas nõ deficit. Quæ planè ociosa non est, sed magna operatur. Nos ergo fratres alta cogitatione expèdamus quã vnicè nos dilexerit dominus, qui nedam pro nobis, tot probra & cruciatus vltro sustinuit, sed vestigia vulnerum in sacro sancto corpore suo seruauit. Ne ampli⁹ quis cũ populo illo incredulo dicat, Oblitus est mei dominus. Nunquid potest mulier obliuisci infantem suum, ne misereatur filio vteri sui? Si illa oblita fuerit, ego tamen tui non obliuiscar. Et subinde rationem huius perpetuæ memoriæ adnectens dixit. In manibus meis scripsi te. O nos beatos, miliesque foelices charissimi, si hanc gratiam, non neglexerimus. En in manibus Christi conscripti sumus, ipsum & nos in quibusuis cogitationibus, verbis, & operibus, ob oculos habeamus. Habentes toto diligamus pe-

Esaie. 49. cū populo illo incredulo dicat, Oblitus est mei dominus. Nunquid potest mulier obliuisci infantem suum, ne misereatur filio vteri sui? Si illa oblita fuerit, ego tamen tui non obliuiscar. Et subinde rationem huius perpetuæ memoriæ adnectens dixit. In manibus meis scripsi te. O nos beatos, miliesque foelices charissimi, si hanc gratiam, non neglexerimus. En in manibus Christi conscripti sumus, ipsum & nos in quibusuis cogitationibus, verbis, & operibus, ob oculos habeamus. Habentes toto diligamus pe-

ctore, quatenus cum Beato Thoma in coelesti regno, Christo Iesu potissime reamur.

¶ PRO

¶ PRO INCVNDIS SIMO Natiuitatis Christi festo, nec nõ pro vigilia Paschæ, inueniet concionator expositio nẽ euangelij Ioãnis, In principia erat verbum, & etiam euangelium Lucæ ad amussim declaratum, in libro de aduentu dñi. Sequuntur tamen nonnullę annotationes, de mirabili Natiuitate Saluatoris.



Vangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo: quia natus est vobis saluator, qui est Christus dñs in ciuitate David. Verba sunt Angeli, pastores qui in eadem regione erant vilitantis, plena mysterijs, & lætitia mirabili referta. Adsit Christi Iesu gratia, qua roborati, tum ea vtcunq̃ explicare possimus, tum etiam ex eis exuberantẽ fructum elicere valeamus. Parui quidem refert charissimi, quòd saluator natus sit, nisi nobis frugi fuerit illius ineffabile natale. Primò aduertẽdũ quãta sit euãgelij dignitas, quod quidẽ à coelesti nũcio coepit promulgari in mũdo. Ecce q̃ sit vera sentẽtia illa Pauli. Nõ

Annotationes

Luce. 2.

Annotationes

*Hebra. 1.* nē omnes sunt administratores spiritus missi propter eos qui hæreditatem capiunt salutis? Nēpē, dignitas fidelium vel maximè, in hoc conspicua est, quod non modò cœli & elementa omnia ei inserviunt, sed cœlestes mētes hominī obsequiū præstāt. Quod planè privilegiū saluator nō tacuit, sed ore suo sacro dixit. Nolite cōtēnere vnum ex ijs minimis, qui in me credūt. Angeli eorum semper vident faciē patris, qui in cœlis est. Ait, ergo Angelus. Euāgelizo vobis gaudiū magnum. Nec fas est, vt paueatis, ponite timorē, nihil est quod formidētis, lætissimum nūciū afferō, adeò vt hæcten⁹ inauditum fuerit, ab orbe condito. Vobis planè tātæ tamque præcellētis rei nūcius adsum, nō Phariseis, aut legis sacerdotib⁹, nō magnatib⁹, vel regi Herodi. Vnde palā est, quā chari sint Deo, vel vilissimi homines, vt potè ad quos angelos dirigit Deus, quibus primò manifestat mysterium filij sui nati. Mira res, angelus pastoribus apparuit, non dormientibus, sed vigilantibus, qui que excubias agebant pro tuendis gregibus suis, re ipsa docentes, quid exemplo principis pastorū Christi, facere debeāt episcopi, p̄ seruāda salute populi sibi crediti. Humilib⁹ humilis, pastorib⁹ pastor, primū innotescere maluit, quā Cæsari-  
bus

In festo natiuitatis domini. 37  
bus, aut regibus. Ratio, quia suapte natura Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiā. O præclaram virtutem, ardētissimis votis desiderandam, quam tanti facit optimus Deus, vt ei thesaurum gratiæ suę impertiat. Sanè quemadmodum superbia ex angelis dæmones, sic humilitas ex hominibus angelos efficit. Hæc fratres est ciuitas parua illa Segor, in qua Loth & familia eius a sulphureo igne Sodomæ liberi euaserūt. Figite obsecro, & ad humilitatem cōuolantes, flamma superbiæ, & auaritiæ, aut concupiscentiæ vos nocere, haud poterit. Verūm scitè sapiens dixit. Cum simplicibus sermotationatio eius. Allusio est ad illud. Abscondisti hæc a sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Cæterum, quam comode natiuitas Christi Iesu manifestata sit per angelos, ostendit consuetudo antiqua. Nam per angelos Deus loquutus est Abrahæ Mosi, & Iacob. Quin lex data est per angelos, vt in Actis legimus. c. 7. Hinc sanctus Augustinus in sermone Epiphanię ait. Cœlos angeli habitant, sidera eos ornant, vt trique cœli enarrāt gloriam Dei. De ijs fusius. S. Tho. 3. p. q. 36. art. 5.  
¶ Secundo, non abs re pastores circumfulsit lux de cœlo, quò daretur intelligi, non aliū

*Iacobi. 4.*

*Gene. 19.*

*Figura.*

*Matthæ. 11.*

*S. Ang. ser Epipha.*

*Secundò.*

Annotationes

esse qui in Bethleē nascebatur, nisi de quo  
Ioan. 1. Ioannes dixit. Erat lux vera, quæ illuminat  
omnem hominem venientem in hunc mun-  
dum. Quod planē multis retro seculis, quan-  
quā alijs verbis sapiens deprōpserat dicens.  
Sapi. 7. Candor est lucis æternæ. Cui sententiæ sub-  
scripsit apostolus quando dixit, Qui cū sit  
splendor gloriæ, & figuræ substantiæ eius,  
portās omnia. Equidē, sole iustitię nato, qui  
tenebras errorū disipare venerat, ius erat vt  
angelus sic splendore rutilans appareret,  
quod (nifallor) in veteri testamēto nusquā  
legimus. Eodē attinet, quod dñs de seipso  
asseruit. Ego inquit, sum lux mūdi, qui se-  
quitur me, non ambulat in tenebris. O nos  
foelices fratres, si scelerum nostrorū caligi-  
ne excussa, tenebrisque peccatorū postha-  
bitis, cœlicā hanc lucē sequamur, & adhe-  
rētes, ipsam nullaten⁹ relinquam⁹. Vēh mi-  
seris neochristianis, qui hac luce spreta  
Ægypti tenebras amplexantur, Vēh etiā  
sibilib⁹, qui lumine fidei decorati, tenebras  
viciorum amant, virtutū vero splendorem,  
sole ipso cādidiores, posthabent. De vtrif-  
que clamat ingemiscens, Psalter Regius. Ne  
scierunt, neque intellexerunt, in tenebris  
ambulant. Nonne hoc est iudicium mun-  
di, quia lux venit in mundū, & dilexerūt ho-  
mines

Ioan. 1.

Sapi. 7.

Ioan. 8.

Psal. 81.

In festo natiuitatis domini. 38

mines magis tenebras quā lucē. Nos fra-  
tres non ita, sed abijciamus opera tenebra-  
rum, & induamur arma lucis, postquā lux  
cœlestis nobis orta est in Bethleem.  
¶ Rursus aduertēdum, quā sapiēter, ciuis  
cœlestis, pastores alloquitur. Natus est vo-  
bis hodie Saluator. Non nobis natus est Ie-  
sus, sed vobis, quia nusquā angelos appre-  
hendit, sed semen Abrahæ apprehendit, Sa-  
nē angelis natus erat filius Dei, vt eos bea-  
ret, sed ab æternitate. Nobis vero natus est,  
in tempore, factus homo, mirabile dictu, nō  
dixit, erit saluator, ab hoc vel illo, sed ab-  
solutē, quō palam ostendat Christum sal-  
uatorem fore ab omni malo, tum animæ,  
tum etiā corporis quemadmodum vni-  
uersalis resurrectio, indicabit. Subinde ex-  
plicat, esse verum Messiam, qui est Christus  
dominus. Hic est Messias ille princeps ac do-  
minus omnium, Rex idem, & Sacerdos di-  
uinitus vnctus. De quo in Psalmo scriptū  
est. Tu es sacerdos secundū ordinem  
Melchisedech. Is (inquam est) quem olim  
prophetarum oracula promiserant, iam  
quondam expectatus est Messias, & maxi-  
mopere desideratus. Imo de ipso Esaias ce-  
cinit: Parvulus natus est nobis, & filius da-  
tus est nobis. Is magnus erat & laudabilis  
nimis

Tertio.

Nota.

Psal. 109.

## Annotationes

nimis, cuius magnitudinis non est finis. At amore hominū affectus, paruus factus est, vt magnos in cœlis homines efficiat. Equidem vbi angelus hodie natum asserit esse Christum, humanitatem eius subindicat, quando dominum eum appellat, illius diuinitatem innuit. Quid plura? locum quē delegerat in quo nasceretur cœlestis nuncius non tacuit. In Bethleem Iudæ, ait, ciuitate David. Sanè vbi David manu fortis ortus est, Inibi saluator dignatus est nasci. Ex te enim exiet dux, qui regat populum meum Israel prædixerat vates Michæas. Qui plane sic habet. Ex te, videlicet Bethleem, egredietur mihi, qui sit dominator in Israel. Et egressus eius à diebus eternitatis. Quib⁹ verbis probatur Messiam fore Deum & hominem, velit nolint sacerdotes, & doctores legis. Sed nec mirum cum cœcauerit eos malicia eorum. Ad hæc si Bethleem domus panis interpretatur, commodissimè in ea natus est, qui verè panis viuus appellatur, & eò de cœlo descendit, qui angelos illic satiat, & beat, vt satiaret homines famelicos, & eos qui in se credūt, & credendo eūtoto corde amant. Cæterum, quia rerum dicendarum copia obruimur, illud tamen prætereundum nō est, quod humilis magister oppidu-

*Miche. 5.*

*Nota.*

## In festo natiuitatis dōmini. 39

pidulum humile delegerat, vbi tamen nullā habebat cœli terræque dominus domū, parentes humiles, denique peregrè nasci voluit, quò nos puderet nostræ superbiæ, simul & auaritiæ, ac vel eius exemplo disceremus, foelicitatem nostram non esse metiendam vulgaribus bonis, quippe quæ, & si nobis non subducuntur, nos profectò illis subducimur, sed eternis bonis æstimādā, & in illam patriam recondēdos thesauros, quibus perpetuò simus fruituri. Verum si rem altius expendere lubet, plus erat sublimitatis, plus potentiæ, plus maiestatis, in hac humilima Saluatoris natiuitate, quàm in omnibus omnium Cæsarum pompis, ac triūphis. O mirabile mysteriū, in Bethleem quæ domus panis dicitur, sacra virgo protulit nobis panem illum cœlestē, qui dat vitā mundo. Quē qui dignè ederit in æternum nō morietur. Hoc nectareo manna fidelium mentes quotidie victitant, & eo mirum in modū saginantur, & aduersus hostilia bella, & frequentes dæmonis mundi, & carnis impetus magnopere roborantur. Nunquid mugiet bos, habens præsepe plenum? O quam plenum extat præsepe in quo materia reclinauit infantē Iesum. Equidē nō est quod amplius ingemiscat orthodoxus, ple-

*Ioan. 6.*

*Iob. 6.*

num



Annotationes

nū est præsepē, nā in ipso iacet ille, in quo habitat plenitudo diuinitatis corporaliter, veluti apostolus per pulchrē testatur.

Quartò.

¶ Postquā angelus suo ministerio functus fuit, multitudo coelica eum ipso canere coepit. Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus, bonę volūtatis. Enim uerò multitudo militię coelestis, id est angelorū, qui ministri sunt dñi fortis in prælio, quiq; pro nobis bellāt, aduers⁹ principes tenebrarū harū. Hi modulatione quadā ineffabili, laudes canebant Deo optimo, inenarrabilem eius gloriā pertonātes, stupendāque illius charitatē circa homines recēsentēs: quibus fauore numinis summi tāta felicitas cōtigisset. Ceterū in hoc carmine significat, nihil ex hoc opere glorię deberi, angelis, aut hominibus, sed vniuersā gloriā bonitati diuinę deberi. Quippeq; nobis quos cōdidit, miro cōsilio prouidit ē coelo, vt conspicuū sit, illinc proficisci, quicquid magnificū, aut salutiferū obrigerit. Proculdubio in corporali specie multitudo illa angelorū apparuit. Alioqui voce canora carmē illud tonare nō possent. Græcē autē sic habetur, gloria in altissimis Deo, & in terra pax, hominibus bona volūtas. Ecce triplex beneficium ex incarnatione verbi Dei nobis præstitū. Gloria in

Nota.

3. 1107

3. 1107

Incarnatio  
nis cōmoda

excel

Infesto natiuitatis domini. 40

excelsis, pax in terra, hominibus bona volūtas. Equidē scopus incarnationis potissimē gloria Dei est, vbi comprehenduntur omnes beati. Deinde refertur ad tranquillitatē ordinis in inferioribus, nomine terrę significatis. Tertio, ordinatur ad bonā volūtatē hominibus; qua nimirum genus humanum egebat sine Christo. Agite vos fratres, & quanto cius angelos imitari contendite, in quibus suis sanctis operibus; honorē & gloriam Deo impendite, a quo cūcta charissimā tuū donā dimanāt: iuxta illud. *Omne datū optimū, & omne donū perfectū, de sursum est, descendens a patre luminō. Dicitē cū viro sancto Ioseph, si aliquando inanis gloria vos infestauerit. Omnia tradidit dominus meus in manus meas, præter te: quę es vxor illius. Ita res habet, & nemo iniustias te poterit, omnia dedit nobis dominus, angelos, celos, elemēta, volatilia, & animalia. De gloria sua verò quę sponsa eius est, ait: Gloriam meam alteri nō dabo. Hac tangere ausus est satanas, & precipitatus in barathrum perijt. Arripere tentauit Adamis eam, & subinde corruit: Qui gloriatur in domino gloriatur, non in seipso, sed in creatore suo letetur. Pax portio nostrā, laus verò & gloria soli Deo exhibenda est.*

Jacobi. 1.

Gene. 39.

Esa. 42.

Nota.

est.

Annotationes

est. Sed prôh nefas quâ prepostere homi-  
nes se habent gloriâ sibi vendicantes, tran-  
quillitatem & pacē suæ conscientiæ horrēt,  
perperâ agētes, pecudum in morē viuentes.

**Quintò.** ¶ Quintò denique videre est, quanta læti-  
tia affecti, quàm magno iubilo exhilarati,  
pastores festinantes venerunt adorare pue-  
rum Iesum in præsepio iacentem.

**Luce. 2.** Loqueban-  
tur quidē inuicem, trāseamus vsque Beth-  
leem, & videamus verbū quod factum est.

Id est, angeli monita sequamur, proficisca-  
mur vsque ad Bethleem, vt quod audiui-  
mus factum, coram intueamur, quo plenio-  
re fide prædicemus alijs, quod dominus per  
angelum nunciare dignatus est. O pium cō-  
siliū, o colloquium satis frugiferum. Tran-  
seamus vsque Bethleem, sed non Bethleem  
pertrāseamus; Quin & vbi cum puero Iesu  
& matre sacra commoremur, vt diuus Ber-  
nardus inquit. Sūt pleriq; similes phariseis,  
& improbis sacerdotibus, qui trāseūtes mo-  
uebāt capita sua blasphemias iactantes in  
Christū, quando pēdebat in cruce. Sanè aua-  
ri vidētes Saluatoris inopiam, in diuersorio  
natum, in angusto præsepio collocatū, per-  
trāseunt Bethleē, nec moras trāhere volunt  
cum puero benedicto, cuius inopia nos om-  
nes diuites facti sumus. Ad eūdem modum  
qui

**S. Ber.**

**Nota.**

In festo Natiuitatis dñi. 41

qui seculi gloriolæ hiniāt, & fugaces hono-  
res appetunt, humilitatem domini intuētes,  
statim stupefacti fugiūt. At qui pastores pau-  
peres & humiles, ouantes festinant, & vbi  
peruentum est Bethleem, magnopere lætā-  
tes, laudes cōcinūt, tum saluatori, tum puer-  
peræ virgini. Mira res satisque miranda, nil  
offendit pastores pios virginis almæ tenui-  
tas, nil sponsus iuxta mundum humilis, ni-  
hil puerulus ob inopiam loci cōmodioris  
in præsepio reclinatus. Quæ omnia, ni fallor,  
turgidos phariseos, & superbos scribas alie-  
nassent. Quinimò hisce omnibus, magis ac  
magis confirmantur pij pastores ad firmio-  
rē credulitatē. Quid, quod greges suos dese-  
rentes nihil curæ eis erat, nisi quam ocys-  
sime saluatorem adorarent? Vtinam & nos  
charissimi, pecora nostra extemplo relin-  
quētes, sensus nostros mortificaremus, iux-  
ta Pauli dogma. Mortificate, ait, mēbra ve-  
stra quæ sunt super terrā. Quæ nam ea sunt?  
Nempè, inuidia, fornicatio, & alia id genus  
scelera. Quib⁹ prægrauati, festinare nequeūt  
peccatores ad Iesum. Imò testudineo gressu  
ambulantes, vt rebelles hebræi in deserto  
obeunt, tãquã indigni, qui terram promisā,  
lacte & melle manantem possideant. Nos er-  
go mole peccatorum nostrorū posita, expo-  
liemus

**Nota.**

**Colossen. 3**

Annotationes

liemus veterē hominem cum actibus suis, quò exuuijs scelerum præteritorū abiectis, agilius, & expeditius, cum sanctis pastoribus ad Bethleē conuolemus. Inibi que mansionem facientes à Christo Iesu nullatenus discedamus. Donec ad dexteram patris regnantem, facie ad faciem ipsum intueri mereamur. Mitto nunc recensere ineffabile gaudium, quo intemerata virgo Maria fuit affecta, dum pastorum mirifica audierat verba. Erant mirantes mater eius & Ioseph, deijs que dicebantur à pastoribus. Sane vt erant simplices nihil ex se comminisci poterant sed que audierant & viderant, absque fictione & fūco enarrabant. Ceterū, si teste Diuo Augustino, super Genesim, ad literam libro. 12. ca. 4. & q. 61. ad Orosium, Moses viuens in terra aliquandiu essentiam diuinam vidit, dicēte scriptura. Deus loquebatur ei facie ad faciē, vt homo solet loqui ad amicū suū. Et rursus de Paulo hoc ipsum asserit egregius doctor. Quis nō piē credat hodierno die Christum quoque sanctā matrem tantū exhilarasse, vt primo statim aspectu, illi suam essentiam exhibuisset intuentiam? nec ideo beata fuit, eo q̄ nō per modū permanētis, sed per modū transeūtis in raptu essentiam diuinā vidit. Vnde tantum con-  
buit

S. Augustus.

sup Genē.  
li. 12. c. 4.

In festo sancti Stephani. 42

cēpit gaudium quantum nullus homo habuit in terra. Equidem tunc decantare potuit. Magnificat anima mea dominum, & exultauit spiritus me⁹ in Deo salutari meo. Faxit Christus Iesus, vt in hoc mortali corpore sic hanc lætitiā sui ortus experiamur, vt morte aduentate, illo ad dexteram patris regnante perpetim fruamur. Amen.

*PRO SANCTO STEPHANO  
no annotationes quæ adā, quæ tum Euan-  
gelium tum etiam gloriosum eius  
martyrium continet.*



Inlectione euāgelij duo potissimè sunt notanda, primū, quantum cure sit Christo Iesu erga suā spōsam sacrā ecclesiam honorandā, atque augendā. Quā ob rem mittit prophetas & scribas sapientes, quāuis improbitas phariseorū, & sacerdotū, eò demētiē deuenerat, vt nedū eos audire vellēt, sed furore iniquo acti, in eos irruentes, illos occiderūt, & crucifixerūt. Vbi prophetas appellat Petrum qui in sua canonica pleraque futura admonuit, ne incautos fideles inueniat Christus sed vigilantes. Vnde in prima epi-

Annotatione

1. 7

1 Petri.

f 2

tola.

Annotationes

stola. c. 4. Si exprobramini in nomine Christi, beati estis. Et post Paulū addidit. Tēpus ut incipiat iudicium à domo Dei. Si autem primū à nobis, quis finis eorū qui non credunt euangelio Dei? Et si iustus quidem vix saluabitur, impius & peccator vbi parebūt? Quæ omnia diu futura ecclesiæ calamitate, tum per tyrannos, tum per hæreticos, spiritu diuino afflatus vaticinatus est. Nec non in. 2. episto. c. 2. Itidē scripsit. Hæreticos afferens viam Balam gradi, qui mercedem iniquitatis amavit, & correptionis suæ iniquitatis habuit. Hos iure vocat fontes sine aqua, nebulas turbinib<sup>9</sup> exagitatas, quib<sup>9</sup> caligo tenebrarum feruatur. Ad hæc, Paulus de eisdem prophetauit, vbi ait. Scio quod post discessionem meam intrabunt lupi rapaces, lupi graues in vos, non parcentes gregi. Acto. 20. Quid quòd Apocalypsis Ioannis plena est vaticinijs, quibus erūnas quas ecclesia Romana passura est, ad finē vsque mundi, optimè describit? Atqui, scribas merito dicit euangelistas, qui spiritu Dei afflatis, tum mirifica verba saluatoris, tum etiam facinora præclara que patrauit, per pulchrè nobis narrant. Ex ijs flagellarunt in synagōgis suis hebræi, & insuper atrociter occiderunt. Verū vt aranea ex flore vernanti lethale ve-

2. Petr. 2.

Apoc. 12.

In festo sancti Stephani. 43

le venenū fugit, vnde apis mella haurire solent, ita sacerdotes legis antiquæ & scribæ, sumpserunt malitiam & tyrannidem vnde oportebat eos haurire salutem. Talis est impiorum genius, talis & eorum vesania, vt ex ipsa veritatis luce ceciores fiant, & ex sermone Dei nequiores euadant. Hinc in Esaia dicunt. Cum morte percussimus foedus, & cū inferno fecimus pactum. Cæterū, quod dominus, ait, de Zacharia filio Barachiz, quem hebræi occiderunt inter templum & altare, eorum rabidam iram significat, qua ebrij locum sacrum polluerunt, enecantes eximiū & in fontem virum. Quis ille Zacharias fuerit non anxie quærendum est, cum ad veritatē historiz parui referat hoc scire nec nē. Enimverò hætenus res sub lite est, & quæstio hæc pendula manet. Quidam vnum de duodecim prophetis fore dixerunt. Sæctus Basilus in sermone Epiphanię, & Theophilus in Matthæum, Ioannis Baptiste patre occisum referunt, eò quòd aduentum Messiz eis prædicaret, & almæ virginis integritatem tutatus, eam sedere in locò virginib<sup>9</sup> dicatum fecit, tempore sacrificij. At Diuus Hieronymus alia via graditur. Nā hunc Zachariam testatur esse de quo in libro sacro memoria proditum est. Is filius fuit Iojade,

Collatio

Esaie. 28.

S. Basilus.

2. Para.

f 3

vel

24.

## Annotationes

vel Baraehiæ. Forsitan erat binomius pater illius. Quænam opinio sit literæ germanior, prudens lector iudicet. Iesu bone: si tanta erat iudeorum immanitas, quorsan eis ablegasti apostolos & discipulos, magno pere dilectos? quandoquidem fratres, multifaria subest ratio. Sanè voluit saluator ampliore gloriæ cælestis coronam suis præbere, ideo in certamine eos posuit magno. Sanè, si quod momentaneum & leue tribulationis nostræ est, supra modum in sublimitate æternæ gloriæ pondus operatur in nobis, teste apostolo, quàm amplioris præmij dignus erit, qui pro nomine Christi sanguinem effundit & vitam exponit? Procul dubio in martyrio maximè perfecta charitas emicat, dicente domino. Maiorem hac charitatem nemo habet, quàm ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Ecce perspicuum est, martyrium secundum suum genus, signum fore maximæ charitatis, quam apostolus ritè vocat vinculum perfectionis. S. Thom. 2. 2. q. 124. ar. 3. Secundò, saluator discipulos suos vnicè dilectos instituit pati ob commodum maximum, eorum qui respiscetes, & delictis suis relictis ad fidem sanctam conuertebantur. Itaque, si nonnulli erant infestatores eorum, plurimi propter verba sancta,

Col. 3.

In festo sancti Stephani. 44  
sancta & portenta quæ fiebat, idolis posthabitis, Christum Iesum verum redemptorem, ore & corde profitebantur. Tertio tandem, sic Deus optimus ordinavit, ut martyres nobis exemplo essent tolerantiam, ad eò, ut quibusuis calamitatibus aduentantibus, nedum patienter, sed ouanter eas patiamur, Divo Iacobo acclamante. Omne gaudium existimate fratres quum in varias tentationes incideritis. Nonne clephates regis Antiochi, videntes sanguinem vix & mori, fortius pugnabāt? Ad eandem imaginem fideles martyrum sanguinem contemplantes, aduersa quæque obire non metunt. Sed infracto animo, carceris secalorem, vincula & flagra, igneasque sartagine Christi amore roborati, ceu stipulam contemnunt. ¶ Secundò, ex sacra euangelij lectione summo pere est advertendum quanta pietate motus saluator improbos hebræos vocarit. Hierusalem Hierusalem quæ occidis prophetas, & lapidas eos, quæ ad te missi sunt: quoties volui congregare filios tuos quemadmodum gallina congregat pullos sub alas, & noluisti? Nominatim ciuitatem Hierosolymitanam alloquitur, cõduplicans nomẽ ceu affectum, & amore, quo internè ardebat indicans. Et allusio est ad illud. Martha Martha sollicita es, & turbaturba-

Iacobus.

i. Mach.

6.

Figura.

Secundò.

Luce.

## Annotationes

Gene. 3.

turbaris erga plurima. Exagerat ergo conditionem ciuitatis, tot dignitatibus, gratijs, & beneficijs ornatę. Sic Adę post lapsum Deus dixit. Adam Adę ubi es? Perinde dicat. Ego te feci, ac plasmaui cum non esses, ad imaginem & similitudinem meam creauit te. In hac amoenissima paradiso te collocaui. Principatum super animantia cuncta, maris pisces, & cęli volatilia tibi exhibui. Fide, spe, & charitate, cęterisque virtutibus te deco-raui. Quorsum mandatum meum contemp-sisti, & vxoris tuę voluntati obedisti? Ecce quam magnam emphasim habeat gemina-tio illa, Hierusalem Hierusalem, quęque in-gentem dilectionē innuat. Nempę, duobus verbis cuncta beneficia huic ciuitati collata recęsuit dominus. Hierusalem Hierusalem, expende quanta tibi Deus munera largitus est, sanctis suis non pepercit, vt tibi parce-ret. Illorum vitam neglexit ne mortem tuā videret. Sanę si de nece tua gauderet Deus, p-phetas tibi nūquam misisset. Nec ego ad te venissem. Honorauit te tam mirifico ac in-signi templo, in quo dūtaxat holocausta & sacrificia sunt oblata. Quin & multa id ge-nus impendi tibi beneficia. Vnde ergo tam dira crudelitas, & pernicacia? Vnde orta est tam ingens & execranda ingratitude? Sed  
iam

In festo sancti Stephani. 45

iam admonitos vos esse velim, fratres, Hieru-salem nos ipsi sumus, quibus longę maiora Christus pręstitit dona. Nihil osetius pro-phetas eius quotidie enecamus: vbi cogita-tus, & sanctas inspirationes interficimus, la-pidibusque obruimus, consuetudinem pra-uam sequentes. Nec non & verba Dei au-dientes, nihil minüs quā opere ea implem⁹. Hodie si vocem eius audieritis nolite obdu-rare corda vestra. Ne obsecro similes sitis Aspidi sardę quę aures obturat, ne audiat vo-cem incantantis sapienter. Cauernas deli-ctorum vestrorum dimittite quā celerrimę, & lucem cęlicam sequimini, quę vos in cę-leste regnum deducet. Quod verò dominus statim subneuit, non minorem charitatis af-fectum arguit, sed sublimen beneficentiam suam exprimit.

Nota.

Psalm. 57.

*Quoties volui congregare filios tuos quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas.* Text.

¶ Et n. luisti (tanquam dicat) multoties co-natus sum, meo ministerio fungens, vos ag-gregare, & sub alis meis fouere, & nutrire, at vos recalcitrantes & rebelles fuistis, itaque à me nihil omissum est, abs te autem nihil

f 5 præ

Annotationes

prætermittum, quo tibi perniciem accerferes, salutemque tuam excluderes. Ego quidem pro mea virili studui te seruare, tu vero omnem mouebas lapidem, vt clementiam meam abijceres. Colligerete volui, sicut de me Regius psaltes cecinit, dicens.

*Psal.* Dispersiones Israel congregabis. Diuina mea protectio non defuit, voluntas autem

*Voluntas Dei unica.* tua abfuit. Vbi obseruandum quod Deus vnā voluntatē tantum habet quę est substantia eius. Velle tamen diuinum relatum ad præcepta, monita, cōsilia, prohibitiones, & similia, appellatur a theologis, voluntas signi, contra quam nos volumus, quoties peccamus, non obediendo præceptis Dei. Velle Dei relatū ad illa quę ab æterno dispositæ executioni mandari, vocatur voluntas beneplaciti, cui nemo resistere potest. Iuxta illud: Omnia quęcunq; voluit

*Psal.* Deus fecit in cœlo, & in terra, & in mari, & in omnibus abyssis. Eodem pertinet illud: Voluntati eius quis resistet? Est ergo sermo nūc de voluntate illa signi, quę etiam volūtas metaphoricē dicitur. *S. Tho. 1. p. q. 19.*

*S. Tho. 1. p. q. 19. ar. 11.* ar. 11. mirabilis Christi Iesu benignitas, & humilitas, non aquilę, quę auium domina est, vt Moses cum quondam comparauit, se se similem afferuit, sed gallinę, quę sic pul-  
lis

In festo sancti Stephani. 46

lis afficitur, vt cum ipsis infirmetur, id quod raucedine vocis demonstrat. Verum saluator gallinę affectum habuit, quando propter nos se exinanivit formam serui accipiens. Quin ipse infirmitates nostras portauit sponte. Quid plura? sic clamauit, & voce grandi peccatores vocauit, vt diceret cū Dauide. Rauca factę sunt fauces meę. Vnde Sanctus Augustinus in Ioannē. *Tractata. 15.* Fortitudo Christi te creauit, infirmitas eius te recreauit, & redemit. Nutrit ergo ipse infirmus, infirmos, tanquā gallina pullos suos, huic etiam se similem fecit: quę infirmatur in pullis suis. Adeo vt alis demissis, plumis hispida, voce rauca, omnibus abiecta membris incedat. Ita nimicūm nobiscum infirmatus est dominus, vsque ad mortem crucis. Imo instar gallinę quotidie ad nos clamat. Omnes qui laboratis & onerati estis, venite ad me, & ego reficiam vos, sequitur, & noluitis. Ecce dignitas nostra insignis, qui libero arbitrio sumus locupletati, ceu angeli. Fecit Deus hominem ab initio, & reliquit eum in manu consilij sui. Et adiecit mandata & præcepta sua. Ecce libertas que data est nobis, a Deo optimo. vt voluntariē Deo seruiamus & non ex  
necessi-

*Phili. 2.*

*Psal. 68.*

*Matth. 11.*

*Eccle. 15.*

Annotationes

*Prob. 2 1.* necessitate: vti Sanctus Augustinus refert, libr. 5. de Ciuit. Equidem voluntas nostra sic potens est, vt nullatenus possit cogi. Sanct. Thom. 1 2. q. 6. art. 4. Quòd autem Salomon dixit. Cor regum in manu Dei est, & quocū que voluerit vertet illud, non per violentiā intelligi debet: quia iam non esset cum actu voluntatis. Pereat iam pestilens error eorū qui liberum arbitrium ab homine auferre non erubescunt, vbi audiunt. Ego volui vos congregare sub alas, & protectionem meā, vos vero nolulistis. Ante te, vita & mors, bonum & malum, quòd placuerit ei dabitur illi. *Eccles. 1 5.* Sunt pleraque vtriusque testamenti dogmata quæ liberum arbitrium hominis contestantur. Etenim qui liberum arbitrium adimunt homini, nefanda sua crimina in euitabili necessitate fieri profitentur, plus Deo quam sibi malū imputantes. Quid sceleratius, & stultitius dici potest? Quòd verò dictum est, Ego indurabo cor Pharaonis, & tradidit illos in reprobum sensum: intelligendum est, Deum alto suo iudicio eos reliquisse voluntati suæ nequam, quippe quam temerè sequi voluerant, gratiam suam subtrahendo, qua illuminari, & emolliri poterāt. Sed nec impunè id agunt impij, sed suo magno malo volūtati Dei oblectātur. Ideò sequitur

In festo sancti Stephani. 47

sequitur. Ideo relinquetur domus vestra deserta. Alludit ad illud. Terra vestra deserta, hoc est, relicta, & abiecta à domino. Sic vt sinagoga vestra prorsus pereat, & in æternū labefactata maneat, surgatque & floreat sancta Ecclesia Romana. *Esai. 1.*

¶ Tertiò, obseruatione dignum est, quā fuerit Sāctus Stephanus sanctitate conspicuus, de quo Lucas in Actis. cap. 6. ait. Stephanus autem, plenus gratia & fortitudine, faciebat prodigia, & signa magna in populo, nempe, Diui Petri colloquium, de electione septem diachonorum pertractans, sic habet. Non est æquum nos derelinquere verbum Dei & ministrare mensis. Eligite vos viros plenos spiritu, nos vero orationi & verbo Dei instantes erimus. Hic prælati discant, quod potissimum sit eorum ministerium, sanè animas subditorum alere, & eis verbum Dei propinare, nec non diu noctuque orationi vacare. Non diuitias congerere, atque consanguineos locupletare, quemadmodū heu, nostra tempestate, quidam efficiunt. Itaque vnus ex septem diachonis, ad viduas & pauperes fideles alendos Stephanus selectus fuit. Verū in illo seculo aureo orthodoxi nihil habebant, sed omnia ad pedes apostolorum ponebant, adeò vt nomine tenus nemo



## Annotationes

nemo aliquid suū dicebat. Erant tamē quotidie præoccupati in fractione panis, audientes verbum Dei. O etatem auream, & nimis foelicem, quam nunc monachi in cœnobijs suis seruant, tantum imitantes Christum Iesum, qui que eleemosinas quas sibi homines pij dabant, Iudæ tradebat, qui ministrator erat, loculos habens, teste beato Ioanne. Imo apostoli, saluatore relicto, & supra fontē sedente, iuxta Samaritam, abierunt in ciuitatem, emere sibi cibos. Ioan. 4. Ecce in comuni habere aliquid nihil adimit perfectionis, sed maxime iuuat. S. Thom. 2. 2. q. 188. art. 7. & habetur. 12. q. 1. Cæterum, martyr Stephanus plenus fuerit spiritu sancto, hoc est abundanter data est ei spiritus sancti gratia. Sic alma Deifera cui Dixit Gabriel, Ave gratia plena, idest excelenter plena. Vnde Hieronymus perbellè, ait. Bene plena, quia cæteris virginibus præstatur gratia per partes, Mariæ verò tota se infudit plenitudo gratiæ. Christus dominis longe aliter plenus fuit gratia, habuit quidem plenitudinem redundantis. Hinc Ioannes ait. De cuius plenitudine, omnes accepimus gratiam pro gratia. Allusio est ad illud. Non est datus ei spiritus ad mēsuram. Et hætenus de nimia san-

*Nota.*

*Ioan. 13.*

*S. Tho. 2. 2. q. 188.*

*S. Hiero.*

*Ioan. 1.*

See

## In festo sancti Stephani. 48

Etate Stephani, qui plenus spiritu sancto, prædicatur satis.

¶ Ad hæc plenus fuit fortitudine mirabili, *Quarto.* prothomartyr Stephanus. Quænam lingua pro dignitate enarrare potest, quàm fortiter pugnavit contra eos qui de synagoga surrexerunt, aduersus eum? Verum & si sapientia præditi, resistere haud poterant sapientiæ & spiritui, qui in illo loquebatur, vt scitè Lucas notat: iuxta illud. Ego *Lucæ. 21.* dabo vobis os & sapientiam, cui non poterunt resistere aduersarij vestri. Citra omne dubium, omnis sapientia hominum coram Dei sapientia, mera stultitia & ignorantia est. Nemo igitur demiretur, si hereticos diaboli versutia, quotidie surgere videat, qui sacrarum scripturarum veritati aduersentur: nam sicut olim Iannes & Mambres resistenterunt Mosi, ita tunc futuros asserit Paulus, qui palàm resistant veritati, & hæc *1. Timot. 3.* sunt temporæ periculosa, quæ iam instant. Cum ijs aduersarijs ad solaciū piorū liberè & apertè oportet disputare. Alio qui ex suis latibulis turpiter obganiūt, sic Augustinus contra donatum, Hieronymus aduersus Iovinianum, Tertulianus contra Martionem, & alij sancti, quos lubens sileo, sacrā fidem

Annotationes

fidem nostram tuētes, constanter certarūt. Quid pluribus immoror? aduersarij resistere non valuerunt spiritui qui in Stephano loquebatur, vt discat qui hæreticos cōuincit, non sibi honorem vendicare, sed immortales summo Deo gratias agere: cū psalmo-grapho decantans. Non nobis dñe, non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Nō estis vos qui loquimini, clamat saluator, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Mira res, cum nihil disputando contra eum potuissent ad falsos testes se conuertunt, quibus eum blasphemum contra legem Moyfi probare queant. Acto. 6. Ecce, quòd rationibus & argumentis efficere non poterant, moliebantur fraudulentis insidijs perficere, Sic neochristiani hodie faciunt, nam cum omni spe exciderunt disputando, libellos famosos dispergunt, morsibus, & scomatibus ple nos, seditiones excitant & tumultus. Ad eū dē modū hebræi infestatores, dissidia excitarunt, vt innocentem enecarēt. O virū mirabilē, gigantē robustissimum, qui cruētos persecutores magnificē triumphauit. Nec mirū si aduersarij vultum viderunt splendētē, tanquam angeli. Habebat in pectore suo Christum Iesum, angelorum omnium dominum ac creatorem, quiq; eū roborabat.

¶ Po-

In festo sancti Stephani. 49

¶ Postremò, animaduersione dignum est, quòd intendens in cœlum vidit gloriā Dei, & Iesum stātem à dextris virtutis Dei. Tūc clamauit voce magna & ait. Ecce video cœlos apertos, & Iesum stātem à dextris virtutis Dei. Haud dubiè, ex hac visione plurimum virtutis & fortitudinis, nec non & solatiij sanctus hic accepit. Vos fratres videte quā præposterè nos habeamus, tribulationes vitæ huius horrētes, & pro nostra virili, eas fugientes. Quandoquidem calamitas ipsa veluti clavis cœlorum est. Hinc Helias tyrannidem reginæ pessimæ Iezabel, declinans in desertum se recepit, & tūc cœlos apertos intuitus est. Nec non angelus panē subcinericium ei attulit, & corui panem & carnes illi detulerūt, mane, & vesperi. Quid, quòd Ezechiel, dum in medio captiuorum esset, iuxta fluuiū Chobar cœli aperti sunt, & visiones Dei vidit? Mirabile dictu, in exilium ductus Ioannes, quando erat in insula Pathmos cœlum apertum cōspexit, arcana Dei se vidisse asserit, non semel sed bis. Vnde liquet, quòd tribulatio ipsa veluti clavis est, qua cœli aperiuntur. Eam ob causam Iacobus clamat. Omne gaudium existimate fratres. Charissimi, quum in varias tentationes incideritis. Nusquā legimus Step-

g. num

*Nota.*

3. Re. 17.  
Eze. 1.

Apoca. 4.  
E. 11.

## Annotationes

*Psalm.* num coelos apertos vidisse, nisi calamitate ingrauescente, ut posthac cum psalmogra-  
*Mar. ult.* pho oremus feruenter. Proba me dñe & tē-  
 ta me. Ecce, ut fortis agonista erumnaspati  
 desiderat, & probationem suam ne utiquā  
 formidat. Quod verò statem Iesum a dex-  
 tris virtutis Dei testetur, nihil officit Mar-  
 co dicenti. Assumptus est in coelum, sedet-  
 que à dextris Dei. Et rursus apostolus ait.  
*Colo. 3.* Qui sedet ad dexteram maiestatis in excel-  
 sis. Sane Christus Iesus sedet, & stat. Sedet,  
 quia iudex veniet ut reddat unicuique iux-  
 ta opera sua. Stat autem adiuuans pugnan-  
 tes pro fide & iustitia. *S. August.* in. q.  
 vete. & noui testamenti. q. 88. signanter ait,  
 Intuens in coelū vidit Iesum, ut nō sicut E-  
 saias, qui sedētē in throno excelso per ima-  
 ginē vidit dñm, sed verā humanitatē Christi  
 vidisse intelligamus. Nempē, ut sol, & luna,  
 & stellę, ob nimiam suā lucē videri possunt,  
*Collatio.* (quanuis maximē à nobis distent). Sic salua-  
 tor se potuit præbere visibilē in propria for-  
 ma Diuo Stephano. Haud immeritò suo  
 athletæ Stephano sic præbuit rex noster,  
 ut in ipso futuri martyres pignus magnum  
 susciperent: certioresque fierent diuinæ cō-  
 solationis, hīc in terra, quodque post hanc  
 vitam visuri essent, eundem ingenti cū gau-  
 dio

In festo sancti Stephani. 50

dio in coelo. O res satis miranda, iugique  
 memoria seruanda: dum lapidibus quateretur,  
 pro se stans, orauit. Domine accipe spi-  
 ritum meum: sed pro persecutoribus exo-  
 rans, genua flexit, dicens. Domine ne sta-  
 tuas illis hoc peccatum. Sanè plus doloris  
 patiebatur inimicorum iacturam agnoscēs,  
 quàm incommoda vitæ suæ cernens. O  
 tolerantiam stupendam, o charitatem mo-  
 dis omnibus laudandam, atque imitandam.  
 Bonus discipulus optimi sui magistri vesti-  
 gia & dogmata sequutus est. Ule orauit pro  
 crucifixoribus in cruce pendēs. Pater igno-  
 sce illis: quia nesciunt quid faciunt. Miles  
 verò, inter saxorum crepitantium turbinē  
 positus genuis, pro carnificibus orationem  
 fudit. Ecce fratres, quo pacto inimicos dili-  
 gamus, de eis benè mereri studeamus, pro  
 eis orātes, sicuti saluator præcipit. Sic enim  
 pater coelestis remittet nobis peccata no-  
 stra, largiens abundè suam gratiam, &  
 in coelo condonabit vitam  
 æternam. A-  
 men.

*Nota.*

*Matthæ. 5*

g 2

¶ Pro

Annotationes

**P**RO SANCTO IOHANNES  
 Evangelista, in eo libro qui vocatur  
 aduentus dñi sanctum Evangelium ex-  
 ponitur, & plurima in laudem dile-  
 cti Iesu explicantur nihilose-  
 tius aliqua annotationes  
 ponuntur hic.

Anno. 1.

**P**RIMO, maximè aduertendū est,  
 quā multis priuilegijs, & præro-  
 gatiuis saluator noster decorauit  
 dilectū discipulū suum Ioannē: nedum Apo-  
 stolū, & Euangelistā, sed martyrē, & prophe-  
 tā excellentē illū fecit. Adeò vt (iure opti-  
 mo) de beato Ioanne dicere valeamus, q̄ in  
 Hester legimus. Sic honorabitur, quē rex  
 voluerit honorare. Dixerat quidē Amā re-  
 gi Assuero. Homo quem rex honorare cu-  
 pit, debet indui vestibus regijs, & imponi su-  
 per equum, qui de sella regis est, & accipe-  
 re dyadema super caput suū. Et primus de  
 principib⁹ teneat equū eius, qui clamet per  
 plateas ciuitatis, & dicat. Sic honorabitur,  
 quem rex voluerit honorare. Quæ omnia  
 in Mardocheo viro hebreo, rege precipiēte,  
 gesta

Hester. 6.

In festo sancti Stephani. 51

gesta sunt. Videte fratres, quomodo rex re-  
 gum, & dñs dominātium Christus, honoret  
 suū dilectū. Verū vestem suā regalē ei præ-  
 buit, magnopere Ioannē honorās, vbi virgi-  
 nē matrem suā, virgini apo stolo commen-  
 dauit. Nōne, veste hac preciosa, fili⁹ Dei coo-  
 pertus, nouē mēsis in aluo Mariæ latuit?  
 Equidē ex ea carnis nostræ velamē accepit:  
 Quādo verbum caro factū est, & habitauit  
 in nobis. Eodē attinet quòd apostol⁹ dixit.  
 Qui cū in forma Dei esset, nō rapinam arbi-  
 tratus est, esse se æqualem Deo. Sed semet-  
 ipsum exinaniuit, formā serui accipiens. In  
 similitudinē hominum factus, & habitu in-  
 uētus vt homo. Ecce vestis illa sacerdotalis,  
 bis tincta, ex cocco, & bisso, atque purpura.  
 Proculdubiò charissimi, virgo sacra, primò  
 gratia summi numinis plena, à qua uis macu-  
 la originalis peccati fuit præseruata, adeò  
 vt nullatenus eam tetigerit Abimelech, ve-  
 luti de Sara in Genesi legimus. O vestē so-  
 le ipso candidiorem, regale ornamentum,  
 sacerdotis æterni secundum ordinē Melchi-  
 sedech. Quod profectò tinea culpæ origina-  
 lis nunquā momordit. Rursus secūdò, gra-  
 tia Dei tingitur vestis hæc mirabilis, vbi spi-  
 ritus sanctus superuenit, & virtus altissimi  
 eam obumbravit, iuxta Gabrielis oraculū.

Apo. 3.

Figura.

Ioan. 1.

Exod. 25.

Figura.

## Annotationes

Venit quidem ad eam spiritus sanctus, quando concepta est, & deinde superuenit in illam, ubi mater Dei facta, Deus homo factus est. Quippe que necdum passiuè se habuit in conceptione Christi, sed actiuè administrando materiam ex purissimis sanguinibus, ex quibus corpus illud sacrosanctum generatum fuit. Vnde Sanctus Damascenus asserit, Mariam à spiritu sancto accepisse virtutem susceptiuam, & generatiuam. Et hactenus de veste regali, qua maximopere rex noster Christus dilectum discipulum honorauit.

Scotus. 3.  
d. 4.

¶ Deinde, magno honore saluator persecutus est Diuū Ioannē, præbēs ei equū suum, super quem ipse apostolus requieuit. Vnde in Apocalypsi angelus vocauit Ioannē, & ait illi. Veni & vide. Et subinde sequitur. Et vidi, & ecce equus alb⁹ & qui sedebat super illū habebat arcū, & data est ei corona, & exiit vincēs, vt vinceret. Ni fallor equus albus absque macula vlla peccati, humanitas Christi est. Nā peccatū nō fecit, nec inuētus est dolus in ore eius, iuxta Esaiaꝝ vaticiniū, quo Petrus in sua canonica secūda, vsus est, & quidē rectē. Vnde saluator persecutorib⁹ suis cruētis, dixit. Quis ex vobis arguet me de peccato? Quod dū audirēt miseri obmutuerūt,

Esa. 53.  
2. Pet. 2.

## In festo sancti Stephani. 52

tuerunt, & infirmatae sunt contra eos lingua eorum. Ecce equum, niue ipsa candidiorem, in quo se lebat filius Dei, quippe qui sibi vniuit sacram illam humanitatem, quando verbum caro factum est, in Deiparæ virginis utero. Eodem pertinet illud. Vidi cœlum apertum, & ecce equus albus, & qui sedebat super eum vocabatur fidelis, & verax, & cum iustitia iudicans, & pugnat. Et paulò post, ait: Vocabatur filius Dei, & in capite eius diademata multa. Singula habet suam enphasim non vulgarem. Nos priorem sententiam sequamur. Ex refectione sigilli primi, exhibitio & manifestatio diuini verbi incarnati ostenditur: quæ tot retro annis promissa sub figuris & tegumentis plurimis latuerat. In arcu vero sacri euangelij, prædicatio insinuatur, quod cordibus hominum, non tabulis lapideis, erat scribendum, vt dominus, per Ieremiã pollicitus fuerat. Equidem arcus longè ferit, & ad eundem modum annuntiatio euangelij sagittas emittit. Sagittæ potentis acutæ, populi subte cadent (ait propheta regius.) Quin & saluator noster, carne assumpta, vt scuto se armauit, vt dæmonis iacula retunderet, & iētus omnēs exciperet callidi hostis. Sic vicit acreas

Apoc. 19.

Iere. 31.

Psal. 119.

## Annotationes

potestates, & magnificè principes tenebrarum triumphauit in carne sua, teste Paulo. Data est ei corona, nam mortis, peccati, & dæmonis potentiam superauit, præfactis armis cõmunitus, & fortitudine mirabili accinctus. Sic, inquam, exiuit vincens, vt vinceret, quòd est dictu, semel ita aduersarios profligauit, ac vicit, vt non opus sit rursus contra eos pugnare. Quam ob rem non iterum moriturus surrexit, aut mors vltra ei dominabitur. Verũ si mille mũdi forèt, sanguine, & Christi Iesu nece, redẽpti essent. Dicente Dauide. Copiosa est apud Deũ redẽptio. O quã exuberãs, & copiosa fuit facta hominum redemptio, non argento & auro, sed precioso sanguine agni immaculati. Vel sic exiuit vincens, vt vinceret. Ob id data est ei corona: quia in cruce obiit, & potẽter vicit mundum, & principem eius nequam. Nec non & quotidie vincit, in martyribus, confessoribus, & virginibus, per quos ipse pugnat aduersus diabolum, mundum, & carnem. Itaquẽ dominus noster in sua persona semel inimicos nostros vicit, in orthodoxis suis autem continuè, eosdem infestatores nostros deijcere non cessat, vsquẽ ad consumationem seculi. Super hunc equũ albũ dilectus Iesu requiebit, vbi

in coe

*Psal. 91.*

*Psal. m.*

*Nota.*

In festo sancti Ioannis. 53

in coena supra pectus regis nostri recubuit. O mirabilem Christi Iesu erga Ioannem benevolentiam, quis non stupeat rem tam inauditam secum expendens? Filius Zebedæi piscatoris, caput suum reclinare audet in pectore filij Dei, & totius mundi molitoris, ac saluatoris. Amicus erat Dei Propheta Moyses, cui loquebatur dominus, vti amicus amico loqui solet, quem admodum sacra testatur pagina. At, ipse volens accedere ad rubum ardentem, domino dicente, & clamante. Moyses, Moyses. Et extemplo dixit Deus. Ne appropies huc. Nunc verò idem Deus omnipotens, postquam factus est homo, & frater noster effectus (sic ipse se vocauit) sanctæ mulieri dicẽs. Vade & dic fratribus meis, iam surrexi. Dominus velut amore hominum captus, super pectus suum lubens, caput Ioannis excipit: tanquã illud sponsæ repetens. Dilectus meus mihi & ego illi, inter vbera mea commorabitur. Sanè balbutit omnis lingua, in re tam seria, tanquã noua enarranda. Mirantur angeli, Cherubin stupent, clementiam regis regum Christi contemplantes, & quã vnice Saluator homines amet, agnoscẽtes. Quid dicam fratres? cum Bernardo asserere auisim. Amor dignitatem nescit, amicos æquat. Agite.

Exo. 33.  
Exo. 3.  
Ioan. 20.  
Cant. 2.  
S. Bernard.

g 5      vos

## Annotationes

vos obsecro charissimi in corde diuino Iesu requiē querite, non in diuitijs fallacibus, aut honoribus perituros mundi labentis, in Iesu pax nostra sita est, & extra eum nō nisi iuge bellum adinuenitur. In me pacem habebitis (ait noster rex & princeps pacis). At contra in mundo calamitoso, nemo inueniet nisi pressuras, & dissidia. Sed iam par erit, vt de corona regali, qua dominus dilectum suum Ioannem ornauit aliquid dicamus.

**Tertic.** ¶ Quid iam de corona regia dicam fratres, qua dominus Iesus suum apostolum vnicē dilectum magnificauit? Equidem passio eius & mors, vti diadema fuit regale, & ideō nō abs re coronā spineā libenter in domo Pilati saluator suscepit. Et milites plētentes coronam spineam imposuerunt capiti eius. (vti Ioannes testis est.) Ecce regni Christi firmitas, & æternitas, iuxta illud Gabrielis ad Deiferam Mariam. Et regni eius non erit finis. Quod Daniel multis retro seculis prophetarat, dicens. Potestas eius, potestas æterna, & regnum quod non relinquetur. Ni fallor mo. archia Chaldeorum. Græcorum, & Romanorum, breui admodum labefactata est: nam Alexandri magni, Cæsaris, & Nabuchodonosor corona,

## In festo sancti Ioan. 54

rona, a morte, velut à vento Aquilonari rapta periit. At corona regni Christi, perinde atque clavis capiti suo defixa, cadere nullatenus potest. Thronus eius, ait Dauid, Sicut dies cœli: hebraicè habetur: Thronus eius sicut Sol: perinde dicat, Messix regnum adeō stabile & immobile erit, vt solis instar, perpetuò extet. Hanc coronam passionis suæ Saluator exhibuit beato Ioanni, dum in monte Caluario, solus fortis athleta neci regis regum adfuit, apostolis alijs & discipulis fugam capientibus. O insignem dilectionis fortitudinem, o amoris admirandam virtutem. Quandoquidem fratres per bellè Salomon dixit. Fortis est vt mors dilectio, dura velut infernus emulatio. Lampades eius, lampades ignis, atque flammarum. Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem nec flumina obruerent illam. Enimuerò vt mors neminem timet, nemini parcat qui viuit in orbe, non regem diuitem, aut imperatorem pauet: quin etiam omnes quamlibet potentes aggreditur, & vincit. Ita dilectio Dei nullum aduersariam veretur, non carceres, cruces, aut ardētes sartagines trepidat (dicēte aposto.)

*Psal. 88.*

*Canti. 8.*

Quis

## Annotationes

**Rom. 8.** Quis nos separabit à charitate Christi ? an fames? an mors? Scio quòd nec mors, nec vita poterit nos separare à charitate quæ est

**Pro. 17.** in Christo Iesu. Sanè omni tempore diligit qui amicus est, velut Sapiens testatur. Neq; in rebus secundis dumtaxat, qui fidelis amicus est, diligit: hoc planè & amicus fictus facere assolet, sed in aduersitate maximè amicitiam ostendit. Ni fallor, insigniter Ioannes dilexit Christum, & lampades eius, lam-

**Nota.** pades ignis, atque flammaram fuere, quippe quas aquæ multæ, id est, tot infestatores Iesum persequentes, Apostolum dilectum cohibere non valuerunt, quominus vestigia Saluatoris sequeretur, & iuxta crucem eius intrepidus staret. Ecce armiger principis Ionathæ, qui per ardua & mōtium aspera, suum dominum sequitur, donec inimicos prorsus prosternat. Ascendit Ionathas

**1. Reg. 14** manibus & pedibus reptās, & armiger eius secutus est eum. En Christus Iesus verus Ionathas, manibus & pedibus reptans, crucis

**Figura.** patibulum conscendit, & inibi, cruci affixus mansit. Quem Ioannes non deserens sequebatur, & confixus cruci regis sui, contemplabatur cruciatus, & atroces dolores illius, quem tantopere diligebat. Lōgè melius quàm Paulus dicens. Christo confixus

**Gala. 2.** sum

In festo sancti Ioannis. 55

sum cruci. Hinc scaturit, vt nec in dolio feruentis olei vreretur, nec venenum lethale quod bibit, aliquid molestiæ, aut incommodi ei attulerit. Nec in morte dolorem mortis sensit, eò quòd in dilecto suo Christo plus quàm martyr fuit, quando agnus innocens cruci adfixus est. Itaque rex coelorum Christus, triplici hoc honore Ioannem vehementer dilectum illustrauit, cum regali sua veste, tum equo suo albo, tum denique, corona peculiari ipsum honorans præ cæteris.

¶ **Quartò,** notandum, quàm conspicuè Ioannes ostendit amorem quò summopere diligebat Christum. Equidem, beato Gregorio authore, Probatio dilectionis, est exhibitio operis. Non satis est ore tenus diligere dominum, sed corde & opere eum amemus oportet. Eam ob rem in sua Canonica egregium nobis dedit dogma. Non diligamus

**Quartò.**

**1. Ioan. 4.**

**Pro. 12.**

tias



Annotationes

**Pro. 12.** tius audiamus. Qui negligit damnum propter amicum, iustus est. Ni fallor, tria potissimum bona ob Christi amorem Ioannes spreuit, videlicet, opes, honores, & voluptates. Primò diuitias reliquit, quando relictis retibus & patre, sequutus est saluatorem (cum diuo Petro clamans). **Matthæ.** Ecce nos reliquimus omnia & sequuti sumuste. Secundo, honores mundi pessum dedit, cōiectus in carcerē & contumeliosē flagelatus à scribis & pharisæis, vt in Actis legimus. **Acto. 5.** Nec non a Domitiano Cæsare in Pathmos insulā relegatus fuit, tāquā malefactor. Tertiò tandē, propter Christi ingentē amorē voluptates licitas cōtēpsit, nā eū de nuptijs vocauit saluator, & relictā spōsa dño adhefit. **Apoca. 1.** Quod fanè Diu<sup>9</sup> Hieronymus, & beat<sup>9</sup> Augustinus **S. Hiero.** doctores insignes, in prologo super Ioannē incūctanter testātur. Et ob hāc causam precipuo amore dñs eū profecutus est (dicente Salomone). Qui diligit mūditiā, habebit amicū regē. Quā sit potissima & præcellens virtus virginalis mūditiā, cōtinentiā viduālē, & castitatē coniugalē exuperās, ostendit **S. Augus.** Sāctus Augustinus, li. de virginitate, dicēs. Certa ratione & sanctorū scripturarū autoritate, nec peccatū esse nuptias inuenimus, nec eas bono, aut virginalis cōtinentiē, vel etiam

In festo sancti Ioannis. 96.  
etiā vidualis equamus. Quā sententiā plurib<sup>9</sup> argumētis probat S. Hierony. cōtra Louinia **S. Hiero.** ni errorē disputās. Quiq; impudēter asserēbat, virginitatē nō esse preferēdā matrimonio. **S. Tho. 2. 2. q. 152. ar. 4.** Vnde apostolus de hac cœlesti virtute dissertans ad Corinthios, ait. De virginibus præceptum non habeo, consilium autē do. Ecce tanquā melius & excellentius bonum virginitatē consulit, quippe quæ angelis cognata est. Quid quod in iuuentute sua mundum reliquit, quæ res maximē chara & grata est Deo. Bonum est viro cum portauerit iugum ab adolescentia sua. Considerent hoc penitius adolescentes, & caueant ne violēt templum Dei carnis delicias amantes. Nam si quis violaberit templum Dei, disperdet illum Deus, vti apostolus testatur. Et alibi. Nescitis quia corpora vestra templū sunt spiritus sancti? haud dubiē propter nefanda opera sacerdotum & pharisæorum tēplum Salomonis fuit destructū per Romanos, & ita (re vera) corpus nostrū & anima quæ tēplū Dei sunt, si per libidinē polluātur, & idōla Veneris & Bachi in eo constituātur, alto Dei consilio per demonē qui rex superborum est, diruentur, & succendētur genuali igne. Caudam & caput vituli ex præcepto **Exodi. 29.** **Figura.** **Figura.** domini

Annotationes

domini olim ei offerebatur, ut nos iuuentu-  
tem, & senectutem Deo dicare conemur.  
Diuum Ioannem comitantes, qui ab adole-  
scentia sua Christo adherens, pro virili sua  
vsque ad senectam, & senium ei seruit, eo-  
demque potitur in coelesti gloria.

**P**RO FESTO SANCTO-  
rum Innocentium. Annotationes  
quaedam.

Annota. 1

**H**idem ob singularem mundi-  
tiam diuus Ioannes, ut paulo su-  
pra diximus, peculiarem amici-  
tia Christi Iesu sibi conciliauit, nam virgina-  
lis integritas virtus angelica est, eò quod in  
coelo, neque nubent, neque nubentur, sed  
erunt sicut angeli. O quanto amore Sal-  
uator affectus est erga paruulos innocen-  
tes, quos ut vernantes flores ipse patri  
coelesti hodie obtulit. Ego flos campi,  
& liliū conuallium (ait dominus.) Et be-  
nè flos, quia speciosus forma præ filiis ho-  
minum, teste Propheta. Vbi Sanctus Theo-  
doritus. Tu què Regem nominavi, què per  
inscriptionem dilectum appellavi, pulchri-  
tudinem quidem hominum naturam supe-  
ras.

Psal. 44.  
S. Theodo.

In festo Innocentium. 57

ras. Quid enim tam pulchrum, tam elegans, tam  
denique formosum, quam Iesus Christus opti-  
mus vnquam fuit? Quique ab omni labe & ma-  
cula peccati immunis suapte natura fuit, &  
omniū virtutū numeris absolutissimus in-  
uentus est. Quæ (inquam) species, tam amabilis, tam  
suavis, & iucunda, quam huius mansuetissimus  
regis aspectus? Is neminem poenitentem asper-  
natur, quamuis improbum: adque adeo omnes af-  
flictos in suum sinum excipit vltro, ut dulcissi-  
mis verbis eos allicere conetur dicens. Oes  
qui laboratis, & onerati estis, venite ad me,  
& ego reficiam vos. Flos ergo ipse est pulcher-  
rimus campi, non horti, manu hominis conplan-  
tatus, sed in utero sacrosancto almæ virgi-  
nis, Spiritus sancti gratia generatus. Huc  
pertinet illud angeli ad Ioseph dicentis.  
Quod in ea natum est, de Spiritu sancto est.  
Nepè, quod vulgaris traditio nostra dixit.  
Ex utero ante luciferum genuite. Hebraicè sic  
habetur, in splendoribus sanctitatis, ab utero  
auroræ tibi ros generationis tuæ. Ecce ca-  
stissimus & miraculosus Christi conceptus,  
& ortus, aptè describitur, adeo ut nihil pos-  
sit fieri elegantius. Ut enim terrenus vapor  
vi coelesti in altum fertur, atque ibi sub aurorā  
concretus cogitur in rorem, qui decidens, terrā  
vberem, lætamque efficit: ita purissimus san-  
guis

Matt. 11.

Matth. 2.

Collatio.

h

guis

## Annotationes

gus virginis Mariæ, vi Spiritus sancti vterum influens, sine vlllo virili fatu, concreuit in corpus domini nostri Iesu Christi. Qui in lucem editus, humanum exhilaravit genus, atque omni genere virtutum maximè foerax & foecundum reddidit. Quas ob res Esaias eundem conceptum & ortum rori comparat dicens. *Rorate coeli desuper, & nubes pluant iustum.* Nec diuus Augustinus ab hac sententia discedit. Qui ergo flos campi est, & stellis ac rosis pulchritudinem præstitit, is magnopere pueros hos dilexit, & vti flores pulcherrimas ex viridario sanctæ ecclesiæ collegit. Vnde clamat ad sponsam gaudio miro affectus. Flores apparuerunt in terra nostra. Nèpè, postquã flos de radice Iesse ascendit & in terris apparuit, factus erat, vt insignes flores prodirèt, niueo purpureoq; colore spirantes in totũ orbẽ terrarũ odorẽ suauissimũ, apostoli, martyres, & cõfessores, ac virgines. Inter quos subsequentes flores, tanquã primitiæ eorũ, & matutino quodam exortu, in ipso nascētis huius principalis floris initio, visi sunt S. Innocentes, perinde atq; flores vernatissimi, & admirando quodã nitore spectabiles. Haud exiguo numero sunt prædicti flores, sed candidatũ constituunt, & purpuratũ ordinẽ, numero

sa

## In festo Innocentium. 58

sa multitudine copiosum. O quãtũ floribus hisce decoratur empyreũ coelũ, cũ quibus vehementer gaudet saluator ex Bethleẽ oriũdos. Erãt quidẽ cõciues, quia in hac ciuitate & finibus eius interfecti sunt pro Christo. Solet enim eadem patria inter homines artiore amicitiam conciliare.

*Nota.*

¶ Subhęc, attendamus oportet, quanta fuerit rabies, & crudelitas regis cruenti Herodis, de quo Matthæus sic ait. Videns autẽ Herodes quonia illusus esset à Magis, iratus est valde, & mittens occidit omnes pueros qui erãt in Bethleẽ, & in omnibus finibus eius, à bimatu & infra. O belluã inmanissimã, ò regẽ cruentũ, quid tibi dani Innocentes ij intulerũt? Quorsum tam atroci morte eos dilaceras? rex regũ Messias, quẽ frustra persequeris, nõ eò venit vt terrenũ ac labile arripiat imperiũ, sed potius vt lubẽs diligẽtibus se, coeleste atq; perpetuũ impẽdat regnũ. Falleris, falleris, tyranne scelestissime. Aduertẽdũ maximè, quãtũ sit curę patricœlesti erga vnigenã suã, quẽ ab eterno ex sua substãtia genuit. Verũ hic est cui ipse ait. Filius meus es tu, ego hodie genui te. Quòd sane nemini angelorũ vnquam dictum fuit, ceu egregiè Paulus expendit. O nos foelices charissimi, si Dei summi filij simus, si

*Secundo.*

*Versutia Herodis.*

*Psal. 2.*

h 2

ado-

Annotationes

adoptionis gratiam, quippè quam in baptis-  
mo sancto suscepimus non amittamus, vel  
iam perditam, ob pœnitentiam veram recu-  
peremus. Planè tunc seriò clamare cum ci-  
tharœdo poterimus. Dominus sollicitus est  
mei: & iterùm. Dominus protector vitæ meæ,  
à quo trepidabo. Et hæc est pollicitatio illa  
quondam Abraham facta. Noli timere, ego  
protector tuus sum, & merces magna ni-  
mis. Eodem (ni fallor) spectat illud Ecclesia-  
stici dicentis. Protector est omnibus ex-  
quirentibus se. Si enim primogenitum suum  
Israelem, Deus optimus, sic seruauit à Pha-  
raonis versuti ira, & eum custodiuit, sicut pu-  
pillam oculi sui, qui que in deserto vitulum per-  
peram erexit, & adorauit, verum Deum, &  
mudi molitorè contempfit: quanto magis  
populum Christianum tutabitur dominus,  
modò, fide illibata, & charitate flàmigera,  
creatorè suum colat? Sub hæc, par erat vt pa-  
ter cœlestis filium suum Iesum Christum ab He-  
rodic seuitia liberaret, quò omnes adoptiui  
filij, calamitate ingruente, nullatenus de-  
sponderent animum. Quin potius cor suum  
erigeret, & spem suam in Deo optimo col-  
locarèt, cum vate regio decantantes. Si exur-  
gat aduersum me prelium, in hoc ego spera-  
bo. Hæc mirabilem virtutem, fratres, sollici-  
tius

*Psalm. 39.*

*Psalm. 26.*

*Gene. 15.*

*Eccles. 2.*

*Nota.*

*Psalm. 26.*

In festo Innocentium.

59

tius seruate, per quam Deo adheret anima,  
pro vt in nobis est principiū perfectæ boni-  
tatis, inquantum, scilicet, per spem diuino au-  
xilio innitimur ad beatitudinē obtinendā.  
S. Tho. 2. 2. q. 17. ar. 6. Atqui quomodo pa-  
ter cœlestis à versuto Herode liberarit filium  
suum Christum, vel succincto sermone nunc ostē-  
damus. Est quidem res admodum scitu digna.  
¶ Secundo, vel maxime consideranda est  
summi numinis prouidentia, erga puerum Ie-  
sum, quā latius nobis Matthæus in hodie-  
no euāgelio narrat. Apparuit angelus dñi  
Ioseph in somnis dicēs. Accipe puerum & ma-  
trē eius, & fuge in Ægyptum, & esto ibi vsq;  
dū dicā tibi: futurum est enim vt Herodes  
quærat puerum ad perdendū eum. Ecce quā ve-  
ra sit sentētia illa. Sapiētia attingit à fine vs-  
que ad finē fortiter, & nihilo scitius disponit  
omnia suauiter. Verum Saluator noster ab  
Herodis ira poterat se tueri, sine labore hu-  
ius itineris, & exilij: ipse populum suum in-  
ter maris vndas à seuitia regis Ægypti de-  
fendit: ipse Danielem inter leones fame-  
scentes, illæsum seruauit, nec non & Ionam  
in ventre ceti incolumen custodiuit. Ve-  
runtamen, vt vaticinium Osee impleatur. Ex  
Ægypto vocari filium meum, ius erat,  
vt in Ægyptum pergeret. Quo oraculo

*S. Th. 2. 2.*

*q. 17. ar. 6*

*Secundo.*

*Matt. 2.*

*Sap. 7.*

*Osee. 11.*

## Annotationes

vsus est Matthæus in lectione euāgelij. Præ-  
terea, exēplo voluit esse fidelibus, ne audeāt  
Deum tentare, sed persecutione imminen-  
te, aliò se transferant. Iuxta illud. Date locū  
iræ. Ita que, quod ore suo sacro ipse deprōp-

**Matth. 10.** vna ciuitate inimici eos insectarētur, fuge-  
rēt in aliam, hoc ipsum opere nunc docuit.

Quid quòd in Ægyptum profectus est dñs,  
quia nō irascitur in perpetuū, qui fons inex-  
haustus misericordiæ est. Et qui decē plagis  
quondā Ægyptios percusserat, vna medici-  
na sanare eos vult, mittēs filiū suū pater, tā-  
quām signū efficax magnæ reconciliatio-  
nis futuræ. Moses olim in Ægypto diem  
vertit in noctem, ideo Christus illuc venit,  
vt tenebras errorū depellat. Fugit (ait Augu-

**S. Augus.** stinus) vt illuminaret, nō vt lateret, sermo-  
ne de Epiphania. Ecce quā magnū sacramē-  
tum in hac Christi fuga latitabat. Ceterum  
angelus in somnis apparuit Ioseph, vbi my-  
sticè designatur, quod illi qui à curis terre-  
nis & secularibus negotijs quiescunt, ange-  
lica visione perfrui merētur. Hinc legimus  
in Canticis. Ego dormio, & cor meum vigi-  
lat. Dormiebat spōsa externè, vigilabat au-  
tē internè, magnalia Dei cōtemplans. Eodē

**Psal.** pertinet illud Psalmi. Quia non cognoui  
nego-

## In festo Innocentium. 60

negotiationē, introibo in potētias dñi. He-  
braicè sic habetur. In somnis apparuit ei an-  
gelus: nā quādo vires sensuum ligatæ sunt,  
tūc mēs aptior fit diuinis reuelationibus su-  
scipiēdis, & intelligendis. Si quis propheta  
fuerit inter vos, in somnis apparebo ei, ait  
dñs. Cæterū obseruandū, quod statim sur-  
rexit vir iustus Ioseph, & eadē nocte opere  
impleuit, quod dñs per angelum ei præcepe-  
rat. Nocte, in quā, surrexit: quia omnis inse-  
ctatio & persecutio nox est, teste diuo Hie-  
ronymo, at cōtra, dies, refrigeriū. O nos bea-  
tos si properè cū Ioseph mandata Dei exe-  
quētes nō moras trahamus, aut ocio irretiti  
pigritemur. Veh illis qui dicūt. Māda, remā-  
da, modicū ibi, modicū ibi. Nō enim fas est  
procrastinare, domino vocante, & Herode  
insectante. Fugiamus diaboli tendiculas, fu-  
giamus mundum, etiam nos ipsos, nostraq;  
praua desideria fugiamus. Sed iam obsecro,  
charissimi, me cū paulisper expendite, quā-  
tum doloris & timoris, sacrum virginis pe-  
ctus inuasit: subinde vt tam infaustissi-  
mum audiuit nuntium. Proculdubio, vt  
ego reor, statim flexis genibus patri cœ-  
lesti, necnon & filio suo Christo gratias  
immortales egit, cum viro iusto Iob  
exclamans, manibus in cœlum extensis.

**Num. 12.**

**S. Hieron.**

**Esa. 28.**

## Annotationes

**Iob. 1.** Si bona suscepimus de manu domini, mala autem quare non sustineamus? Sicut Deo placuit, ita factum est: sit nomen domini benedictum. Ijs dictis excitauit puerum benedictum Iesum, & consolata est sanctum Ioseph, & illud sponsæ in Canticis proferens, aiebat. Fasciculus myrrhæ dilectas meus mihi, inter vbera mea commorabitur. O quos terrores in via illa passa est, per deserta scalentia gradiens, Herodianam scœuitiam valde timens. Tandem Saluator noster, intra se patrem alloquebatur, & cum Dauide clamabat. Peregrinus sum, sicut omnes patres mei. Mirabile dictu, domino Iesu ingrediente, omnia idôla Ægypti corruerunt, & à facie eius deiecta sunt. Quod planè tot retro diebus egregius vates Esaias prophetarat. Ecce ascendet dominus super nubem leuè, & ingredietur Ægyptum, & cômouebuntur simulachra Ægypti. Enimuerò ad literam de puero benedicto Iesu hoc explicat S. Hieronymus. Quenā obsecro nubes leuis hæc est, absq; graui mole peccati, nisi alma virgo, cuius conceptio singularis fuit, adeò vt à quauis noxa originalis, extiterit immunis? Ipsa nanque caput drachonis magnificè contriuit, summi numinis gratia fulta, & præseruata.

Sed

Scotus. 3.  
d. 3.

Psal. 38.

Esai. 19.

Cant. 1.

✱

## In festo Innocentium. 61

Sed de ijs super, satisque diximus, in festo immaculatæ illius cōceptionis. Vel nubes leuis, Christi humanitas est, cuiusuis culpæ expers. Nempè, Saluator ipse est, de quo Esaias. Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Equidem natura quā assumpsit filius Dei, vertibilis erat, veruntamen confirmata est, per beatitudinē. Quam ob rem sicuti beati peccare non possunt, ita neque Christus. Hinc laus illa quæ canitur de quouis sancto, qui potuit transgredi, & non est transgressus, facere mala & non fecit. Eccle. 31. Ex vna parte de defectu litem dicit, & hoc non conuenit Christo. Alia pars rationē habet perfectionis: quia non est transgressus, & illud competit Saluatori nostro. O Iesu bone, & nostri amatissime, ingredere obsecro pectus nostrum, & cuncta idôla euerte. Non sit post hac idolum superbiæ, non avaritiæ aut cuiusuis sceleris simulachrum. Discedant phantasmata cuncta cogitationum nostrarum, tranquilla sint omnia te aduentante, & in corde nostro commorante. Immorati sumus fratres in hoc exilio, & peregrinatione virginis almæ, & pueri sanctissimi Iesu, nec me poenitet, vtinam diu noctuque, labores hosce, tam matris quam filij, nostro in pectore versantes,

Esaiæ. 53.

Scotus. d.  
1 2. 3. Sete.

Notis.

## Annotationes

tes, ab his peregrinis non discederemus unquam. Vos fratres dum post ortū videtis Iesum à tyranno insaniente persecutum, & in Ægyptum fugientem, ne miremini, si dum rei spirituali seruire incipitis, dæmon bellū excitat, sed omnia viriliter feratis oportet, Saluatoris labores contemplantes. Sanè verissima est illa apostoli sentētia. Omnes qui piè viuere volunt in Christo Iesu, persecutiones patientur, quando quidem vocula illa, omnes, magnā energiam habet. Ne ergo quis sibi blandiatur, aut in medio belli pacē sibi pmittat, vbi dogma hoc Pauli audit.

**Tertiò.** ¶ Tertiò, quanta fuerit ira, quanque dira Herodis pessimi crudelitas, iam euangelista narrat.

**Text.** ¶ *Herodes videns quoniā illusus esset à Magis, iratus est valde, & mittens occidit omnes pueros, qui erāt in Bethleem, et in omnibus finibus eius à bimatu & infra, secundum tempus, quod exquisierat à Magis.*

**Herodis ne-  
fania.** ¶ En cruentus rex, abiecto fuce, & hypocrisi, qua se puerum Iesum adorare promiserat, posita impotens ira, prorupit in ma-  
nife-

## In festo Innocentium. 62

nifestam insanam, atque suæ vesaniæ ministros emittens, omnes infantes bimulos, aut hac ætate teneriores enecauit. Nempè, crudelitas tempus distulit, locum dilatauit pueros vniuersos complexa, existimās hoc impio consilio, satis sibi cautum esse, nequa posset elabi, quem vnum cupiebat extinctum. At frustra mortalium astutia nititur aduersus consilia diuina (sicut scriptū est.) Non est prudentia, non est consilium, contra dominum. Quinetiam ipse apprehēdit sapientes in astutia sua. Verū in hoc hoste deliniani sunt omnes tyranni, qui aduersus euangelium & eius alumnos erant surrecturi. En Pharaos rex crudelis paruulos hebræos interficere iubet, quanuis frustra innocentium sanguine imperium suū stabilire moliatur. Siquidem Herodi data erat occasio resipiscendi, quando à Magis Messiam natum esse audiuit, nisi mentem illius regnandi ambitio prorsus excæcarit. Sed dū suo vitio vertit omnia in maiorem insaniam, sua malitia Dei aduentum & iustitiam illustrauit, dū omnibus palàm fit, innoxios pueros immani crudelitate trucidatos, & ipsum horribili dignum exitio, quo postea periit, (teste Iosepho) & cum pro Christo interimi, seruari sit, plus pro-

Prob. 21.

Iob. 5.

Exod. 1.

S. August.

Annotationes

profuit prophanus hostis parvulis beatis, odio, quā profuisset, obsequio, ceu Divus Augustinus testatur. At qui, ne quis dubitaret hoc dispensatione divini consilij sic euenisse, euangelista attulit vaticinium Hieremias in quo adumbratum est, quod multis post seculis esset futurum. Vox in Rama audita est, Rachel plorans filios suos. Etenim vehementer plorabunda, lugubris, & lamentabilis ea vox erat, Rachelis sepultæ iuxta Bethleem. Plorabatque filios suos, eò quod de medio sublatis in hac vita non sunt. Itaque sub hac foemina, matrum luctum, suos filios deplorantium, propheta expressit. Vaticinium sic habet. Vox in excelso audita est, lamentationis, luctus, & fletus, Rachel plorantis filios suos, & nolentis consolari super eis, quia non sunt. Vnde Beatus Hieronymus. Quid est, mittens, occidit omnes pueros qui erant in Bethleem? Verum sicut belua vulnerata, quicquid oculis eius occurrat, quasi actorē sui vulneris dilaniat: sic Herodes delusus à Magis, iram suam super parvulos diffundebat. Observandū, quod ideò pueros vnius diei, & annorum duorum præcepit interimere, ne fortè puer Iesus quem stella ecclii indicabat, & Magi adorare venerant, speciem suam paulò super ætatem vel

infra

In festo Innocentium. 63

infra transformaret, & ætatem sui temporis occultaret. O beatos pueros, in quorū morte, omnium martyrum preciosa mors designata fuit. Sanè quod parvuli occisi sunt, indicat per humilitatis meritum, perveniendum esse ad martyrij gloriam. Cæterū quæ admodum olim Abimelech, qui figura fuit sceleratissimi Herodis, septuaginta fratres suos ex legitimo thoro natos occidit super lapidem unum, ut principatum paternum obtineret, quippe qui ei non debebatur quia illegitimus erat, & tandem post gestam tribus annis tyrannidem, in oppugnatione vnius turris à muliere interfectus est, fragmento in caput eius illiso. Sic scelestus rex Herodes, post innocentum atrocem necem, suis manibus sese enecavit, miserè obiens. Sub hæc, quanvis voluntas parvulis his defuerit, martyrij palmam acceperunt & testes veritatis fuerunt. Martyr, testis interpretatur Sanct. Tho. 2. 2. q. 124. ar. 5. & cum innocentes pro Christo passi sunt, imò in vnoquoque affectu persequentis, Saluator ipse occidebatur, de eorum martyrio dubitare fas non est. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum ccelorum (ait dominus.) Sicut nunc intentio & fides ecclesie sufficit parvulis, ad iustificationem.

Iudi. 9.

Iosephus li. Antiqui.

S. Th. 2. 2.

q. 124.

Matth. 5.

Gen. 33.

Hiere. 31.

Collatio.

S. August.



## Annotationes

nem in baptismo suscepto, sic de circumcissione antiquitus est asserendum, scilicet, voluntas ipsa ecclesie offerentis hos pueros, sufficiens fuit, ad coronam martyrii capefendam. Non loquendo, sed moriendo confessi sunt Christum, canit sancta ecclesia. Nec deest opinio, quæ in ijs paruulis acceleratū dicit miraculose rationis vsum, quāquā autoritate sacre scripturæ probatū nō possit. S. Tho. 2. 2. q. 114. ar. 1. ad primū. Vnde Sanctus Augustinus ait. Ille de vestra corona dubitabit in passione pro Christo, qui etiam paruulis baptismum Christi nō prodesse æstimat. Nonne ij empti sunt de terra primitiæ Deo & agno? Apoca. 14. Ambulant mecū in albis, ait, dñs, eò quòd digni sunt. Qui fusius de martyrio innocētum videre cupit, Chrysostomum legat, parte. 5. in duabus homelijs. Nos verò fratres procliui genu Christum precemur, vt nobis gratiam suam impertiat, qua facti martyrū vestigia sectemur. Nō est magnum, ait, Diuus Cyprianus, festum martyris celebrare, at eius patientiam, & fortitudinem imitari, valde difficile est. Huc attinet illud beati Augustini. Imitari nō pigeat, quòd celebrare delectat. Sed nos volumus gaudere cū sanctis, & tribulationes nolimus sustinere cū illis.

S. Th. 2. 2.

q. 114. ar.

1.

S. August.

Ser. epi.

pha.

Apoc. 14.

S. Cypria.

## In festo Innocentium. 64

illis. Sectemur nunc eorum vestigia, vt ad illorum foelicitatem valeamus peruenire.

¶ Quarto tādē, silenda haud est, magna fides Beati Ioseph, qui incūctāter adhesit verbo angeli, sibi secretum hoc reuelātis. Sanē antequā nasceretur Christus ab angelo audierat, ipsum mūdi Saluatorē esse. Quod in ea natū est, de spiritu sancto est. Vocabis nō mē eius Iesum, ipse saluū faciet populū suū, à peccatis eorum. Veruntamen hunc videt, cum sit Saluator omnium, quod se non liberat in sua patria nisi fugā accipiat, perinde ac si homo esset tantūm. Attendite fratres qualiter Deus optimus, suorum electorum probat fidem. Sic tentauit Abraham in filij sui sacrificio, tentauit Ioseph Iacobi filium, cui reuelauit quod sol & luna, & stellæ eum adorarent, nihilominus venditus à fratribus, in Ægyptum ducitur, necnon in carcerem mittitur. Idque, de Dauide in sacris literis versatis perspicuum est. Nam postquā vnctus fuit in regem, Saul eum vehementer persequebatur. Vos obsecro fratres illud Esaiæ cordi vestro figite. Qui crediderit non festinet, verbum Dei firmiter intueatur, quantumcūque omnia desperata appareant. Vult enim Deus vt captiuemus intellectum nostrum

Quarto,

Matth. 2.

Gene. 15.

Gene. 22.

Esaie. 38.

2. Corint.

in ob

## Annotationes

in obsequium illius. Extat inuiolabile verbum Christi. Cœlum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt. Lucæ. 22. Huc pertinet quod Petrus ait. In quo exultabitis modicum nunc, si oportet contristari in varijs tentationibus. Vt probatio fidei vestræ multò preciosior sit argento, & auro, quod per ignem probatur. Ni fallor singula verba peculiarem energiam habent. Ecce quàm perfectam habuit fidem Sanctus Ioseph, & Deipara Maria maximè in hoc exilio, in Ægyptum proficiscentes. Nos ad eundem modum in varijs tentationibus, quas patimur, gaudeamus, sciētes quoniā probatio fidei patientiam operatur, patientia autem opus perfectum habet, teste Iacobo. Ecce qualis sit vita Christiana, fratres, nempe, quotidianā pugna, & iugis crux, & ideo à cunabulis infectationem patitur Saluator noster. Alioqui ipse non diceret electis suis. In mundo pressuram habebitis, in me autem pacem. Et iterum. Si de mundo essetis, mundus quod suum esset diligeret, sed quia de mundo non estis, sed ego de mundo elegi vos, ideo odit vos. O summi Dei iudicij, & eterna ciuitas Hierusalem, in qua facti sunt pharisæi religiosi, Christum M. habent, & Ægyptus plena idola.

1. Petri. 1.

1. Iaco. 1.

Ioan. 15.

## In festo Innocentium. 65

det. Nolite iudicare secundum faciem post-hac, sed omnia sapientiæ Dei committite, ipse nouit qui sunt eius. Non omnes qui in Ægypto, id est, in mundo degunt, reprobi sunt, nec omnes duodecim apostoli, quos Christus accersit in cœlo regnant. Iudas pessimus cum diabolo poenas dat perpetuas. Onimium foelicem ciuitatem Heliopolim, in qua filius Dei Iesus, cum sacerrima virgine matre & Ioseph mansit, vsque ad Herodis necem atrocem: qui que adhuc uiuens, vermibus scatebat, poenas commeritas sui facinoris luens. (Summa). Nos charissimi ad obeundos labores accingamur, subinde oportet cum Christo Iesu peregrinari, scientes, quoniam vt muscæ à leuibus locis, veluti speculis delabuntur, asperis verò, & cauis insident: sic nimirum prospero rerum statu facile excidere solemus, cum in aduersis nos vt cunquē sustineamus. Exemplo nobis sit Adā in amœnissima paradiso positus, vnde miserè corruit, & vir sanctus Iob plagis confectus & in sterquilino iacens, Adamo fortius pugnavit, & Sathanā gloriose profligauit. Et de festo innocentium satis.

Matth. 7.

Historia  
triparti.

Collatio.

Iob. 1.

i PRO

**PRO FESTO CIRCUNCISIONIS** Salvatoris nostri, annotationes.

Annot. 1.

**Q** Vanquā in libro de adventu domini euangelium huius solennitatis, fusiꝯ pro modulo nostro exposuimus, nōnullas annotationes hīc dicere placuit. Mira res, quōd Saluator mundi, qui infirmitatibꝯ nostris mederi venerat, & medicamen nobis fauciatis impendere instituerat, ipse circuncisionem suscipiat, quippe quæ antidotum peccati originalis fuerat. Atqui si penitius rem indagare velimus, non frustra, sed alto Dei consilio id gestū fore agnoscemus. Verūm nemo pro dignitate exprimere potest quā fuerit cōmodum, imō pernecessarium Christum circuncidi. Nempē, quāplures hæreses hodie vno hoc gladio interemit, palā faciens verā carnē assumpsisse, quod Manichæus post ea ore improbo negavit. Appollinarius perperā asseruit, corpus Christi diuinitati esse cōsubstantialiale. Valentinus verò testatus est de cœlo Christū attulisse corpus. Vidēs ergo Iesus qui sapientia patris est, & omnia nuda sunt oculis eius, & aperta antequā m  
fiant

Hereticorum præiugia.

In festo Circuncisionis. 66

fiant, cultro lapideo se obtulit in circuncisione, sanguinem suum benedictumque effundere decreuit, quo blasphemantium hæreticorum ora occludat. Itaque misericordiae parens Saluator noster, fidei nostræ sacræ consulēs, & neochristianos deijcere volens, versutia Satanzæ deceptos, ne gratos tāto benefactori se præberent, octauo die circuncisionem accepit. Ob eandem causam fatigatus ex itinere, sedit supra Samarię fontem. Post diutina ieiunia in deserto esuriit, in horto tertio patri orans, in agonia mœrore confectus, sudor eius factus est, tanquāmgutæ sanguinis decurrentis in terra. Et ut summam dicam, nullatenus teneretur nisi homo, non flagellaretur nisi homo, nec crucifigeretur nisi homo, quemadmodum probe Beatus asserit Augustinus. Quæ omnia & alia id genus multa, argumento sunt, veram humanitatem, & non fictam, filium Dei induisse. Præterea par erat ut sese filium Abrahæ ostenderet, cui pollicitatio olim facta est. In femine tuo benedicentur omnes gentes. Et quoniam Abrahæ primò circuncisio data est, & posteris eius, oportebat eum circuncidi. Sanct. Thom. 3. part. quæst. 37. art. 1.

Ioan. 4.

Luce. 21.

S. August.

Gene. 17.

¶ Secundo, vel maximè fas erat, vt

## Annotationes

Christus non circumcisiōē horreret, quò legem antiquam à Deo datam fore probaret. Enimuerò temeritas Manichæi tam insignis fuit, vt vetus testamentum institutū à Deo optimo negaret, quum in libris Moy si, & prophetarum scriptis, passim scriptū sit. Hæc dicit dominus. Quin & saluator in euangelio necnō euangelistę omnes sæpe numero veteris testamenti verba de promunt, quibus ea quæ dicunt, fulciunt ac roborant. Huc spectat quòd apostolus ait. **Roma. 15.** Omnia quę scripta sunt, ad nostrā doctrinam scripta sunt, vt per cōsolationē scripturarū spem habeamus. En scopus in quem tendit vtrumq; testamētum, nēpè, vt de pietate & misericordia summi numinis nullaten⁹ desperemus, quāuis omnigenis peccatis circū uallatos nos videamus, cū Dauide vociferātes. In te dñe speraui, nō confundar in æternū: in iustitia tua uiuifica me. Cæterū dū octauo die iuxta legis edictum dñs circumciditur, suo exēplo inuitat nos, vt præcepta Dei quā primū adimpleamus, nō autem morastrahentes desides simus. Si vis ad vitam ingredi serua mādata, ait, Saluator. Et ad apostolos suos dixit. Vos amici mei estis, si feceritis quæ ego præcipio vobis. Equidē legē Dei spernēs, mūdi & Satane amic⁹ est, nō

Chri-

## In festo Circuncisionis. 67

Christi Iesu. Cœpit ergo Iesus facere, & deinde docere, opere primo orthodoxos suos erudiuit, & postea verbis euāgeliū prædicauit. Vt ergo nos excitaret ad legē Dei implēdā, legislator ipse legis onus graue humeris suis imposuit. Mitto lubēs hīc, quòd magno pere Saluator semper studuit occasiones à Iudæis auferre, dicēte scriptura. Qui vult discedere ab amico occasionē querit. Verū nisi circumcisiōē acciperet, tāquā incircuncisum eū exploderēt, nec dogmata eius frugifera audirent. Sanct. Thom. 3. par. 37. art. 1.

¶ Sub hæc, oportebat puerum Iesum circūcidi, vt graue onus legis in se ipso sustinens, fideles suos omneis ab onere legis liberaret. Hæc rationem subindicat Paulus ad Galatas scribens. Misit Deus filium suum, factum ex muliere, factū sub lege, vt eos qui sub lege erant redimeret. Vbi Beatus Augustinus. libr. 2. de Trinitate, cap. 5. Mulierem appellat virginem more hebræorum, nam Eua adhuc virgo, in Genesi, mulier vocatur.

Ædificauit dominus Deus costam quam tulerat de Adam in mulierem. Accepit ergo formam serui ex matre, qui in forma Dei erat æqualis patri ab æterno. Sicque factus est sub lege dominus legis, quò serui pudefiant legi Dei non parere. Quid plura?

*Tertiò.*

*Gala. 4.*

*Genesi. 2.*

Annotationes

factus ex muliere benedicta, per quē facta sunt omnia in cœlo & in terra. Quem cōstituit pater hæredē vniuersorum, per quē fecit & secula. Aduertedum autem est, quod dominus circuncisionē auferens ad sacrum baptismam nos mittit. Nam nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non poterit videre regnū Dei. Ecce quod olim præstabat circuncisio fidelibus in Messiam creditib<sup>9</sup>, id abūdatius præstat baptismus. Tollit proculdubio originale delictū & actuale, & cœli ianuā aperit, quā circuncisio referre nequibat. In cuius typo, baptizato domino, cœlum apertum est. Sāctus. Tho. 3. p. q. 69. ar. 7. Amouit sanē Christus omne impedimentum, id est, omnem culpam & creatū per suam sanctā mortē, ideò regnū cœlorū baptizatis iā patet. Modò candorem innocentiae inibi acceptū obseruēt, vel si lapsi fuerint per veram poenitentiam resurgant. Et hæc est secunda tabula post naufragium, Diuo Hieronymo contestante: nec obstat quicquam quod dominus Abrahamæ dederit signaculū circūcisionis in fœdus sempiternū: nā in sacra scriptura longū tempus significatur, non perpetuitatem. Allusio est ad illud. Ne fortē mittat manū ad arborem vitæ, & viuat in æternum. Hoc est, in tempus

In festo Circuncisionis. 68  
 pus longum. Enimuerò primus parens post cassam, in æternū viuere non poterat, quāuis de arbore vitæ cibum assumeret. Quin & in eodem capite Geneseos, dominus dixit. Dabo tibi terram peregrinationis tuæ, & femini tuo, in possessionem æternam. Nihilominus omnibus palam est, quod Sarraceni, & turcæ, eam possident. Quid pluribus immoror? Profectò, mutillum erat medicamen illud antiquæ legis, quod tantum viris non mulieribus salutem dabat. Saluabantur autem puellæ fide parentum, vti Magister asserit distinct. 1. At baptismus sacer vniuersalis medela est, vtrunque sexum amplectens, & omnes filios Dei constituit, apostolo contestante. Quotquot baptizati estis Christū induistis. Perinde dicat, tam est efficax sacramentum hoc, vt qui sancti baptismatis vnda abluatur, Christi Iesu meritis participet, & sicut quondam iacob veste fratris sui indutus, à patre benedictionem accepit, ita qui baptizatus fuerit, ni obicem ponat, gratia Saluatoris coopertus euadit: & ita decorus & speciosus efficitur, coram patre cœlesti, vt voce alacri clamet. Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni. O quam plena omnium charismatum donis, anima  
 i 4 nostra

Genes. 17.

Magist. d.

Gala. 3.

Genes. 27.

Annotationes

nostra ex illo fonte sacro exit. Verum lepra Naana, ubi in Iordane euamuit, & adeo mundus factus est, postquam iubente Heliseo ille se lauit, ut caro eius refloresceret tanquam caro pueri. Quae omnia sacri baptismi figuram adumbrabant. Tandem asserendum est, baptizatos, nedum gratiam accipere, sed virtutum copiam. Ideo apostolus ad Titum, ait. Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis, & renouationis spiritus sancti, quae effudit in nos abunde. Glossa, id est, ad remissionem peccatorum, & copiam virtutum. Et de his abunde tractat Sanct. Tho. 3. par. quaest. 69. art. 4.

4. Re. 5.

Tit. 3.

Quarto.

Roma. 4.

1. Cor. 10.

¶ Quarto, summo opere notandum, quod baptismus adeo euacuauit circuncisionem illam carnis, ut incunetanter apostolus dicat. Si circuncidamini, nihil Christus profuit vobis. Mirares, quae antea salubris erat, & originale peccatum delebat, nunc facta est lethalis, & nociua, postquam euangelium clarescere coepit, & per apostolos ubique terrarum illuxit. Sane circuncisio illa signaculum fidei erat populo Dei, apostolo teste, & ob id preparatoria fuit, ad sanctum baptismum. Veniente autem luce, umbra effugata est. Imo omnia illis in figuram contingebant. Iam igitur veritas, & gratia, per Iesum Christum facta

In festo Circuncisionis. 69

facta est. Quando quidem uti in illa Circuncisione auferebatur pellicula illa carnis, sic per baptismum homo expoliatur a carnali conuersatione. S. Thom. 3. p. quaest. 70. ar. 1. Quod vero cultro lapideo fiebat, non ex domini instituto factum est, quauis Scaphora vxor Moysi acutissima petra filium suum circunciderit, & dominus Iosue dixerit. Fac tibi cultellos lapideos, & circuncide filios Israel. Iosue 5. In quo facto id sacramenti latebat, circuncisionem spiritualem esse faciendam per Christum. Quippe qui merito ab Apostolo Petra vocatur. Itaque Saluator abstulit circuncisionem carnalem, & inuexit nobis alteram spiritualem. Quae profecto etiam populum illum coarctabat. De hac spiritali circuncisione, vel succincto sermone, nonnulla dicamus. Etenim Hebraeis, necnon & nobis Christianis datum est mandatum illud. Circuncidite praeputium cordis vestri, neque induretis vltra ceruices vestras. En spiritalis circuncisio a domino praecipitur, quam nisi quis seruauerit, haud dubie peribit. Eodem quidem pertinet oraculum Ieremie dicentis. Circuncidimini domino, & auferete praeputium cordium vestrorum, ne forte egrediatur ut ignis indignatio mea, & succendatur, & non sit qui

Exod. 4.

1. Cor. 12

Circūcisio spiritalis.

Deut. 10.

Ierem. 4.

## Annotationes

extinguat. Quis nostrum audiēs comminationes hasce non pertimescat? Nempē, preputium, cordis pravi affectus sunt, quos improbi amplexantur ac sequuntur. Ideo eos qui adhuc pravi cordis & duri sunt, incircuncisos corde rectē appellat scriptura. *Leuit. 26. & Acto. 7.* Sed iam rogo Paulum audiamus. *Rom. 2.* Charissimi non quæ in manifesto, in carne circuncisio est, sed qui in abscondito Iudæus est, & circuncisio cordis in spiritu, non litera, cuius laus non ex hominibus, sed ex Deo. Quid excellentius aut commodius dici potuit de spiritali circuncisione? *Phil. 3.* Id ipsum ad Philippenses repetit. Nos enim sumus circuncisio, qui spiritu seruiamus Deo, & gloriamur non in carne, sed in Christo Iesu, qui, scilicet, iustificatio nostra est. *1. Cor. 1.* In quo, videlicet, Christo, circuncisi estis, circuncisione non manu facta, in expoliatione carnis, sed in circuncisione Iesu Christi. Agite fratres, expoliate veterem hominem cum actibus suis, & cordis superflua resecastis. Alioqui nil vobis proderit baptisimus, sicuti Hebræis nil frugis erat circuncisio carnis tantum. An, nescitis quoniam avari, adulteri, molles, fures, & alij huiuscemodi, regnum Dei non possidebunt? Prorū dolor, quot sunt post baptismum tales, inter fideles.

70

In festo Circuncisionis. Verum qui huiusmodi est, gloriari de baptisinate non valet. Ecce mysteriū absconditum in circuncisione Christi. Siquidem nusquam nō ipse in euāgelio spiritalē à nobis exigat circuncisionē. Quid sibi vult verbū illud, nisi vt expoliamus veterem hominem? Si manus tua vel pes tuus scandalizat te, præscide eum, & projice abs te. Idque de oculo dominus obnixè præcepit. *Matth. 18.* Rursus insectatores iniquos redarguens, ait. Quid cogitatis mala in cordibus vestris? Atqui circuncisio illa carnis, non absque nimio fiebat dolore, & ad eandem imaginem spiritalis circuncisio, & affectuum nostrorum incisio, sine cruciatu fieri nequit. Mirabile dictu, fratres, Hebræorum nemo, terram promissam, lacte & melle manantem adiit, nisi circuncisus. Ita orthodoxorum nullus cælorum regnum planè intrabit, qui in circuncisus fuerit corde, & de spiritali circuncisione sit satis, de qua plura annotata digna adducit Sanctus Bern. in sermone huius festi. *S. Bernar. serm. 3.*

¶ Quintò, quòd maximè delectat, & hodie nū diē celebrē reddit, nomē suave atq; melitum quod puero benedicto datur, est.

¶ *Vocatum est nomen eius Iesus.*

Quod

Text.

*Iosue. 5.  
Figura.*

## Annotationes

¶ Quòd ab angelo vocatū est priusquàm in utero conciperetur. Hic dignitas magna huius sacerrimi nominis palàm fit. Non utique è terra, sed ex cœlo venit, ut notum sit omnibus quòd multis retro seculis Propheeta dixerat. Ecce nomen eius venit de longinco. Bis angelus domini protulit hoc sanctum nomen. Primò, virgini almæ cum esset Nazareth. Ecce, ait, concipies & paries filium, & vocabitur nomen eius Iesus. Secundo autem Ioseph volenti sponsam dimittere mysterij ignaro angelus inquit. Quod in ea natum est, de Spiritu sancto est: pariet autem filium, & vocabis nomē eius Iesum, ipse saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Vbi diuus Basilius. Ecce quàm perfecta fuerit Christi mirabilis conceptio, statim ut conceptus fuit, perfectus homo euasit. Quamobrem natum angelus vocat eum, quòd adhuc in aluo benedictæ matris ferebatur. Nempè, uti idem sanctus notat, quando de industria nomina ponuntur subiectam ostendunt naturam, ut Abraham, Isaac, Israel. Horum enim quodlibet, nomāgis corporis characterem quendam, quàm virtutis salutaris proprietatem ostendit. Hac ratione, & nunc Iesus Saluator appellatur, id est, salus populi. Quod mysterium & ante

*Lucæ. 1.*

*S. Basl. to. 1. serm. de Epipha.*

## In festo Circumcisionis. 71

ante secula ordinatum, & olim per Propheetas prædictum, iam manifestum habet exitum. Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel, hoc est, nobiscum Deus. Hæc diuus Basilius. Atqui, vocatum est nomen hoc, non impositum, nempè, ab æterno hoc nomen est ei, non inditum ab angelica vel humana natura, sicut Sanctus Bernardus ait, serm. 2. huius festi. Quin & hoc nomen salutare, sex illa nomina eminenter in se continet. Vocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius, Deus, fortis, pater futuri seculi, princeps pacis. Admirabilis est: quia mutat nostram voluntatem, ut respiciamus mundum, quem tantopere amare consueuimus. Hæc mutatio dexteræ excelsæ. Consiliarius noster est, in eligenda pœnitentia. Deus est in remissione delictorum, ipso dicente. Ego sum qui deleo iniquitates tuas propter me. Fortis comprobatur in debellando diabolum, & in adiutorio, quod nobis certantibus præbet. Pater futuri seculi est, immortalitatem in resurrectione nobis largiturus. Princeps pacis iure appellatur, eò quòd nos patri reconciliauit, atque ipse est pax nostra, qui fecit vtraque vnum, quiq; ait. Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis. Quòd verò signanter

*Esa. 7.*

*S. Bernard.*

*Esa. 9.*

*Nota.*

*Ioan. 14.*



Annotationes

gnanter ait angelus. Ipse saluū faciet popu-  
lū suū à peccatis eorū, nō Hebræorū regnū  
tantū indicat, sed etiam gentiliū gentes, & si  
oleaster sterilis quondā fuerint, Salvatore  
aduentate, insertæ sunt in oliuam frugiferā,  
**Rom. 11.** ceu Apostolus optimè testatur. Vbi seueri-  
tatē Dei agnoscamus oportet, in eos qui ce-  
ciderunt, bonitatē autē in nobis, alioqui ex-  
cidemur. Annotatu dignū est, quod non eò  
venit Iesus, vt electos suos eripiat à calami-  
tatibus, paupertate, & temporarijs ærūnis,  
quas ipse vltro suis amicis immittere solet.  
**Tob. 12.** Iuxta illud. Quia acceptus eras Deo, neces-  
se fuit, vt tribulatio tentaret te. Ipse nouit  
quid eis expediat, quippè qui medicus peri-  
**Ioan. 16.** tissimus est. Hinc apostolis dixit. In mūdo  
pressuram habebitis, in me autem pacē. Ad  
hec vbi angelus ait. A peccatis eos saluabit,  
nos criminum nostrorū admonet, pro qui-  
bus expiandis filius Dei in ara crucis mortē  
obiuit, nec non & Christi Deitatem ostēdit.  
Deo peculiare est peccata dimittere, nā vt  
paulò ante adduximus, ipse de se ipso ait.  
**Esa. 43.** Ego sum, ego sum, qui deleo iniquitates  
tuas propter me, non lex quæ neminem ad  
perfectum adduxit scelera delet, non opera  
nostra quæ sine dono gratiæ, perinde ac pā-  
**1. Pet. 2.** nus mēitruata sunt. Agite vos fratres obse-  
cro,

In festo Circumcisionis. 72  
cro, vos estis genus electū, regale sacerdotiū  
gēs sancta, populus acquisitionis, caute tā-  
tā negligatis gratiā: ne vt populus ille, quē  
dominus elegit olim, ob insignē ingrati-  
tadinē suā proiectus, ipsi pereatis. Oscitemus se-  
pties in die laudē canētes Deo, quæ sese exina-  
niuit formā serui accipiēs. Sic se noster Eli-  
sæus mēis est, ita vt ori nostro os suū adiū-  
gens, mortuo signū pacis impresserit. Ocu-  
lis suis tetigit nostros interioris hominis, frō-  
tē claris luminaribus ornās. Quid plura? ma-  
nus suas meis superposuit, exemplū præbēs  
laborū suorū mihi, vt recte operari incipiā,  
& ad certamen quotidianum me erudiens:  
Docuit manus meas ad prælium, & digitos  
meos ad bellum. Pròh pudor, quā præpo-  
sterè quidam agunt, qui habētes Iesum Sal-  
uatorem, non salutis suæ incumbūt sed pro-  
caciter clamāt. Cū morte pepigimus foedus,  
& cū inferno fecimus pactum. Sed iam hos  
perditos homines dimittamus, procliuiter  
orātes, pro eis, vt resipiscāt, & cū magis à lō-  
ge veniant, & puerum Iesum toto affectu  
adorēt, cādidoq; pectore diligāt. Iesu bone,  
& hominū amātissime, obsecro vt posthac  
sis mihi Iesus. Dic animæ meæ: Salus tua  
ego sum, & saluus ero. Quid iam dicam  
de hoc tuo mellifluo nomine candidissime  
Iesu

4. Re. 4.

Psal. 17.

Esa. 28.

Psal.

Annotationes

*Canti. 1.* Iesu, nisi quòd sponsa in Canticis pulchrè dixit? Oleum effusum, nomen tuum, ideò adolescentulæ dilexerunt te. Sanè, vt oleū illuminat, & tenebras depellit, vulnera sanat, & cibos dulcorare solet, quàm libet insipidi sint: ita nomen tuum, Iesus, mentis oculos fide sincera illustrat, sauciatas mentes sanat, & labores quosuis dulces efficit. Adeò vt apostoli irent gaudentes à conspectu cōcilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Quid ni, nomen hoc salubre tantam habeat virtutem, quū lignum quòd Moses misit, aquas Marath dulcorarit? effusum quidem sentiunt animæ sanctæ hoc oleum, quod olim integrum capere non poterant. Effusum, inquam, per acerrimam mortem. Mitto nunc quomodo Christum Iesum mirantur omnes chori angelorum, & vehementer eum amant, ac indefessè collaudant, quæ affatim explicat.

*S. Bern. ser. 19. in Canticis.* Cæterum hoc nomen est de quo in Actis. Non est aliud nomen datū nobis sub cœlo, in quo nos oportet saluos fieri. Itaque, salus nostra omnis, in hoc salubri nomine pendet. Imò & hoc est, nomen super omne nomen, in quo omne genu curuatur, cœlestium, terrestrium, & infernorum. Curramus fratres in odorē vnguen-

In festo Circumcisionis. 73

vnguentorum Christi Iesu, diligamus eum vt par est: quia ipse prior dilexit nos. Curramus, inquam, omnes, quoniam ecce dedit suauissimum odorem. Quid precor captiuus, liberari resonat dulcius? quid lassus gratius, quàm requietionis præconium? quid ægris suauius prudenti medico? Veniant omnes & dum nomen salutis audiunt, nemo salutem suam negligat. En turris fortissima, nomen domini, ad quam currit iustus & exaltabitur: imò turris munitissima est, in qua omnes armaturæ pendent. Fides quæ scutum est fortissimum in omnibus sumendum, vt Paulus suadet, non nisi ex Iesu dimanat. Gladius quod est verbum Dei ad debellandas aëreas potestates, ex ore Christi Iesu prodijt: nam ipse nobis euangelium ore suo sacro prædicauit. Galea salutis, quæ spes est, à Iesu datur, eis qui sperant in eo. Hunc toto nisu quæramus, hunc pro nostra virili amemus, quò ipso in cœlesti patria fruamur.

Amen.

k PRO

Pro. 18.

**PRO FESTIVITATE EPI-  
phanie. Annotationes.**

Annota. 1.

**S**upenda res, & vehementer mi-  
randa, Saluator Iudæis olim pro-  
missus, & tot prophetarum ora-  
culis eis nunciatus, & ex eis, & in-  
ter eos natus, sacerdotes & legisdoctores  
obdormiunt in utrâq; aurê, adeo ut illius glo-  
riosum natale eos penitus lateat. Nōne iu-  
re cū apostolo exclamare oportet? O altitu-  
do diuitiarū, sapientiæ & scientiæ Dei, quàm  
incomprehensibilia sunt opera eius, & investi-  
gabilia viæ eius. Verū incomprehensibile my-  
steriū hoc est, & quiuis intellectus in hac sa-  
lebra heret, quod magi idōlis seruietes, ea,  
ut potè fictitia & inania spernant, vnū Deū,  
ac redemptorem labore nimio exquirant,  
regemq; Hebræorū appellent, Iudæi autē  
nihil minus quàm Messiam suū ex pro-  
pria ipsorū natū, adorare & intreri affectēt.  
Equidem res ita habet fratres, Christus pe-  
culiariter Iudæis promissus, natus & datus  
erat, veruntamen in propria veniens, ipsi eū  
non receperunt. Eas ob res gentes accersun-  
tur, ut cohæredes, & consortes sint promif-  
sionum in Christi Iesu. Nec aliò tendebat  
commi-

Ioan. 1.

comminatio illa terribilis. Amen dico vo-  
bis, quia auferetur à vobis regnum, & dabi-  
tur gēti facienti fructus eius: & iterum: Mul-  
ti venient ab Oriente & ab Occidente, & re-  
cumbent cum Abraham, Isaac, & Iacob: fi-  
lij autē regni, eijciētur in tenebras extero-  
res, Itaq; gentiū primitiæ Magi reges fuēre,  
quos coeleste fides eduxit ad Christū. Nos  
autem summo opere caueamus similes eis si-  
mus, ob quorum ingratitude euange-  
lium transiit ad gentes exteras. Ni fallor,  
dum Iudæos video ad dominum conuersos,  
hac nostra tempestate, summe crubesco, si-  
mul & vereor, ne nobis cōtingat quod Pau-  
lus Hebræis dixit. Quia indignos vos feci-  
stis, & repulistis verbum Dei, ecce conuer-  
timur ad gentes. Absit charissimi, ut de  
nobis orthodoxis, hoc locum habeat. Nec  
satis est fidem habere synceram, nisi ope-  
ra fidei, & vitam immaculatam habea-  
mus.

Matth. 21.

Matth. 8.

Nota.

Acto. 13.

**¶** Secundò, mecum perpendite fratres,  
quam pulchrè quaque dilucidè Mattheus  
depingat, quomodo admiranda Christi na-  
tiuitas etiam gentibus innotuerit. Ait  
enim, Cum natus esset Iesus in diebus Hero-  
dis in Bethleem: ecce Magi ab Oriente ve-  
nerunt. Bene quidē regnante Herode alieni

Secundò,

Annotationes

gena Antipatri filio, Saluator natus est, quò  
*Gen. 49.* ostendatur vaticiniū Iacob impletū. Nō au-  
 feretur sceptrū de Iuda, nec dux de femore  
 eius, donec veniat qui mittēdus est: ipse erit  
 expectatio gentiū. Nec nō & Daniel, id ipsū  
 cōtestans, ait. Cū venerit sanctus sanctorū,  
*Dan. 9.* cessabit vnctio vestra, id est, regalis, & sacer-  
 dotalis dignitas. Ex quibus vaticinijs satis  
 perspicuū est, oportuisse Christum adesse,  
 quādo regnū omnino ablatū esset. Venit er-  
 go verus rex, nefario rege imperāte, vt pa-  
 triā à seruitute vēdicaret, & populū suū dile-  
 ctū in libertatē assereret. Quinimò Herodes  
 prophanus diaboli typū gerebat, quiq; hu-  
 manū genus, astu callido in suam subegerat  
 ditionem, magna truculentia præsidens:  
 quem pius assertor potenter euincere insti-  
 tuit, iuxta illud. Nunc princeps mundi eij-  
*Ioan. 12.* cietur foras. Vbi satis notum est, Deū opti-  
 mum electos suos nunquā esse oblitū, nec  
 illos vnquā dereliquit. Tametsi opprimi ali-  
 quādo, propentiori suo consilio sinat. Vult  
 vt eū ardentius quæramus, calamitate vrgē-  
 te, & gratius eius auxiliū accipiamus, cum  
*Psal. 114.* Daude concinentes. Non nobis domine,  
 non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Ecce  
 quò tendunt ærumnæ omnes, quas suis  
 Deus noster immittit. Nempè, vt fragilita-  
 tem

In festo Epiphaniæ. 75

tē propriā agnoscentes, adiutorē suū & libe-  
 ratorē vehementer collaudent. Quid, quòd *Note.*  
 nō Dauide regnāte, nec Ezechia, aut Iosia,  
 qui optimi reges fuēre, Saluator dignatus  
 est nasci, sed impio Herode imperante? Sa-  
 nē vt palām esset, non ob merita cuiusuis  
 iusti filium Dei aduentasse, sed contra, ex  
 immensa & ineffabili sua clementia in hoc  
 exilium venisse. Vnde plenius Spiritu san-  
 cto Zacharias tonauit. Per viscera miseri- *Lue. 1.*  
 cordiæ Dei nostri, in quibus visitauit nos  
 oriens ex alto. Cui sententiæ alludit aposto-  
 lus, vbi inquit. Non ex operibus nostris, *Tit. 3.*  
 quæ fecimus nos, sed secundum misericor-  
 diam suam saluos nos fecit. Vidistis fratres  
 quo tempore Messias desideratus, non for-  
 tuitò, sed iuxta Prophetarum oracula na-  
 tus sit: nunc videte locum quem ipse dele-  
 git sibi, in quo nasceretur. Equidem non in  
 Nazareth, vbi conceptus Spiritu sancto co-  
 operante, ipse fuit. Non vtique in Hieroso-  
 lyma ciuitate regali, in qua, tum sacerdo-  
 tis, tum regia sedes erat: sed oppidulum, &  
 paruam ciuitatem Bethleem honorare vo-  
 lens, tanquā humilis, humilem locum ele-  
 git. Enimuerò, diuitum superbiam retun-  
 dens, qui magnificas ædes erigunt, in diuer-  
 sorio ex virgineo utero matris prodiit, præ-  
 k 3 sepij

sep̄ij angustias non horrens. Quòd autem in Bethleem Iudæum natum euangelista asseruit, alteram esse Bethleem ostendit in Galilæa gentium. Allusio est ad illud Micheæ, quòd sacerdotes Herodi responderunt. Et tu Bethleē terra Iudæ, nequaquā minima es in principibus Iudæ: ex te enim exiet dux, qui regat populum meū Israel. Ni fallor, in Bethleē natus est David, manu fortis qui Goliath profligavit gigantem monstrosam, & inibi oportebat Christum Iesum nasci, quippè qui debellaturus erat Satanam.

*Tertiò.* ¶ Tertiò, adnotandum, quàm sit fortis, vera, & ardens fides. Alienigenæ audacter clamant dicentes. Vbi est qui natus est rex Iudæorum: vidimus stellam eius in Oriente, & venimus adorare eum. Mira res, ait diuus

*S. Augus.* Augustinus. Annunciant Magi & interrogant, crederunt, & quærunt. Sanè nunciāt, asserentes Christum natum, & quærunt vbi sit, perinde atque stertentes Hebræos excitarent, quippè qui de natali sui regis nil sciēbant. Aduertendū quòd solus Christus natus est rex: nā eum constituit pater hæredē vniuersorū, per quē fecit & secula: imò omnia tradidit ei pater in manus, tam cœlestia quā terrestria, ac subterranea. Cæteri verò,

*Heb. 1.* *Ioan. 13.* vel

vel ex electione hominum, vel gentis consuetudine, aut potentia violenta, regni sceptrum vendicant. Et ob hanc causam breui admodum labefactantur, & mors dira eos rapit, quæ sanè nemini parcat. At contra, regni potestas isthæc, qua potitur Saluator, nunquàm excidit, Daniele acclamante. Potestas eius, potestas eterna, & regnum quod non relinquetur. Vbi de regno Messia ad litteram fit mentio. Allusio est ad illud Gabrielis, almæ Mariæ dicentis. Regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. Scitè ergo interrogant dicentes. Vbi est qui natus est, rex Iudæorum? O mirabilem sacræ fidei constantiam: videte fratres fidei naturam, citra omnem erat hæsitatiōē, & trepidationem, liberè confitentur, non formidantes potestatem tyranni Herodis. Cordè enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Ad eundem modū Petrus corā principibus confitetur Christū verū Messiam, quē temerè illi crucifixerūt. Sic & Paulus coram rege Agrippa, nullatenus trepidat, sed infracto animo prædicat Christum Iesum verū mundi Saluatorē. Equidem fides sancta fructus Spiritus sancti, rectè ab apostolo nūcupatur: & alibi. Fides donū Dei est.

*Miche. 5.*

*1. Reg. 17.*

*Dan. 4.*

*Luc. 1.*

*Rom. 10.*

*Act. 4.*

*Gal. 5.*

Annotationes

Sine hac nemo placere Deo potest, teste Apostolo. Et quia oportet addiscentem credere, iuxta Philosophi dogma, ideò vt homo ad perfectam Dei visionē venire queat, necessum est quòd credat Deo, tanquam discipulus magistro. *S. Thom. 2. 2. q. 2. ar. 3. q. 2. ar. 3.* Sed quid subnectunt? Nempè, signum celeste se vidisse indicant. Vidimus stellam eius in Oriente. Ecce immensa summi numinis pietas, quæ per ea plerumque homines vocat, quæ eis familiaria sunt. Petrum piscatorem, per multitudinem piscium, piscationem ad se traxit. Sic Magos qui astris dediti erant, per stellam asciiuit. Quandoquidem sicut foris sidus micans, & splendens, videbāt, ita intus diuinā illuminationem sentiebant. Oremus fratres, & totis medullis cordis precemur, vt internam illuminationem à domino suscipiamus, sine qua frustra prædicatio, frustra miraculum externè fit. Quod videre est in sacerdotibus & scribis, qui verba mellita Christi Iesu audientes, portenta stupenda ab illo patrata intuentes, nihilominus, in tenebris erroris sui perstiterunt. Nemo venit ad me, ait dominus, nisi pater meus traxerit eum. Tales fuere Magi, quos pater attraxit ad Christum. Venimus adorare eum: nam qui

In festo Epiphaniæ. 77

qui nuncium habet in coelo is rex celestis est, quem nedum nos, sed omnes terræ reges adorare debent. O nos foelices charissimi, si cum ijs regibus, eum adorare satagimus. Quærite Deum dùm inueniri potest, i. uocate eum dū propè est. Quærite faciem eius semper. Quærite nunc, vita comite, per speculum in ænigmate, quò post mortem eum regnantem adorare possitis facie ad faciem in coelo. *Esaiæ. 55.*

¶ Audiēs autem rex Herodes, turbatus est, & omnis hierosolyma eum illo. Audiuit fanè Herodes rumorem, qui ad eum prælatus est, vt de Niniuitarum rege legimus, vbi ciues Ionam prophetam concionantem audierunt, non autem rex. Sunt, ni fallor, rarò magnates & principes in sermone, vulgus autem ouanter ecclesiam visitat quotidie, tum vt rem sacrā audiat, tum vt verbo Dei frui valeat. Haud dubiè prædestinationis nostræ insigne hoc est, dicente domino. Qui ex Deo est, verba Dei audit, ideò vos nō auditis, quia ex Deo non estis. Gaudeant pij tam faustissimum nuncium audiētes oportet, at contra, qui contiones fugiunt comminationem hanc terribilē, instar fulguris coruscantis habentem, magnopere timeant. Cæterum, turbatur versutus rex, eò quòd

k 5 iam

*Tertiò.*

*Ioan. 8.*

Annotationes

iam pridē Christi nascituri famā horrebat; metuēs, nequādo regnū quod ipse possidebat, vt potē alienigena, deturbaretur, si tantus princeps ē Iudæorū stirpe extitisset. Siquidē callidus hostis nihil nisi terrenum regnū somniabat, ignarus Christi lōgē aliud genus regni inuohere, quod ad totū orbē, & animarū salutē pertinebat. Quem ergo nasciturū timebat, vbi natum audit plus trepidat, & eō magis exturbatus, sese miserē excruciat. Talis planē est superborum genius: talis & eorum infelix fors, vt solo timore diuexati, more somniantis magno sint labore affecti. Nec abs re turbatur tyrannus, nam scriptum est. Non est pax impijs, dicit dominus. Et rursus. Cor impij quasi mare feruens, quōd quiescere nō potest. Varia utiq; semper de Christo fuit opinio, nec omnibus amabilis est, & si totus desiderabilis sit, vti sponsa refert in Canticis. Nempē, sol voluptati est nobis, sed oculis ægris cruciatum ingerit. Sic Saluator quauis venerit peccatores saluos facere, non quidem placuit cunctis. Omnis qui malē agit odit lucem, & ad eam non venit, ne arguantur opera mala eius. Mirabile dictū, non modō improbus rex alienigena turbatur, & liuore & ira accenditur, sed omnis hierosolyma

simul

In festo Epiphaniæ.

78

simul perturbationem patitur. Ecce vnde gaudere hebræos oportebat: quia nihil magis in votis eis erat, quā videre Messiam, tot retro seculis desideratum, inde moestitia afficiuntur. Nimirum scitē sapiens dixit. Qualis rector ciuitatis, tales inhabitantes in ea. Atqui, Herodem pessima ambitio, & regnandi cupiditas, nedū turbauit, sed prorsus perdidit. Ea est pestis quæ luciferū ē cælo deiecit, ipsa quæ innocentem Abellam interfecit, Dathan & Abiron comminuit. Hæc Absalon decepit, vt patrē suū David de eo tam bene meritum persequeretur. Hæc denique immanissima bellua Pilato suavit, vt filium Dei crucifigeret. Et vt semel dicam, ambitio magnanimitati inimica ei opponitur, tanquā inordinatum ordinato. Ambitio inordinatum habet appetitū honoris, magnanimitas verō circa honores versatur, vtitur tamen eis sicut oportet. Sanct. Thom. 2. 2. q. 131. art. 2. Vos autem fratres mecum altius expendite. Quid erit tribunal iudicantis, quando superbos reges cuna terreat infantis? Hæc Diuus Augustinus satis pulchrē. Cōsciū itaq; crucētus rex suæ tyrannidis, suæque crudelitatis in Iudæos, quos ferē triginta annis gubernarat: meritō stupet & conturbatur.

Necnon

Ioan. 19.

Esai. 48.

Esai. 57.

Ioan. 12.

Eccle. 10.

Gene. 4.

Num. 16.

2. Re. 15.

Ioan. 19.

S. Th. 2. 2.

q. 131. ar.

2.

Annotationes

nec non & hebræi, assentatores, & adulatores, eo turbato, valde commouentur. Quasi malēt tyranni seueritatem pati, quā quicquam periculi pro nomine regis sui nati subire. Vtinam huiusmodi homines non haberet mundus, quippe qui, malunt durissima quęque ferre sub Satana, quā modicū quid dispendij pro Christo perferre. Cuius proculdubio iugum suaue nimis est, & onus satis leue.

*Nota.*

*Matth. 11.*

*Quarto.*

¶ Quarto mirabile est, quanta sollicitudine Herodes vesanus sacerdotes, & scribas accersat, sciscitans ab ipsis vbi Christus sit natus. Pudet me profecto fratres, solertiā improborum erga mala patrandā enarrare, & nostram pigritiam intueri. Sanē verissima & irrefragabilis extat sententia, ex ore Saluatoris profecta, quę vehemēter corda nostra stimulat. Prudentiores sunt filij huius seculi in generatione sua, filijs lucis. Quis hęc audiens vel cogitatione non stupefeat?

*Luce. 16.*

*Nota.*

Scelerati homines vt mūdo placeant, & demoni inserviant, aliquando maiorem adhibent diligentiam, quā filij lucis in ijs quę ad æternam ducunt beatitudinem. Diligenter Herodes rogat legis peritos, de Iesu nato, non vt adoret, sed vt eum extingat, totus ardens in exitium sacerrimi pueri. Verū quia

In festo Epiphanię. 79

quia non est sapientia neque consiliū, aut prudentia contra dominum, eam ob rē sic diuina sapientia affectus, & molitiones iniqui regis tēperauit, vt piorum simplicitas, & improborum vesania, vndiq; Christi gloriam illustraret. Nec aliam ob causam sidus irradians eos ad tempus destituerat, nisi vt Magorum percontatio famam Iesu nati diulgaret, & hebræos stertentes excitaret. En alienigena ex scripturis sacris quę ad eū non pertinebant, nec eis credebant natiuitatem Messię scire molitur. Cui hæretici similes sunt, qui adulterantes prophetarum, & apostolorum oracula, suos errores confirmare nituntur. Sic nonnulli nihil aliud venantur ex sacra pagina, nisi, quod malitiam suam, vel aliquo pretextu dissimulare, aut occultare queant. Hic admonemur fideles à quibus sciscitandum sit de Christo, & quorum sit de hoc rationem dare. Dicente Malachia. Labia sacerdotum custodiunt scientiam, & legem ex ore eius exquirēt. Et subinde horum ratio additur. Quia angelus domini exercituum est. Enim verò si sacerdotes ignorantia laborant, & mysteriorum regni Dei ignari sint, quis rude vulgus docebit? Bone Iesu, quantā hac nostra tempestate videmus commutationem. Sanē quorū erat

*Prob. 21.*

*Malachi. 2.*



Annotationes

erat populum docere, eos sui officij pudet, ac poenitet, & quod plus insolentiae est, cum nihil quidam didicerint, alios docere non erubescunt. Iamque ecclesiae sanctae praeficiuntur, qui ad aratrum vix essent digni. Ceterum observatione dignissimum reor, quod Herodes, & sacerdotes, necnon & Magi sollicitè Christum quaerunt, non autem pari affectu. Herodes versutus, tanquam hypocritae, externè Salvatorem quaerunt, tamen nihil prodest hoc, nisi internè eum quis quaerant, apostolo dicente. Si linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum velut es sonans, aut cymbalum tinniens. Et in Esaia. Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe est à me. Scribae & sacerdotes in scripturis Christum quaerunt, & satis sibi fore putant, si depictum eum inveniunt. Qui non absimiles sunt literis candidatis, qui dicentes se esse sapientes, stulti efficiuntur, nil nisi questum, aut honorem in literarum studio vendicantes. At vereor ne ijs contingat quod

Nota.

1. Cor. 13

Esa. 29.

2. Re. 11.

Figura.

git,

In festo Epiphaniae. 80

git, ubi ex Michæa testimoniam desumpserunt, ut Herodis interrogationi facerent satis. Mendaces ad se, veraces contra se illi fuerunt, ut perbellè Divus Augustinus ait. Magi autem corde & ore Salvatorè exquirunt, quam ob rem soli illi adorare ipsum meruerunt. Nonne Herodis haeres est qui veritatè oppugnat? qui sacramenta indignè recipit? qui denique pauperes opprimit? Dicente Christo. Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Imò tales Christum Iesum rursus crucifigunt. Non obsecro hos imitemur nos, sed potius Magorum vestigia, & fidem feruidam sectantes, Iesum sine lucomendacij requiramus, eumque ut par est adoremus, toto & corde diligamus.

S. August.

1. Cor. 11.

Matt. 25.

¶ Quintò, mirabilis Magorum pia simplicitas, audito quidem à rege quòd in Bethleem Christus nasceretur, statim contendunt eò ire. Et ecce stella rursus apparuit eis, relicto Herode. Tunc eam videntes gavisissimi sunt gaudio magno valde. O si exemplò renunciaremus huic mundo qui in maligno positus est, si confestim relicto diabolo Christum quærentes, visibilia cuncta posthaberemus. Proculdubio stella caelica nos illuminaret, & pectora nostra igne sui amoris Christi inflamaret. O quâto gaudio, quo

Quintò.

iubilo

Annotationes

*Galat. 5.* iubilo affecti subinde essemus. Fructus autē spiritus, charitas, pax, gaudium. Nempè, si terrenam & temporariam lætitiā, ac fugacem consolationem abdicaremus, cœlestē gaudium nobis extēplō adesset. Renuit consolari anima mea, & memor fui Dei, & consolatus sum, & exercitatus sum, & defecit spiritus meus. Fœlix qui cū Davide verba hæc dicere potest. Ecce qualiter Deus probat suos aliquando auferens ab eis spiritale solamen, vt desiderio feruentiores sint, necnon diligentiores, ne denuò gratiam susceptam amittant. Quin aliquādo tentationē mittit quò in humilitate permaneamus, & nos peccatores agnoscamus. Quid plura? Tam est potens gratia Dei, vt in vinculis, & scilenti carcere, gaudio mirabili exhilarati pij aduersa quęque perferant. Vnde in *Acto. 5.* Actis memoriæ proditum est. Ibant apostoli gaudentes à conspectu concilij quoniam digni habiti sunt, pro nomine Iesu contumeliā pati. Præterea, quòd hæc stella alia fuerit ab ijs quæ in cœlo apparent, latius probat Beatus Basilius, Ser. De natiuitate Christi. Equidem aliæ semper mouentur, hæc verò moras trahebat, Magos expectans, & eos ducebat ad Bethleem vsq; . Sic Augustinus cōtra Faustum. Stella quæ Magis apparuit, non

In festo Epiphaniæ. 81  
non fuit vna cœlestium stellarum, sed nouo virginis partu, nouū sidus apparuit. Mouebatur quidē non vt cæterę ab occidente in orientem, sed à septētrione in meridiem. S. Thom. 3. par. q. 36. ar. 7. Ego quidē, vt verū fatear, ea opinio plus mihi arridet, quæ asserit, stellam hanc eundem angelum fore, qui pastoribus Messiam natum nunciauit. Et ideò eos duxit ad Bethleem, & stetit suprā vbi erat puer, perinde ac digito indicans locum, in quo alma mater cum puero Iesu erat.

¶ Intranses domum, inuenerunt puerum cum matre eius: & procidentes adorauerunt eum. Qui lumen æternum filium Dei quærebant, velamine nostræ carnis indutum, non poterant non inuenire quem ardenti affectu, sinceraque fide, summo opere cernere affectabant. Enimuerò qui per prophetam clamat. Non quærentibus me apparui, quū fieri potest, vt in tam longo itinere laborantibus præsentiam suam abscondat? Nonne hi sunt de quibus Esaias vates egregius dixerat. Ambulabunt gentes in lumine tuo, & reges in splendore ortus tui? Equidem vt sol suis radijs, omnibus pulchritudinem suā palam facit, nisi cæcutiant, & oculos claudant. Sic qui lux mundi est,

S. Th. 3. p. 9. 36.

Sexto.

Esaiæ. 60.

1 domi-

Annotationes

Nota.

dominus & Saluator noster, cunctis præ-  
uium sese offert. Sed vt in Magis his fides  
feruens charitate exardenscens, gentium  
in Christum credentium lucidius, quasi in  
quodam prælagio appareat, eam ob rem è  
longinquo venientes, procidunt ante cuna-  
bula pueri sacerrimi, candido corde eū ado-  
rantes. O nimirum infœlices Iudæi, qui ceu ar-  
cã Noe fabricãtes, alijs vbi euaderēt præsti-  
tissis, vos autē diluio infidelitatis demersi  
in profundū inferni descēdistis. Nō sordidū  
& abiectū palatiū noui regis scandalo eis  
fuit, nã qui cœlestē regē quæritabāt, tēpora-  
rijs diuitijs affluentē nullatenus videre cu-  
piebant. O mira fidei synceritas, & pietatis  
deuotio, nil commouentur Magi rebus visi-  
bilibus, ingrediūtur domum & reperiūt in-  
fantem, & benedictam matrem, nihil magni-  
ficum præ se ferentes. Imò paupertatem &  
simplicitatem tota supellex testabatur. Ipsi  
videntes admirati sunt, commoti sunt, tre-  
mor apprehendit eos. Vbi vident cœlorū  
principem ob hominum amorem in tã ma-  
gna inopia versari. Proni in terra adoraue-  
runt Deum filij Israel, audientes quòd dñs  
respexisset afflictionē eorū. Nec nō viginti  
quatuor seniores in cœlo, procidentes ante  
thronum Dei. Et agni, dominum gloriæ  
ado-

Psal. 47.

Exo. 4.

Apoc. 4.

In festo Epiphaniæ.

82

adorāt, teste Ioāne. Eit sanè cultus exterior  
insigne animi deuoti, & protestatio quædã  
internæ fidei. Prosternimus & nos, agnosce-  
tes nos esse nihil ex nobis, quã puluerē. Sur-  
gimus profitentes, quòd ex Dei gratia sa-  
lus nostra dimanat. Nec hac pietate cõtētī,  
depromūt ex thesauris suis destinata, & my-  
stica munera ex hisce rebus, quarū prouen-  
tu, regio Persarū præcipuè diues erat, aurū,  
thus, & myrrham, ne viaticum deesset mox  
in Ægyptum fugituro. Ecce veluti per æni-  
gma trinitatem ineffabilem profitentur, pã-  
tris, & filij, & spiritus sancti, simulque in v-  
no homine, mortalitatem, sacerdotium, &  
regnum agnoscentes. Equidem Diuo Basi-  
lio contestante, aurum regi conuenit, thus  
sacerdoti, myrrha morituro. Natus est mor-  
talis, sacrificat in altari crucis, vicit resur-  
gens, regnat ad dexterã patris in cœlo. Hoc  
ni fallor, est agnoscere Deū, eum amare, lau-  
dare incessanter, nos ipsos illicõsecrare, om-  
nia illi accepta ferre. Sacrificiū laudis hono-  
rificabit, & illic iter quo ostēdam illi saluta-  
re Dei. Offeram⁹ & nos sacrificiū laudis per  
ipsum, clamat apostol⁹. Subleuem⁹ eleemo-  
sinis pauperes, vt cū defecerimus recipiant  
nos in æterna tabernacula. Videbim⁹ Deū  
facie ad faciē, quē vidētes amabimus, aman-

Nota.

S. Basilus.

Psal. 115.

Annotationes

tes indeffessè laudabimus. Hoc erit in fine fine cum angelis iubilantes, quod nobis quamprimum contingat. Amen.

**I** N OCTAVA EPIPHANIE, de baptismo Christi Iesu annotationes.

Annot. 1.



Primò, in hoc mirabili festo adnotandū est, quòd humilitatis magister Christus, nedum in circumcissione sese humiliavit, peccatorum medicamen non respuens, qui delere totius mundi peccata venerat, sed ad Iordanem pergens, à Ioanne baptismum efflagitat. O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. Quis obsecro hunc filium Dei credidisset, qui corà Ioâne prostratus baptismum petit, vti ceteri homines? Quis, inquã, Saluatorẽ mudi existimaret eum, qui ceu peccator pœnitentiæ baptismum deposcit? quibus omnibus facilè vno verbo dominus facit satis, dicẽs illud Esaiæ. Non sunt viæ meæ sicut viæ vestræ. Sicut exaltantur coeli à terra, sic exaltatæ sunt viæ meæ à vijs vestris. Sanè lucifer perperam beatitudinem

Nota.

Esaiæ. 55.

In baptismo Christi. 83

nem optans, regia via non est aggressus quod cupiebat. Quas ob res miserè deiectus in barathrū missus est. Adamus ob insolentiam suam insignem cecidit, & huiusmodi sunt hominum viæ præposterè se habentes. At contrà Saluator, alteram ostendit viam, qua ad coelestem gloriã itur. Hæc via humilitas vera est, per quam ipse conscendit ad summa. De qua via apostolū audiamus. Qui cū in forma Dei esset, non rapinā arbitratus est, esse se æqualẽ Deo: sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens. Ecce. Propter quod Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen, super omne nomẽ. Ecce fratres via coeli, sequimini eam, alioqui in Scilam & Caribdim incidetis, domino clamante. Omnis qui se exaltat humiliabitur, & contrà. Omnis qui se humiliat exaltabitur. Vbi Sanctus Augustinus. Magnū miraculum fratres charissimi: humiliaste, Deus venit ad te, exaltaste, Deus fugit à te. Quare hoc? Quia dominus excelsus humilia respicit, & alta à longè cognoscit. Humilia respicit, vt exaltet, alta cognoscit vt deprimat. Quod videre est tum in lucifero, quem Deus optimus profligauit quoniam erexit se, tum etiam in alma Dei genitrice, quippe quam super omnes

Genes. 3.

Philip. 2.

Luce. 14.  
S. August.

## Annotationes

*Luce. 1.*

*Humilitas.*

*S. Th. 2. 2.*

*q. 161. ar-  
tic. 5.*

*Secundò.*

*Matth. 3.*

angelos. Deus euexit, ob mirabilem suam humilitatem. Idque in suo cantico, ore suo sacro deprompsit. Quia respexit humilitatem ancillæ suæ, inquit, ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Perinde dicat. O filij Adæ, si scire cupitis quod sit iter regni, quo coeli aditum inuenire valeatis, humilitas ipsa est, quæ tam est pulchra gemma, ut summi numinis oculos rapiat, allegetque. Quin & Deus optimus, tam est humilitatis amator, ut superbis potenter obstat, humilibus verò fusius det suam gratiam. Quomodo præcipuè Saluator hanc virtutem, tum verbo, tum tot exemplis orthodoxis cunctis commendat: quia remouet impedimentum salutis nostræ, exteriorum & terrenam celsitudinem auferens, laetius probat. Sanct. Thom. 2. 2. q. 161. art. 5. En ratio qua potissimè commotus Saluator noster ad baptismum venit. Equidè ut supercilium nostrum auferat, & petulantiam retundens, humilitatis margaritam cordibus nostris insculpat.

¶ Secundo, tota animi attentione considerare oportet, quod Matthæus de Christo narrat, Sanè hodierna lectio sic habet. Venit Iesus à Galilæa in Iordanem ad Ioannem, ut baptizaretur ab eo. Tempus aderat, ut qui iam tri-

## In baptismo Christi. 84

ginta annos nactus esset, Galilæa in qua latuerat relinqueret, patris negotiū acturus. Imò maternam Nazareth, matremque suam benedictam Mariam deserens, ad Iordanem lubens deuenit, vbi confertissimam turbam è diuersis Iudææ regionibus conflatam, testem haberet, eorum quæ dicerentur & audirentur. Nec mirum si maternam ciuitatem suam in qua conceptus est, deseruerit, qui ut in mundum veniret ex sinu patris descendit, ipso dicente. Exiui à patre & veni in mundum. Ecce quàm nos dilexit filius Dei, qui quæ ut alter Ioseph, à patre missus inuisere fratres suos dignatus est. Cum quo Saluator noster clamabat, quandiu in hoc calamitoso mundo vixit. Fratres meos quero. Quis adeo saxei cordis est? aut quis tam stupidus, cuius præcordia non verba isthæc amoris, igne ardentia, non prorsus inflament? Fratres meos quero, ait, dominus. Nō eorum diuitias, honoresve, nō quæ eorū sunt bona fugacia, sed illorū animas ex ore Satanæ cruenti eruere cupio, & eas in cælo beare summopere contendo. Quod si seruus eius spiritu Dei afflatus, aiebat. Non quero quæ vestra sunt sed vos: quātò magis dñs omniū Christus, eadē verba sæpenuerò dicebat? Quid plura? ipse multis antefeculis, affectum magnū quē

*Ioan. 16.*

*Genes. 37.*

*Nota.*

*2. Cor. 11.*

Annotationes

*Jerem. 12.* erga nos habebat indicabit. Reliqui domū meam, ait, & dimisi hæreditatem meam. Et dedi dilectā animā meam in manus inimicorum meorū. Ecce fratres quāta Saluator noster mala & incōmoda pro nobis pertulit. O nos miseros, si tam insignem gratiam negligamus. Nedūm domum, & hæreditatem posthabuit, vt nos eadem, amore illius illēcti, faciamus, nihil ipēdētes fallaces diuitias, sed vitam suam dilectam, in manus inimicorum dedit, in cruce moriens, quò mortē nostram profligaret, aditūq; regni cœlorū nobis aperiret. Venit itaque Iesus à Galilæa ad Iordanem. Non ad mare, quanuis in eo populus ille Irrael baptizati fuerint, teste Paulo, id est, typus baptismi in mari rubro præcessit. Sed ad Iordanem eum oportebat venire, & in eo baptizari: quoniam per hunc fluuium hebræi transierunt, vt terram fluentem lacte & melle, diū desideratam possiderēt. Et hoc habet baptismus omnium maximè, quòd aperit ianuam cœli rite baptizatis. Itaque, mare rubrum, vmbra habuit baptismi, in quantum baptismi virtus delet peccata; Iordanis figurā eius gessit, in hoc q̄ traducit baptizatos in terrā viuentiū, hoc est, ad cœleste regnū. Quin Saluator ipse hoc iter oībus ostēdēs, ait, Nisi q̄s renā

*Nota.*

*S. Th. 3. p. q. 38. ar. 4.*

In baptismo Christi. 85

renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, nō potest introire in regnum cœlorum. Quid, quòd Helias recipiendus, & curru igneo in cœlum vehendus, hunc Iordanem transiuit, eumq̄ue virtute summi numinis diuisit? Quod, nisi fallor, hoc mysterium præfagiebat. Sed iam vel cursim, quorsum adiit Iordanem explicemus. Verūm vt baptizaretur à Ioanne adiit, sic nuper nobis narrauit Matthæus. Siquidem maximè id conueniebat, vt Sanctus Ambrosius asserit, vt caro Christi mundissima aquas mūdaret, ac sanctificaret, quibus nos in sancto baptismo abluti, niue candidiores efficeremur. Sub hæc, teste Augustino, Saluator mundi baptismum accepit, quo ne utiquam opus habebat, volens opere implere, quod faciendum cunctis imperauit. Et hæc sanè est omnis iustitia, vt quod alijs facere cupimus, ipsi pro nostra virili patrare conemur. Ne forsitan similes simus illis, qui dicunt & non faciūt. Quippè quos meritò exprobrat Christus. *S. Thom. 3. p. q. 39. ar. 1.* Sunt & quamplurimæ rationes ob quas dominus à Ioanne baptismum accipere instituit, de quibus satis superq̄ue theologi in quarto sententiarum pertractant. Itaque suo baptismo qui erat in spiritu noluit baptizari, eò quòd à principio

*Ioan. 3.*

*4. Reg. 2.*

*S. Ambro.*

*S. Augus.*

*4. d. 2. theologi.*

**Ioan. 1.** cípio conceptionis suæ gratia Spiritus sancti plenus erat. De cuius plenitudine omnes accepimus gratiam pro gratia. Elegit autem baptismum Ioannis, quippe qui solummodo aqua fiebat, nec suapte natura peccata abolebat. Vnde ipse clamabat, ne quis deceptus euaderet. Ego baptizo vos in aqua, Messias vero baptizabit vos Spiritu sancto, & igni. Neque ideo frustraneus fuit baptismus Ioannis, qui baptismus pœnitentiæ rite vocatur. Nempè, alliciebat Hebræos ad pœnitentiam, ut dignè suscipere Christum, qui inter eos versabatur. Nec non ad verum Christi baptismum homines erudiebat, assuefaciebatque. Baptismi verò Phariseorum inanes erant, & nihil commodi præferrebant, ut potè ad corporis mundiciem ordinati, quam ob causam à domino taxantur. At baptismus Ioannis ad spiritalem candorem disponebat, homines ad pœnitentiam alliciens. **Magister. 4. d. 2.** & de baptismo Ioannis hætenus. Nunc sacrum prosequamur euangelium, continet nimirum arcana plurima.

**Tertio. Matth. 3.** ¶ Ioannes prohibebat eum dicens. Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me? Haud dubiè admirabilem probitatem, ipsis oculis,

illis, totoque vultu, & incessu sese exerentem. Ioannes animaduertens Iesum, excusat pro posterum officium, nullo interim elogio dignitatem illius honorans. Tantum, inquit, par erat, ut ego qui tuis virtutibus longè inferior sum, abs te baptismum suscipere. Demiratus enim verba illa deprompsit, perinde diceret. Vnde factum est, ut te ipsum usque adeò dimittas domine, & à me tingi postules quum angelicis spiritibus purior, & candidior ipse sis? Quin & tu candor est lucis æternæ, speculum sine macula, & imago bonitatis illius. Nimirum Ioannes plusquam Propheta, par angelis, adhuc ex utero matris suæ Spiritu sancto fuit plenus, dicente Gabriele. Et replebitur Spiritu sancto, adhuc ex utero matris suæ. **Lucæ. 1.** Mirares qui sanctificatus fuerat antequam natus, & sole ipso pulchrior, atque candidior, is coram Christo Dei filio, ita sese deicit, ut ab illo ablui rursus indigeat. Equidem astranoctu perbellè corruscant, & in terram radios suos mittunt. Nihil osetius sole emicante, omnium siderum lucē obnubilat. Ad eandē imaginē mirabilis Christi Iesu claritas, angelorū & sanctorū lux evanescit, eo quo ab ipso, ceu à fonte quæuis sanctitas & munditia dimanat. Exacte loquutus est diuus

*Nota.*

*Sapient.*

*Lucæ. 1.*

Annotationes

dius Ioannes. Domine ego debeo à te baptizari, & tu venis ad me? Singularem emphasim singula verba continent. O verè pia & noua concertatio, Saluator ex humilitate baptismum flagitat à Ioanne, Ioannes vicissim ex eadem causa renuebat, insignem innocentiam Saluatoris gnoscens. Pròh dolor, quàm præposterè nos habemus, dissidia excitantes, & toto nisu cõtendentes, de vanitate, vt superiores, meliores, doctiores, potentioresque alijs videamur, Hinc tot homicidia, odia, detractiones, & propèmodum innumera scaturiunt mala. Quasi dominus non dixerit apostolis. Amē dico vobis, nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnū coelorum. Et subinde intulit. Quicumque humiliauerit se sicut paruulus iste, hic maior est in regno coelorum. Breui ac pulchrò schemate, petulantiam eorum, atque nostram, rex noster prostrauit, ne posthac, quis ceruicem audeat erigere. Obseruemus charissimi Pauli salubre dogma. Nihil per contentionem, aut inanem gloriam in vobis fiat. Sed per humilitatem vnusquisque alium superiorem se arbitretur. Quomodo id fieri possit sine mendacio, & præiudicio humilitatis, docet doctor sanctus per pulchrè.

Nota.

Matth. 18.

Phil. 2.

Nota.

In baptismo Christi. 87

chrè. Nam potest aliquis reputare aliquid boni esse in proximo, quod ipse non habet. Et contrà, poterit existimare aliquid mali in se fore, quod in alio non est, ex quo se potest ei subijcere per humilitatem. 2. 2. q. 161 ar. 3. Ecce quid Paulus admonere vult, dum ait. In humilitate superiores inuicem arbitantes. Cæterum ex humilitate Baptistæ sanctificati discant fideles qua reuerentia, & tremore oporteat eos ad sanctum altare accedere, & sacrosanctum corpus Christi, & sanguinem in hospiciolum pectoris sui excipere. Vêh eis qui temerè id faciunt, iudicium sibi manducantes & bibentes, ceu Paulus contestatur. Quid autem humilis magister Iesus respondeat humili præcursori, attentius nunc audiamus.

¶ Sine modo, ait Saluator, sic enim decet nos adimplere omnem iustitiam. Adhuc instat dominus, & iterum rogat Ioannem, vt velit eum baptizare. Vbi Sanctus Bernardus. Magna vtrinque humilitas, sed nulla comparatio. Quomodo non humiliaretur homo, coràm humili Deo? Timebat fanè præcursor qui videns Iesum venientem ad se exclamauerat. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Verè agnus, verè humilis, verè mansuetus, qui tanquàm agnus coram

S. Th. 2. 2.

q. 161. ar.

3.

Quartò.

S. Ber. ser. de Epipha.

Ioan. 1.



## Annotationes

coram Iudice Pilato obmutescet, nec aperiet os, ut sese defendat. Tremunt Ioannes & merito stupet attingere sanctum caput angelis adorandum, reuerendum potestatibus, principatibus timendum. Ne ergo paeat, sed vltro obediat, blandè eum alloquitur. Sine modo, sic decet nos adimplere om-

**S. Hiero.** nem iustitiam. Vnde beatus Hieronymus inquit. Pulchrè Saluator dixit. Sine modo, ut ostenderet, Christum in aqua à Ioanne, & Ioannem à Christo, in spiritu baptizandū. Sanè Ioannes ab originali labe mūdus erat ab utero parentis suæ, tamē effectus quodāmodo manebat peccati originalis in illo, eo quo ianna regni cœlestis haud referata fuerat, donec Christus in cruce exhalaret animā. Quā ob causam, omnes sancti in limbū Abrahæ descēdebant. Serio ergo præcursor clamauit. Ego debeo baptizari à te, & tu venis ad me? Beatus Chryso. testatur, Ioannē fuisse baptizatū à Christo in aqua, antequā gladio percussus in carcere obiret. Quod planè fieri potuit, tametsi euangelistæ id taceāt. Sine modo, hoc est, te latet quā ob rem hoc facio. Alludit ad illud, quod Petro dixit. Quod ego facio tu nescis modo, scies autē postea. Sine modo, nā qui totius mundi peccata recepi, quatenus pro eis poenas luā, pro

## In baptismo Christi. 88

pro illis necessum est, baptizari, lugere, pati, & tandem mori. Nonne serui formam assumpsi? Ius erit, ut serui formam, & officiū *Phil. 2.* expleam. Non utique veni ministrari sed ministrare, & dare animam meam pro multis. Mira res, omnem iustitiam Christus absoluit, & impleuit, onera legis in se suscipiens. Equidem onus legis adeo ferreum *Acto. 15.* & graue erat, ut nec Petrus, neque patres antiqui illud portare potuissent, teste ipso ecclesiæ principe. Adhæc, quid est, impleatur omnis iustitia? Impleatur omnis humilitas, ait diuus Augustinus. tracta. 4. *S. August.* in Ioannem, an non erat baptizandus à bo *tracta. 4. in* no seruo, qui passionem suscepit à malis *Ioann.* seruis? Animaduertite fratres. Si quis morigerum se præstet maiori, primum gradum iustitiæ, & humilitatis attigit, qui vero equali se subdit, secundum adeptus est gradum. At qui inferiori obedit, is omnem iustitiam adimpleuit. Quid superbis homo terra, & cinis? Quid cœlitas erigis? ecce rex cœlestis *Ecele. 10.* seruo suo Ioanni morem gerit, ab illo baptisma efflagitās. Hinc prælati & prædicatores *Prælati.* dogma saluberrimū sumāt, omnem iustitiā implentes. Etenim qui docet omnes, & qui perfecta docet, eū nō oportet committere, ut aliqua vel minima iniustitiæ species in ipsius

Annotationes

ipsius moribus hereat. Vos fratres obsecro agite, & quam primum Saluatoris vestigia pro vestra virili sectamini. Implete omnem iustitiam, omnis iustitia ea est, quæ in adimplendis mandatis Dei exercetur, humilitate seruata. Quando quidem tota malitia est, cum quis impius sit, bonum se fore fingat, peccatum suum pertinaciter defendat. Verum ad nos verba hæc vel maximè attinēt, sic decet nos adimplere omnem iustitiam. Nec fat est, vnum, duo, vel vndecim præcepta seruare, nisi omnia simul adimpleat orthodoxus. Dicente Iacobo. Qui peccauerit in vno, factus est omnium reus, id est, sese disposuit gratia Dei deficientē, vt in omnia delicta labascatur. Nihil vtilius charissimi, nihil inquam, sacratius, quam in ijs verbis Christi Iesu Philosophari, in eis vera sapiētia latet, & cognitio summi Dei est sita. Cæterum Ioannes dimisit eum, hoc est, voluntati eius amplius non oblectatus est. Erat quidem Spiritu sancto plenus, & verè humilis. At Petrus non ita, sed ceuiusurando confirmavit, quod semel dixerat in cœna. Non laua- bis mihi pedes in æternum ait. Acquieuit ergo Ioannes, lauit agnum Dei, iubarē ipso pulchriorem, & candidiorem. Imò aquas Saluator sacrauit, vt nos in sacro baptismo abluc-

*Iacob. 2.*

*Ioan. 13.*

In baptismo Christi. 89

abluerent, & niue nitidiores redderent, vt probè testatur Sanctus Bernardus. Planè pertinaciter resistere nõ humilitatis, sed superbiæ symbolū est. Vnde experimēto apparet, quòd qui cõtrà obedientiã dignitatē fugit, cõtrà eandē obedientiã dignitatem affectet, queratq; . Quod, ni fallor, in populo Israel conspicuū est; cui præcepit dñs arma tollere, & cū barbaris præliari, vt terrã promissam possiderēt, tamē noluerūt. Deinde cõtrà præceptū certare cupientes, ab aduersarijs prostrati sunt. En iniqua volūtas qua animaduersione plectitur. Quod denique Matthæus inquit. Baptizatus Iesus, confestim ascēdit de aqua, ideò dictū est, vt in nobis agnoscamus virtutē mirabilē baptismi. Nihil horū Christus egit propter se, vt paulò superius meminim⁹, sed propter electos. Ascēdit subinde à Iordane, ceu alacris, & lætitia ingēti affectus, vt nos de baptismo iubilātes surgamus, in quo sepulti sumus cū illo, & Pharao, atq; eius cunei submersi pereūt. Dētes tui sicut greges tonsarum, quæ ascēderunt de lauacro, omnes gemellis foetibus. Velus onerosum quod mentē nostram aggrauat, peccatū originale, & actuale est, de quo Dauid. Sicut onus graue grauatae sunt super me iniquitates. Dicamus igitur

*S. Ber. ser. 2. Epipha.*

*Nu. 14. & Deut. 1.*

*Cant. 5.*

*Psal. 37.*

m quot-

## Annotationes

**Can. 6.** quotquot baptizati sumus. Spoliaui me tunica mea, quomodo induar illa? O tunicam miserā, nō bysinā sed æneā, qua induti, filij diaboli eramus. Omnes, ait Apostolus, nascimur filij iræ. Atqui in baptismo filij Dei efficiamur, non natura, sed summi numinis gratia. Exeamus confestim letabundi, cor nostrum & caro exultent in Deum viuum oportet, cum Apostolo dicentes. Eorū quæ retro sunt obliuiscens, ad ea quæ anteriora sunt, me ipsum extendens. Hæc omnia inuit festina Christi Iesu ex aqua ascensio.

**Phil. 3.** ¶ Sub hæc, annotatione dignum est, quod sequitur in Matthæo. Et ecce aperti sunt coeli ei, & vidit spiritū Dei descendentē, sicut columbā, & venientē super se. Iure optimo admiratione raptus, apertionē cœlorū nobis recolit euāgelista dicēs. Ecce, perinde atq; inauditū, & nouū recenseat. Clausum erat cunctis cœlū ob primi parentis noxā, & Cherubin gladium igneum versatilē habuit, ad custodiendam viam ligni vitæ. At filio Dei aduentate, lachrymis, & sanguine suo sacro gladium flammeum extinxit, & prorsus confregit, regni cœlestis viā cūctis fidelibus palā faciens. Alioqui latroni nō diceret. Hodie mecū eris in paradiso. Aperiūtur igitur cœli, primò vt virtutem baptismi

certo

## In baptismo Christi. 90

certo certius sciamus, haud terrenam sed cœlestē fore. Deinde ita gestū est, vt agnoscamus quod per fidē cœlestia aspiciamus, & ea quæ abdita sunt, & æterna rimamur credentes. Nisi credideritis non intelligetis. Tertio, tandem sancti baptismi efficacia indicatur, quæ tā est excellēs, vt cœlū quod tot retrò seculis ob peccatum erat clausum, iam per Christum nobis sit apertum. Unde meritò Sanctus Stephanus inter Saxonū fragorem clamauit. Ecce video cœlo saeptos, & Iesum stantem à dextris virtutis Dei. S. Thom. 3. p. quæst. 39. art. 5. Nec abs re Lucas dixit, quod Salvatore baptizato, & orante, cœlum apertum est. Siquidem post baptismum, in quo omnia abolentur peccata, oratione opus habemus, eò quod fomes peccati iam deleti adhuc in nobis manet. De quo cōquestus apostolus aiebat. Video aliā legem in mēbris meis, captiuantem me in legem peccati, quæ est in membris meis. In cuius typo Deus optimus noluit omnes aduersarios populi sui delere, sed quosdam reliquit in terra promissionis, ad illorum exercitium, & occasionem eis præbens diuinum implorandi auxilium. Ad eundem modum ne ipsi ocio torperemus, tum diabolum, et si iam victum, tum etiam

m 2      prauas

## Annotationes

prauas cupiditates nobis, post baptisma Deus dimisit. Eas ob res orationi instemus oportet, domino dicente. Vigilate & orate, ne intretis in tentationem: ac si dicat. Maxime vobis proficua erit tentatio, modo in certamine ingenuè pugnantes, orationi incessanter operantes, alioqui succumbatis necessum est. Cæterum, nedum modo Christo coeli sunt aperti, sed per eum nobis referati sunt. Quemadmodum rex pro aliquo petenti dicat, nō hoc beneficium illi do, sed tibi, id est, propterea exhibeo illi. Hęc Chrysostomus. Nempè, oratio Christi eò tendebat, vt hoc negotium seruandi genus humanū quod aggrediebatur, omnibus foelix ac faustum esset. Quid plura? statim in colūbæ specie Spiritus sanctus apparuit super Saluatorem, quo signo visibili Deus ostenderet plenitudinē gratiæ, quæ in Christo iā dudū erat. Nec est datus ei spiritus ad mensurā, nobis autē secundū mensurā donationis Christi impenditur. Imò ab illo, ceu à capite vnguentū gratiæ descēdit in barbā, id est, ad eos qui propius ex ore eius euangeliū acceperūt, & vsq; ad fimbriā vestimēti labitur, hoc est, vsq; ad infima Saluatoris mēbra donū gratiæ peruenit. Tūc sanè habere spiritū Christi indicam⁹, si eūtoto corde diligimus.

Collatio.

Psal. 132.

si

## In baptismo Christi. 91

si verè quæ mūdi sunt horremus, & mādata eius pro virili seruamus. Ecce quot testimonia testentur de cœlo, Christum esse filium Dei, & verū Messiam. Cœli ipsi referātur, & Spiritus sanctus signo corporali, apud tantam hominum multitudinem apparet super eum requiescens. Sed non min⁹ mirabile est quod in euangelio sequitur.

¶ Et ecce vox de cœlis facta est dicens. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complaceui. Obseruandum, quod Lucas & Marcus non nihil apertius hoc narrant. Tu es filius meus dilectus, in te complaceui mihi. Non quod ipse disceret quod nesciret, vt exactè diuus Augustinus ait. Sed vt omnes qui aderant agnoscerent eius dignitatem, & excellentiam, hoc dictum est. En testimoniū maius Ioāne, quod cœlestis pater filio suo vni-genæ præbet. Verè enim hic est, in quo nihil inuenitur quod patri displiceat, inquit Bernar. nā ipse ait. Quæ beneplacita sunt ei, facio semper. Ioā. 8. Profectò tacebat Christus hætenus ore, sed instruebat opere, & quod postea docuit verbo, iam clamabat exemplo. Discite à me quia mitis sum, & humilis corde. Nunc vero cum triginta esset annorum latere non potuit, qui tam manifestè demonstratur à patre. Præterea, nedū

Sexto.

Luc. 3.

S. Ber. ser.  
2. Epiph.

Matt. 11.

m 3

cœli

Annotationes

coeli aperiuntur, baptizato Christo, aut in colūbæ figura Spiritus sanctus super eū mā sit, sed patris vox è cœlo tonauit. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Ecce fratres mysterium totius Trinitatis, filius Dei factus homo, baptizatur, Spiritus sanctus per columbam apparet, vox patris è sursum insonat. Erat quidem baptisma Christi, nostri baptismi exēplar, & ideò hoc modo sancta Trias palā fieri debuit, in cuius virtute, & inuocatione omnes fideles baptizantur, domino dicente. Ite docentes omnes gētes, baptizātes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. S. August. lib. de fide, ad Petrū. Maximè ergo conueniens fuit, vt in baptismo Christi, sacræ Triadis mysterium ostenderetur. S. Tho. 3. p. q. 39. ar. 8. sub hęc, pater cœlestis, Christum filiū suum appellat, tum ob gratiam vnionis, tū propter gratiam particularis personæ, tum deniq; propter gratiā capitis. Sanè in Christo beneplacitum suum pater constituit, primò in gratiā vnionis, quando humanitas illa benedicta à verbo assumpta est, in vnitate personæ, vnde totius mundi salus, & redēptio emanauit. Hinc Saluator Nicodemo dixit. Sic Deus dilexit mundū, vt filiū suum vnigenitū daret: vt omnis qui credit in illū

non

In baptismo Christi.

92

non pereat, sed habeat vitam æternam. Placuit etiam patri filius eius, secundum gratiā particularis personæ, eò quòd nil peccati in eo inuenit vnquam. Vnde meritò ipse dicebat Iudeis. Quis ex vobis arguet me de peccato? quo audito omnes obmutuerunt. Tandem bene sibi complacuit pater cœlestis, secundum gratiam capitis in Christo existētem, nam per Christum omnes baptizati adoptionem filiorum accipiunt. Potestati dedit eis filios Dei fieri, ijs qui credunt in nomine eius. Eodem attinet illud Pauli. Gratificauit nos in dilecto filio suo. O nos beatos si ex ore tanti patris eadem verba audire mereamur. Ni fallor, vnicuique nostrū, si fide & charitate ei adheræmus, ipse ait. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Demus igitur operam fratres, ne degeneres filij tam præcellentis patris simus. Quin etiam, eum: toto diligamus pectore, & per omnia mandatis eius obtemperantes, non nostram sed illius voluntatem faciamus. Nam si filij, & hæredes, cohæredes autem Christi, cum quo foelices erimus in cœlo. Cui sit honor & gloria in secula. Amen.

IOAN. 8.

IOAN. 1.

m 4

PRO

Nota.

Matth. 28

S. Tb 3. p.

q. 39. ar. 8

IOAN. 3.

Annotationes

**¶** PRO CATHEDRA SAN-  
cti Petri habes euangelium expositum  
in festo eiusdem Apostoli, quod  
mense Junij celebra-  
tur.

**¶** IN FESTIVITATE SAN-  
ctorum martyrum, Fabiani &  
Sebastiani. Declamatio  
II.



**N**ON quibusuis fidelibus dictum  
est à Salvatore mundi, quod iu-  
re optimo praelatis & predicatoribus  
quondam ore suo dixerat.  
Vobis datū est, nosse mysterium regni Dei,  
hoc est, vobis qui mundi lux estis, & vulg<sup>o</sup> ru-  
de erudire debetis, mysteria cuncta coelestia  
lubēs palā faciā. Habēt aulę regū arcana sua  
quippē quę plebeis celātur, & ab aulę cōfor-  
tio alienis. Et ad eandē imaginē euāgelij re-  
gnū sua secreta cōtinet, non temerē cuius  
proferēda, sed ita probanda, & proponēda,  
vt ab ijs tantū cernātur, qui sunt aulę dome-  
stici,

Luc. 6.

In festo sancti Sebastiani. 93

tici, cæteris inuoluta parabolis. Etenim à do-  
mino sancitum fuit, & inuiolabili lege serua-  
tum, vt sacerdotes vasa templi circumuela-  
ta leuiticis traderent, quando tabernaculū  
mouebatur. Quo inuolucro datur intelligi,  
praelatos & verbi Dei concionatores, maxi-  
mē oportere secreta regni Dei scire, quorū  
ministerio incumbit plebem erudire. Quid  
quòd in nuptijs vbi Saluator manifestauit  
gloriam suam, ministri dūtaxat sciebant vn-  
de vinum illud optimum esset: quia ipsi hau-  
ferant illud? Hanc ob causam dominus ascē-  
dens in montem secum duxit duodecim a-  
postolos, plebs autem in campestribus mā-  
sit. Atqui dominus noster, vtpotē pius pa-  
rens, nullatenus obliuisci potest eorum quę  
se sincero corde diligunt, atq; eum fide in-  
fracta sequuntur. Eatenus placuit eius inef-  
fabili clementiæ, de acumine montis descē-  
dere, quò, tūm animas, tūm etiam corpora,  
descensum illius expectantium mirabili sua  
virtute sanaret. Quæ omnia difertē Lucas  
nobis in lectione euangelica recenset. Hęc,  
summo suffragante numine, exponere iam  
incipiamus. Est, ni fallor, sacrum euangeliū  
hoc, magnis refertum mysterijs.

Figura.

Num. 4.

Ioan. 2.

Euangeliū.

Luc. 6.

¶ Descendens Iesus de monte cum aposto-  
lis, stetit in loco campestri, & turba discipu-  
lorū

m 5

lorū

## Declamatio secunda

lorum eius, & multitudo copiosa plebis, ab omni Iudæa, & Hierusalem, & maritima, & Tyri, & Sidonis, qui venerant, vt audirent eum, & sanarentur à languoribus suis.

¶ Fas quidē erat, vt post delectum aposto-  
lorū, inter quos Iudas electus fuit, quippe  
qui temerē prodidit Iesum, quē sanē nō per  
imprudētiā ad apostolatū asciuit, sed  
per prouidentiam, quō huius exemplo, do-  
ceret omneis quā horrendū sit, munificen-  
tia & lenitate Saluatoris abuti. Vocatis ita-  
que duodecim, quos Lucas nominauit, vt le-  
gatos euāgelij in orbē mitteret vniuersum,  
par, inquam, erat, vt iam descenderet de mō-  
te, & veniret in planiciem multitudinis ca-  
pacem. Enimuerō quæ perfectissimam puri-  
tatē appetūt, in montis cacumine sunt ver-  
sanda, atque gerenda. In quibus primas te-  
net, deprecatio feruens, proximū verō locū  
delectus eorū, quibus dispēratio sacri sermo-  
nis credēda sit. Vnde signāter Lucas ait. A-  
derat turba discipulorū eius, necnō & copio-  
sa promiscui populi multitudo. Quorum  
nōnullos traxerat è lōgīnquo auiditas ser-  
monem euangelicum audiendi: & ob id sa-  
tis laude digni erant. Alios allecāuerat sani-  
tatis spes, quam in Christū habebant. Quā-  
ti sit faciēda sanitas sapiens palām facit.

Non

## In festo sancti Sebastiani. 94

Non est census, inquit, super censum salu-  
tis corporis. Nos ergo eorum vestigia secte-  
mur, qui salutem animæ quæritantes Salua-  
torem sequebantur, non vt corporis corru-  
ptioni obnoxij incolumitatē adipiscamur.  
Scriptum est. Corpus quod corrūpitur ag-  
grauat animam. Quin ingemiscens Paulus  
corporis sarcina prægrauatus, clamabat. In-  
fœlix homo, quis me liberabit à corpore  
mortis huius. Obseruandum, quōd probē  
tam hebræi quàm gentes, Christum audi-  
re cupiant: quia lapis angularis erat, vtrun-  
que parietem, id est, vtrumque populum, si-  
bi adglutinans. Ipse namque pax nostra  
est qui fecit vtraque vnum. Mira res, sa-  
tisque miranda: cultores idolorum, & Is-  
raelitas, quippe qui inuicem persequeban-  
tur, dolos & infidias inuicem parabant, ho-  
sce in vnitatem fidei & dilectionis, sua po-  
tenti virtute Saluator congregauit. Huc at-  
tinet quōd ore suo sacro ipse deprompse-  
rat. Alias oues habeo, quæ non sunt de hec-  
ouili, & illas oportet me adducere, & erit v-  
num ouile, & vnus pastor. En, natiuis co-  
loribus deliniata vnica sponsa, & sancta Ec-  
clesia Romana. Quæ planē vt vna colum-  
ba speciosa est, miris encomijs laudata.  
In Canticis: sic hæreticorum synagoga,  
& va-

Eccles. 30.

Sapient. 9.  
Roma. 7.

Eph. 2.

Ioan. 10.

Cant. 6.

## Annotationes

& variæ gentilium sectæ fun litûs dilabûtur, & execrabiles sunt. Ecce quàm pulchrè, ac consultè, tam hebraei, qui prope erant, quàm gentes quæ à longè morabantur, in campestribus locis, Christi Iesu descensum auidè expectant. Perinde atque vnum pastorem venerantes, & toto cordis affectu eum colètes. Nec de quibusuis morbis eos liberabat, sed quod plus admirationis affert: qui vexabantur à spiritibus immundis, eo iubente, sanabantur. Hoc Lucas recenset, veluti demiratus, quam ob rem vltimo loco mirabilia hæc collocavit. Ait enim.

*Text.* ¶ *Et qui vexabantur à spiritibus immundis curabantur. Et omnis turba quærebat eum tangere: quia virtus de illo exibat, et sanabat omnes.*

*Matt. 8.* ¶ Haud dubiè tam erat ineffabilis potestas Saluatoris, vt nullum morbi genus sibi foret incurabile. Quin & spiritus nequam subinde eius imperio auscultantes, fugiebant. Et clamantes aiebant. Quid nobis & tibi Iesu filii Dei benedicti? Venisti ante tēpus torquere nos. Enimuerò numen diuinum quodā in eo latère sentiebant, & ob hanc causam sic clamitabant. Demirabantur maiestatem Christi,

## In festo sancti Sebastiani. 95

sti, & quidem rectè, cuius verbo obedire cōpellebantur. Quòd verò immūdi spiritus appellati sint, in causa est, quòd prauas cogitationes mentibus suggerunt, quippe quæ vehementer animas fœdant, & abominabiles illas efficiunt, dum consensus adest. Alludit hoc ad illud. Cum spiritus immundus exierit ab homine, ambulat per loca arida & inaquosa, quærens requiem & non inuenit. Itaque: quia dæmones animi pulchritudinem & candorem adimunt, idcirco immundi meritò vocantur. Ij vexare homines pro sua virili contendunt, contrà quos diu notuq; decertant, liuore inuidiæ accensi, ne fortè cœlestem gloriam sibi vendicent, quàm illi fastu, & superbia turgidi, iure amiserunt. Hinc scriptum est. Inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarum. Vos charissimi dogma Petri ob oculos habentes, diabolo resistite fortes in fide. Fortis utique in fide, ille est, qui nedum credit in Christum, sed eum toto pectore diligit. Est sanè vita fidei & robur ipsa charitas, quæ, ni fallor, ociosa non est, sed magna operatur, dicente Paulo. Charitas patiens est, benigna est, charitas non agit perperam. Quid quòd charitas formam præbet actibus omnium virtutum, ordinans actus earum in vltimum finem.

S. Tho.

*Lucæ. 11.*

*Sapien. 2.*



Declamatio secunda

S. Th. 2. 2. q. 24. S. Thom. 2. 2. quæst. 24. art. 8. Cæterum virtus de Christo exhibat, & sanabat omnes, quas ob res volebant vel vestem eius omnes tangere. Mirabile dictu, solo contactu vestimenti, morbi euanescebant. Sed mecū alius vos rem hanc expendite: qui tantam, tāque præcellentē contulit vestimento suo virtutē, quanta dabit corpori suo sacrosancto, quod frequenter in ecclesia sumimus? quando quidem corpus illud benedictum perinde atque vestis filij Dei est. Alioqui apostolus nō equè seriōse loqueretur dicēs, *Phili. 2.* & habitu inuentus vt homo. Vos obsecro charissimi vestē hāc preciosam tāgite, ad altare sanctum accedentes, & eucharistiam candido pectore suscipientes, quò salutem consequi valeatis, & in cœlis vitam possideatis æternam. Ipso domino pollicente. Qui manducat hunc panem, viuet in æternum. Præterea mirabile est, & omni acceptione dignum, quòd Lucas, ait. Virtus de illo exhibat & sanabat omnes, id quod de nomine sanctorum dici potest. Nec hoc in cōtumeliā diuorum loquimur, absit, sed in gloriam Christi Iesu asserimus: prophetæ aliq; sancti, non habebant virtutem ab ipsis egredientē: quia fontes virtutum nequaquam erant. Verū extat oraculum Ioannis. Non potest

S. Th. 2. 2.  
q. 24.

Euchari  
stia.

Phili. 2.

Euchari  
stia.

Nota.

Ioan. 3.

In festo sancti Sebastiani. 96

potest homo accipere quicquam, nisi datum fuerit ei de cœlo. Et iterum. Sine me nihil potestis facere. Est illud pulcherrimum schema, quo Saluator rem hanc ob oculos ponit, de palmitē & vitæ. Ego sum vitis & vos palmites, inquit, qui manet in me & ego in eo, hic fert fructum multum: solus ergo Christus habuit virtutem egredientem, quiq; fons virtutum est, de cuius plenitudine omnes accepimus gratiam pro gratia, quòd fusiùs Sanctus Hilarius disserit, super Matthæum. cap. 14. Hinc Deiparam Mariam, angelos, & sanctos omneis oramus dicentes, intercedite pre nobis. Quando verò ad Christū clamamus, lōgè secus precamur. Christe audi nos, Christe miserere nobis. Nec quicquam officit quòd Ioānes, inquit. Aduocatū habemus apud patrē Iesum Christū iustum, ipse est intercessio pro peccatis nostris. Sic. Sanè quatenus homo pro nobis intercedit, vt nō minus sit dator: quia verus Deus patri cœlesti cœqualis. Iuxta illud. Ego & pater vnus sumus. Eas ob res dominus innumerabilia operabatur facinora, quoniam propria virtute ea faciebat, nōne vno verbo pelagus ineffabile miraculorū, sæpenumerò euāgelistæ indicāt? Huc tēdit q̄ nuperrimè audistis. Omnis turba volebat eum

Ioan. 15.

Ioan. 1.

1. Ioan. 2.

Ioan. 10.

## Annotationes

**Ioan. 5.** eum tangere: quia virtus de illo exibat, & sanabat omnes. Nec non & ipse, ait. Opera quæ ego facio ipsa testimonium perhibent de me. Ecce quàm conspicuè miracula eius probabant eius diuinitatē. Quod angelicus doctor fusiùs expendit. 3. part. q. 43. art. 4. Nec abolēda est allegoria illa Beati Ambrosij dicentis. Aduerte omnia diligenter, cum apostolis ascendit Christus, & ad turbas descendit, in quib⁹ infirmos inuenit. In excelsis verò infirmi esse non possunt. Oportet ergo extincta libidinum febre, accensaque scientiæ luce, paulatim ad virtutum culmē conscendere. Nos igitur charissimi, interim agnoscamus Saluatoris tactum, opus esse salutis, quem tangere, est fideliter in eū credere, simul & ipsam vnicè amare, mandataque eius pro virili nostra seruare. Sic planè à quouis morbo liberi erimus. Quàm discipulos suos toto diligit corde dominus, nūc lectio euangelica indicat.

**Text.** *¶ Et ipse eleuatis oculis in discipulos suos dicebat. Beati pauperes, quia vestrum est regnum Dei. Beati qui nunc esuritis, quoniam saturabimini.*

*¶ Mirabile dictu, in quos Saluator oculos suos*

## In festo sancti Sebastiani. 97

suos sacros figat, nempe, eos gratanter conspicit, & conspiciendo maximè delectatur, qui mundo, & ijs quæ mundi sunt renūciantes, vltronea sua volūtate, vestigia eius secuti sunt. Vnde in psalmo probè scriptum est. Oculi domini super iustos, & aures eius ad preces eorum. **Psal. 33.** Nos foelices si cultores iustitiæ & pietatis amatores fuerimus, procul dubio oculos Saluatoris super nos defixos habebimus, nec non & aures illius in preces nostras conciliabimus. Quare, nil in hac vita calamitosa est foelicius, aut vtilius. Tales haud dubiè erant discipuli, seculi huius contemptores, supernorum & celestium bonorum appetitores. Quam ob rē vel maximè Christus eos amabat. Verū homines pij indefessè Deum optimum conspiciunt, adeò vt vbiq; & semper ob oculos eū habeāt, cum regali propheta decātātes. **Psal. 24.** Oculi mei semper ad dñm, quoniā ipse euolet de laqueo pedes meos. Itidē, cū eodē vate clamant. Prouidebam dñm in conspectu meo semper, quoniam à dextris est mihi, ne cōmouear. En quāta, quāq; magna sint cōmoda, quæ ex hac inspectione scaturiant. Profectò ille de laqueo diaboli, & de anfratibus eius nos potēter eripit, & ne in tentatiōe moueamur, aut succūbam⁹ sua mirabili

n virtus

## Declamatio secunda

*Psal. 31.* virtute corroborat. Deus autem vicissim viros pios respicit incessanter, ita, vt ore suo sacro clamet. Instruam te in via hac qua gradieris, firmabo super te oculos meos. *Collatio pulchra.* O nimium foelix super quem diuini oculi firmantur. Siquidem vt institores, qui immōdico labore apud Indos plurimū auri argentiue, nec non & gemmas pretiosas lucrati sunt, non in tecis deauratis collocāt, mare transfretantes, ne quispiam furari ope illas nitatur, quin & semper tecas illas informes aspiciunt. Ad eundem modum. Saluator oculos eleuat in discipulos, rudes & pannosos, in quibus aurum charitatis, argentum fidei, & gemmas virtutum ipse abscondit. Quid plura? aspexit dominus discipulos suos, non diuites, non ambitione turgidos, sed humiles, quō nos doceat, pauperes conspicerē, eos amare, illos & pro modulo nostro subleuare. *Dogmā.* Beatus qui intelligit super egenum & pauperem, in die mala liberabit eum dominus. Denique eleuatio oculorum domini in discipulos affectum magnum insinuat & misericordiae insigne fuit. Sic gratias agens patri oculos leuauit, tūm quando in deserto quinque millia hominum quinque panibus satiauit, tūm etiam vbi in vltima coena in-

stituere

## In festo sancti Sebastiani. 98

stituere voluit sacramentum altaris. Fas erit fratres, vt quisque nostrum totis medullis sui cordis oret. Respice in me, & miserere mei, quia vnicus & pauper sum ego. *Psal. 85.* Sed quid dilectis discipulis loquatur attentius audiamus.

*Text.* ¶ *Beati pauperes, quoniam uestrum est regnum caelorum.* ¶ Plus satis immorati sumus in eleuatione oculorum Christi Iesu, quippe quā haud frustra euangelista nobis narrauit. Habet sanē gestus hic aliquid sacramenti, idē in euangelijs sepius Saluator hoc externo gestu vsus est. Cæterum subinde vt eos intuitus est dominus insigni titulo illos honorat, ac decorat. Beati pauperes, inquit. Apud Matthæum additum est. Beati pauperes spiritu, perinde dicat. Foelices vos qui nihil habetis elati spiritus, atque vobis ipsis displicetis, nā si iuxta mūdū inanē, videmini cōtēpti & aspernabiles, tamen coelesti imperio digni estis, quō lōge prestabilius, & magnificentius est, quouis terreno ac labili principatu. Videtis autē p̄fligari morbos, efrugere demones, aboleri peccata. Quid habet seculi huius celsitudo cum hac sublimitate conferendum? An non illustre regnum est nulli inferuire vicio? nullis obnoxium esse cupiditatibus? conculcasse Satanam cum satellitibus

*Matth. 5.*

*Nota.*

n 2      tibus

## Declamatio secunda

**Luce. 10.** tibus suis, vicisse mūdum fallacem cum ter-  
roribus suis, & ille et amētis, ascitos esse in cō-  
sortium Dei, denique ascriptos esse regno  
coelesti? Sicut scriptum est. Gaudete & exul-  
tate, quia nomina vestra scripta sunt in coe-  
lis. Et iterū. Gaudete, & exultate, quoniam  
**Matth. 5.** merces vestra copiosa est in coelis. Vbi San-  
ctus Ambrosius, ait. Vterque euangelista,  
Matthæus & Lucas à paupertate auspicatus  
est, nam ordine paupertas prima est, & pa-  
rens quædam virtutum. Nam qui contem-  
pserit secularia, is dumtaxat sempiterna sibi  
vendicabit. Salvatore acclamante. Non po-  
testis seruire Deo, & mammonæ. Obseruan-  
**S. Cirillus.** dum iuxta Beati Cirilli sententiam, quod  
Matthæus eos beatos nuncupat, qui intel-  
lectum modestum, & quodammodo remis-  
**Matth. 11.** sum habent. Quos alloquitur dñs dicēs. Di-  
scite à me, quia mitis sum, & humilis corde.  
Lucas verò foelices asserit pauperes, non ad-  
dito spiritu, pauperes appellās diuitias asper-  
nantes. Decebat enim, vt qui sacri euangelij  
dogma erant pronuntiaturo, mentem cupi-  
dam haud gererent, sed affectum promptū  
erga maiora haberēt. Nec omnis quem pau-  
pertas premit beatus est, sed qui Christi præ-  
ceptū mundanis prætulit opibus. Sunt, ni-  
fallor, plerique substantia pauperes, auarissi-  
mi

## In festo sancti Sebastiani. 99

mi tamen secundum affectum, quippe quos  
non beat paupertas coacta, sed affectus pra-  
uus damnat. At contra, videre est quā pluri-  
mos opibus abundare, qui affectu inopes  
sunt. Ij pauperibus affatim diuitias impen-  
dunt, pijs operibus omnigenis operam dāt  
incessanter. Talis fuit Abraham, Isaac, Ia-  
cob, Iob, & alij multi. Quorum vestigia nō-  
nulli orthodoxi, hac nostra tempestate ve-  
hementer sectantur. Vtrosque sanè ample-  
xatus est sapiens vbi dixit. Est diues cum ni-  
hil habeat, & est pauper cū in multis diui-  
tijs sit. Diues sanè pauper Christi est, quan-  
quā nihil habeat, eū possidet in quo sunt om-  
nes thesauri sapientiæ, & scientiæ Dei ab-  
scōdti. Hinc Diuus Hieronymus. Affatim  
diues est, qui cū Christo pauper est. Atqui  
quāuis homo totū possideat orbē, dū avari-  
tiæ studeat, pauper est, & valde inops. Eā ob  
rē cuidā diuiti dictū est. Tu dicis quia diues  
sum & nulli⁹ egeo. Et nescis quia miser es tu,  
& miserabilis, pauper, nudus, & cæcus. En  
quot mala auaritia lethalis secū afferat. Sed  
quid pluribus inmoror? paupertas suapte  
natura neminē foelicē efficit, nisi pro Chri-  
sto Iesu quis eā sustineat. Quique cū diues  
esset, inops factus est, vt eius inopia vos di-  
uites essetis, apostolo teste. Et vt vno ver-  
bo

Pauperes  
spiritu.

Pro. 13.

S. Hieron.

Apoc. 3.

## Declamatio secunda

**Matth. 19.** bo omnia dicam: ad perfectionem capeſſendam primum fundamentum eſt paupertas, alio qui dominus iuueni diuitiarum copiam, habenti non diceret. Si vis perfectus eſſe, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & ſequere me. Sanct. Thom. 2. 2. q. 2. q. 186. 186, ar. 3. Probè Diuus Auguſtinus ait. Nutrimentum charitatis, eſt diminutio cupiditatis. libro. 83. quaſt. Quin & Sanctus Hieronymus ſcribens ad Paulinum, Socratem Thebanum ditiffimum fuiſſe teſtatur. Quidùm Athenas pergeret magnum auri pondus abiect, nõ exiſtimans ſe ſimul poſſidere virtutes & diuitias. Quatò magis vt Chriſtum regem noſtrum ſequamur id facere debemus? qui non renuntiauerit omnibus quæ poſſidet non poteſt meus eſſe diſcipulus, ait, Saluator noſter. Quod ſaltem de affectu & nimio amore diuitiarum intelligi oportet, & de prima beatitudine, hætenus.

**Text.** *Beati qui nũc eſuritis, qm̄ ſaturabimini.*

¶ Pulcherrimo ordine dñs beatitudines hæc contexit: nã poſt paupertatem ſpontaneã, eſt veſtigio eſuries panis coeleſtis doctrinæ, & ſpiritualis pabuli ſequitur. Quin & ſibi atq; alijs coeleſtia bona cupientes, quò magis ad ſpiritualia bona aſpirat, eaq; fuſius deguſtant,

In feſto ſancti Sebaſtiani. **T**oo guſtât, eò plus eſuriūt, & illa vehemētī⁹ deſiderât. Huc attinet illud. Qui edūt me, adhuc eſuriēt. Et qui bibūt me, adhuc ſitient. de hac nimirum eſurie, alma virgo, in ſuo mirifico cantico cecinit. Eſurientes impleuit bonis, & diuites dimiſit inanes. Quãdoquidem filius Dei eò potiffimè venit, & ex alto inuiſere nos dignatus eſt, vt eſurientes bonis ſpiritualibus repleat, & omnium chariſmatum donis foecundet. Diuites & opulētos, bonis his orbatos relinquat, Sed de hac tractatū edidim⁹ iã dudū, q in fine declamatiõnũ Deiparæ Marię extat. Pauperes ergo prædicti, quos diuites in fide Iacobus probè vocat, ſaturi ſunt rerũ tẽporaliũ, quoniã ijs neſtiquã afficiuntur, qui potiùs cū apoſtolo aiunt. Omnia arbitratus ſum vt ſtercora, vt Chriſtũ lucrificiã. Et ruruſ. Habētes alimenta & quibus tegamur, ijs contenti ſumus. Mira res, habētes quę natura poſtulat, quippe quæ paucis cõtẽta eſt, ultra nil quęritant. Imò in ipſa fame, & magna inopia, boni conſulunt, nec Deo reſponſant, indignoſeſe reputantes, etiam minoribus donis. Ij cum viro iuſto ac probato Tobia clamāt. Pauperem vitam gerimus, ſed habebimus multa bona ſi timuerimus Deum. Sane ſingula emphafim ſingularem cõtinent,

## Declamatio secunda

*Iob. 1.*

vos alta consideratione expēdite ea. Nec nō cum probo Iob indefessē dicunt. Dñs dedit, dominus abstulit, sicut Deo placuit, ita factum est, sit nomen domini benedictum. O verba præcellentia, aureis literis conscribēda. Ne memoria effluant obsecro, sed cordi vestro ea figite. Nonne videtis electos Dei, etiam in ipsa paupertate satiatos, adeo ut nil appetant temporarium, sed potius laudibus summi numinis vacent? Tales iustitiam tantummodo esuriūt, vti Matthæus refert, semper ad perfectionem currētes. Et quātō magis iusti fuerint, tātō plus ad augendam iustitiam properāt, nūquā se satis iustos putantes. Qui magnopere cupiunt omnes in hoc stadio currere, & brauium æternæ gloriæ rapere. O nos beatos charissimi, si quā prius hanc esuriam patiamur, nil de hoc mundo affectantes, sed quotidianū iustitiæ profectū maximopere desiderantes. Cuius saturatio non in hoc labili seculo, sed in cœlesti regno sita est, psalmographo dicente.

*Nota.*

*Psalm. 16.*

Satiabor dū apparuerit gloria tua. Auidis iustitiæ, & spōtanea paupertate laborātib⁹, desideratorū copiam dñs spōdet, nō diuitibus huius seculi. De quibus in Amos legim⁹.

*Amos. 6.*

Vēh qui opulenti estis in Siō, & cōfiditis in mōte Samarię: optimates capita populorū,

ingre-

In festo sancti Sebastiani. 101

ingredientes pompaticè domum Israel. En alia fames & sitis, à quibus sua pietate nos Deus liberet. Fames pecuniarum, & sitis gloriolę mundi, saturitatem nesciūt. Quinimō, crescit amor nummi, quantū ipsa pecunia crescit. Et Salomon ait. Avarus non implebitur pecunia. Itidem. Considerans reperi aliam vanitatem sub sole. Vnus est, & secundum non habet, non filium, non fratrem: & tamen laborare non cessat, nec satiātur oculi eius diuitijs, nec recogitat dicens, cui laboro? Enimvero inanissima vanitas ea sit oportet, qua avari laborant thesaurizantes cui nesciunt. Adhuc vox illa cœlica insonat nisi aures avari hominis obsurdescerent. Stultè, hac nocte repetent animam tuam à te. Quæ congregasti cuius erunt? Beati qui nunc esuritis, quia saturabimini. Beati qui nunc tenues esuritis, & sititis, contēti frugalitate, opes quasuis spernitis, ac luxum huius mundi horretis, esurientes aquam viuam evangelici spiritus: nam continget vobis salubribus his delitijs expleri, quas toto affectu desideratis. Tertia autem beatitudo sic habet.

*Eccles. 5.*

*Eccles. 4.*

*Luc. 12.*

*¶ Beati qui nunc fletis, qui ridebitis* *Text.*  
*vos.*

n s

¶ Sen-

## Declamatio secunda

Esai. 35.

¶ Sensus est. Beati qui vos ipsos vltro voluptatibus huius mundi orbastis, studio pietatis euangelicæ, præferentes ea quæ per temporarias afflictiones ad gaudia æternæ vitæ perducunt. Nam tempus aderit, vt versa vice, dolor, ac ingens mœstitudo in gaudiū ineffabile vertatur, & luctus in risum perpetuum. Iuxta illud. Lætitia sempiterna super capita eorum: gaudium & lætitiā obtinebunt, & fugiet dolor & gemitus. Et dominus in euangelio ait. Mundus autem gaudebit, vos vero contristabimini. Sed tristitia vestra conuertetur in gaudium. Notandum quòd gradatim post abdicationem rerum, & vltro neam paupertatem adiunxit, mortificationem carnis per voluntariam esuriem. Nunc tertio ad animum ascendit, cui peculiare est tam ridere quàm flere. Vbide voluntario fletu Saluator agit, non de lachrymis quas passio dira extorquere solet, ob honoris, & questus iacturam. Sic fragiles homines, pueris non absimiles, lugere solent, frustra tamen. Congruit pijs ac perfectis viris in hoc exilio flere, partim propter impedimentum carnis, quæ concupiscit aduersus spiritum, & vt alter Ismael ancillæ filius, persequitur Isaac filium spiritus, vt perbellè docet

Gal. 4.

## In festo sancti Sebastiani. 102

¶ docet Apostolus: partim propter celestem gloriam, quam spe firma expectant, dicente Salomone, Spes quæ differtur, affligit animam. Hinc regalis Prophetatoto clamabat pectore. Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est, id est, peregrinatio mea plurimum dilatata est: partim denique lachrymas effundere debemus, mundi laqueos, satanæ technas propè modum innumeras intuètes, inter quas nos versari oportet, vita comite. Hinc meritò Paulus ingemiscens aiebat. Infelix homo, quis liberabit me de corpore mortis huius? & alibi. Desiderium habens dissolui & esse cum Christo. Allusio est ad illud. Domine quid mihi est in cælo? & à te quid volui super terrâ? Deus cordis mei, pars mea Deus in æternū. Equidem incredibili summi Dei amore exardescens has voces gemibū dus emittebat. Quis mihi in cælo placet præter te dñe, inquit? aut in terris quem ego vnice amen, totis mei cordis medullis colam aut suscipiam te relicto? Certè reliqua omnia mihi sordent, & amarescunt, te vnum ego amplector, te opto tantum, te vnum suspiro atque ardeo. Quique vnus es vehementer diligendus, colendus, & toto animo desiderandus. Tu quidē vis & robur animæ meæ, tu opes, tu

Psal. 119.

Psalms. 72.

## Declamatio secunda

tu copię, & sempiterna hereditas mea. Equidem luctus hic, & tristitia interna secundū Deum, salutem operatur, & cœlesti gaudio digna est. Quam ob causam dominus dixit.

S. Cyrill.

Quia ridebitis vos. Ideò Sanctus Cyrillus ait. Beatificat Christus silentes, non eos qui simpliciter lachrymas emittunt, commune est hoc, tam fidelibus quàm infidelibus, si quid tristitium accidat. Magis autem eos beatos asserit, qui nedum propria, sed etiam

S. Basilus.

aliena delicta desilent. Nec non Basilus, promittit flentibus risum, non quidem emissum per ora, sed miram, & impermixtam cuilibet tristitiæ alacritatem. Verùm mirabile est, quòd in hac lugubri vita tot ærumnis plena, electi Dei miro gaudio internè afficiuntur. Adeò vt Apostolus asserat. Superabundo gaudio in tribulationibus meis. Enimuerò magnam energiam verbū hoc, superabundo, continet, hoc est, tam magna est lætitia, tamque abundans gaudium mihi in carceribus, in flagellis, pro Christo rege meo obeundis, vt alijs, ex mea alacritate impendere possim. Eodem expectat illud.

Acto. 5.

Ibant apostoli gaudentes à conspectu concilij: quoniam digni habiti sunt, pro nomine Iesu contumeliam pati. Iesu bone si tam dulce est flere pro te, quātò dulcius erit gaudere

In festo sancti Sebastiani. 103

dere in cœlo de te. Verba sunt egregij doctoris Augustini, nunquàm obliuioni tradenda. Sequitur quarta beatitudo. S. Augus.

*¶ Beati eritis, cum vos oderint homines, & cum separauerint vos, & exprobrauerint, & eiecerint nomen vestrum tanquàm malum propter filium hominis.* Text.

¶ Quartò loco, beatitudo describitur, quæ in patiendo propter Iesum sita est. Vt intelligamus Saluatoris discipulos beatos, non modò in voluntarijs actionibus, sed voluntariè sustinendo passiones illatas ab alijs. Ni fallor, quatuor mala affutura eis prædicit dominus: duo prima ad personas pertinent, alia duo ad exprobrationem nominis eorum. Enimuerò, in patrandis miraculis, eos superstitiosos & Magos appellabant. Sic enim magistrum eorum ac nostrū Christum, præclarum facinus illud operantem, quando dæmonem eiecit ab homine muto, dæmoniacum temerè apellarunt, & Samaritanum. Itaque, foelix ille est, qui propter opes cœlestes, paupertatem, propter vitæ æternæ panem, esuriem, ob spem cœlestium gau-

Lac. 11.



## Declamatio secunda

gaudiorum, fletus patitur. Foelicior verò erit, ac multò beatior, qui virtutes has præcellentes inter aduersa conseruare non trepidat. Equidem ex his perspicuum est, quam diuersa vita Christianorum esse debeat, à vita impiorum, mundi amatorum. Imò ijs verbis palàm fit, quàm longè adhuc simus à vera Christianorum conuersatione, quando dominus illos beatos vocat, qui ferè nullam in hoc mundo, vel consolationem, vel quietem habent. Qui tandem esuriunt, sitiunt, lugent, & flent, flagellantur, & nomen eorum execrationi est huic mundo. Nos autem ita sumus tenerè educati, sic fragiles, & infirmi sumus, vt ob Christi nomen, nec pillo quidem capitis carere vellimus. Væ illis qui tam sunt pusilli, vt pro nummo vendicando Christum adiurare & peierare non erubescant. O dementiam vehementer execrandam, Saluator noster eos beat qui in derisum habiti sunt, & execrabiles apud homines improbos existimantur, atque ex eorum contubernio eijciuntur ob Christi honorem, nos verò honores affectamus, & encomijs efferri appetimus. Cæterum, non ob nostram culpam aduersa patiamur oportet, sed propter Christi amorem. Eam

ob

## In festo sancti Sebastiani. 104

ob rem ait, mentientes propter me, odio mei id patiendum est, cuius dogmata, & gloriam annunciat. Quod Petrus maximè *1. Pet. 4.* commendat. Nemo vestrum patiatur vt fur, aut tanquam homicida. Planè sine periculo, imò cum magno populi plausu, prædicare possumus filij Dei misericordiã erga nos, quanta & quàm dira pertulit, vt nos redimeret, & in hæreditatem suam asfereret, & id genus alia. Veruntamen si verè Christum prædicamus, quæ displicent ei arguere debemus. Quod si fecerimus parum gratierimus mundo. Annuncia populo meo peccata eorum, & domui Iacob scelera eorum, ait dominus. Et Apostolus discipulo suo scripsit. Prædica verbum, in sta, oportunè, importunè, argue, increpa, in omni patientia, & doctrina. Nempè, nisi Saluator hypocritam Phariseorum, petulantiam scribarum, & dolos sacerdotum palàm faceret, eum non persequerentur, & crucifigerent. Sed quia eorum vulnera contrectauit, sanare illos cupiens, ideò cruci illum adegerunt. Quanti enim probra & conuitia ob Christi amorem facere nos oporteat sequentia indicant.

¶ Gaude-

Declamatio secunda

*Text.* ¶ *Gaudete in illa die & exultate, ecce enim merces vestra multa est in cœlis.*

*Rom. 8.* ¶ Nedum ad obeunda probra, & persecutiones, honore ingenti eos munit, beandos eos pollicens, sed premium magnum promittit eis, quo inspecto gaudere illos oportebat. Non sunt condignæ passionis huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis, id est, honos, quem dominus sua largitate & munificentia nobis impertiet, tam est mirabilis, vt cruciatus & labores temporarij nostri suaptè natura attingere gloriam illam non possint, gratia summi numinis sublata. Gaudete in illa die,

*Nota.* qua hæc mala vobis euenient, ne vnquam propter hæc displiceatis vobis. Etenim si non respondebit meritis fauor hominum malorum, tamen manet vos copiosa merces benefactorum in cœlis. Homines quidem fragiles sunt, eam ob rem non poterunt delere nomina vestra, quippè quæ in cœlis conscripta sunt. Nec valebunt gloriam vestram obscurare, quæ cum mea gloria semper iungetur. Quin potius quò magis infestabuntur nomen vestrum ac famâ, eò magis illustrabunt. Quando quidem impijs displicuisse, summa laus est. Nonne semper

*Seneca.*

malis

In festo sancti Sebastiani. 105  
malis hominibus inuisa fuit egregia virtus? Beatum ego dixerim orthodoxum, qui mandatis Christi per omnia paret, aduersaque gratanter pro illius amore patitur. Huic, ni fallor, rex regum Christus Iesus post exhalatam animam dicet. Euge *Matth. 25* serue bone & fidelis, intra in gaudium domini tui. Quod ipse nobis præstare dignetur. Qui cum patre, & paraclêto viuit per secula, Amen.

¶ *ANNOTATIONES*  
*Appendices.*

**R**imò adnotandum, quanta fuerit mansuetudo, quanq; insignis Christi Iesu lenitas erga homines, postquã velamẽ nostræ carnis induit, & in sacrosancto virginis Mariæ vtero verbum caro factum est. Equidẽ quãdo in rubo ardẽti vocauit Moysen, neutiquã propius accedere eũ tulit, sed ait. Ne appropies huc, *Exo. 4.* solue calciamenta de pedibus tuis. Terra in qua stas sancta est. At vbi è cœlo venit, & de monte sublimi descendit, exiens à patre & veniens in mundum, turba copiosissima cum sequitur. Nedum sequitur, sed absque

tremo-

## Declamatio secunda

1. Ioan. 1.  
tremore illum tangere audent omnes, quo  
ceu ex fonte vitæ salutem haurire quæant.  
Sic sacra euangelij lectio nobis nunc nar-  
rauit. Hinc Ioannes veluti stupefactus di-  
xit. Quod vidimus, & audiuius, & ma-  
nus nostræ contrectauerunt de verbo vi-  
tæ. O mira & modis omnibus miranda  
Saluatoris charitas. O singularis, & nun-  
quàm satis laudanda filij Dei in nos beni-  
gnitas, quem Cherubin incessabili voce  
collaudant, & omnes coeli ciues procum-  
bentes adorant, hunc homunciones, vermi-  
culi humi reptantes, manibus suis attrecta-  
re audent. Quis ad cõrudis, aut stupidus, qui  
admiratione raptus nõ stupescat? Aut quis  
tam saxei cordis, qui regem hunc admodũ  
benignum candido corde, totoq; nisu post  
hac non diligit?

Secundò. ¶ Quod verò contra vulgi Imperiti de-  
cretum beat discipulos suos pauperes do-  
minus, ob id hoc facit, quia veræ diuitiæ  
quibus homo ditatur animæ virtutes sunt.  
Quippè quas nobis inuitis, nemo tollit à  
nobis. Enimverò aurum, argentumue, aut  
gemmæ, vernantes opes sunt periturae,  
eas ob res mille periculis obnoxia sint ne-  
cessum est. Vnde probè Saluator mundi  
spinas eas vocauit, quoniam sæpenumero  
suis

## In festo sancti Sebastiani. 106

S. Gregor.  
Iaco. 2.  
suis punctationibus hominum mentes cruen-  
tant. Nonne Deus elegit homines pauperes  
in hoc seculo, diuites in fide? En diuitiæ qui-  
bus mens nostra locupletatur, fides, chari-  
tas, spes, & aliæ virtutes sunt, sine quibus  
inopes valde, & miseri sumus. Imò auaritia  
tam est ingens scelus, vt idolorum seruitus  
ab Apostolo appelletur. Non quòd maxi-  
mum sit peccatum, quum adulterium &  
homicidiũ lōge maiora delicta sint. Verũta-  
men auaritia habet magnam deformitatẽ,  
eò quòd homo diuitiarum cupidus infimis  
bonis se subdit. S. Thom. 2. 2. quæst. 118. ar.  
5. Sic illud Ecclesiastici intelligi oportet. Eccles. 10.  
Avaro nihil scelestius. Equidem auarus ani-  
mam suam habet venalem, quo nihil ab-  
iectius, aut turpius. Sunt trifaria bona Phi-  
losopho teste, videlicet, animæ, quæ ex-  
cellentiora sunt, quia virtutibus illa deco-  
ratur. Post hæc locum secundum bona cor-  
poris obtinent. Denique bona fortunæ in-  
ter infima computantur, & his opum au-  
dus subijcitur miserè. Quas ob res illi bea-  
ti sunt, qui ob Christi amorem diuitijs  
renunciant. Etenim abdicatis terrenis, cœ-  
lestibus diuitijs digni sunt Christi paupe-  
res.

¶ Sub hæc, eos foelices asserit, qui persecu-  
tiones  
102  
tiones

Tertiò.

## Declamatio secunda

tiones varias patiuntur, propter Saluatoris gloriam, non ob sua scelera quæ patrarunt. Tales namque candore innocentiae illustrati, quanuis odio iniquo homines illos habeant, summè dilecti sunt apud Deum. Vulgus rude felices vocat, quibus applaudit populus, quiq̃ue ad honores prouehuntur, & magnificis celebratur titulis. Orthodoxi autem, Christo authore, beati erunt quum nomen ipsorum exprobratum fuerit ab impijs, & à consortio ipsorum eos eicerint. Equidem memoriam iustorum deletere non poterunt, imò quò magis illos opprimere moliuntur, eò plus clariores reddunt, vellint nollint. Quod haud dubiè cõspiciũ est in Ioseph quem fratres vendiderunt, & in Iacob, cui Esau tot dolos parauit, necnò in Dauide, cuius gloriam & vitam superbus rex Saul extinguere vehementer nitetur. Huc pertinet illud Psalmi. In memoria æterna erit iustus, ab auditione mala non timebit. At contrà de impijs scriptum est. Perijt memoria eorum cum sonitu: & iterum. Domine in ciuitate tua imaginem eorum ad nihilum rediges. Dixerat autem paulò ante. Velut somnium surgētium, hoc est, euauit hominũ felicitas, tãquam somnium hominis experrecti, cuius somnium fi-

ctitium

## In festo sancti Sebastiani. 107

ctitium quoddam est, & inane, quãuis deletare videtur dormientem. Vbi imaginem appellat dignitatem, memoriam, & nominis claritatem, quibus rebus isti inflati, pompaticè incedebant. Quum tamen ea res nihil aliud sit, quàm vmbra mera, & imago vana. Sic alibi dixerat. In imagine pertransit homo, sed & frustra conturbatur. Vbi Sanctus Theodoritus. Nihil viuentes homines differunt, ab ijs qui in pictura exprimuntur. Equaliter enim & horum, & illorum natura tempore labitur, & corrumpitur. Veruntamen homines inuicem contendentes perturbantur, dimicantes, mercantes diuitias, & honorem sibi comparantes. Nam vita humana omnis, tempestate iugi, & fluctibus innumeris referta est. Ergo alumni virtutum gaudeant oportet semper, eò quòd nomina illorum, non in terris ubi cuncta breui euanescent, sed in coelis scripta sunt, ceu Christus Iesus testis est.

¶ Quarto, obseruandum magnopere est, quàm meritò hoc euangelium in hac celebritate Sancti Sebastiani legatur. Ipse namque adeò pauper extitit, vt cunctis diuitijs posthabitis, nudus Christum nudum in cruce sequeretur. Quin pro nomine Saluatoris ligno affixus, sagittis vulnera-

o 3 tur

*Psal. 38.  
S. Theodo.*

*Quarto.*

*Nota.*

*Psal. 111.*

*Psal. 72.*

## Declamatio secunda

*Thre. 3.* tur, & tanquam emortuus relinquitur. Posuit me quasi signum ad sagittam, ait martyr sanctus. Sed hæc omnia vir sanctus, nedum patienter, sed ouanter, tollerabat, eò quòd Christus instar Ionathæ, tres sagittas miserat dilecto suo Sebastiano. *1. Reg. 20* Mitam tibi tres sagittas, dicebat Ionathas Dauid, quem vnice amabat. O sagittæ mirabiles, quibus sagittauit dominus cor huius fortissimi martyris. Nempè, fide, & charitate, atque spe, viscera eius vulnerauerat dominus, eam ob causam sagittas paruulorum existimabat iacula persecutorum. Vnde meritò diuus Augustinus aiebat. Sagittaueras tu domine cor meum charitate tua. Et sponsa in Canticis clamat. *Cant. 2.* Vulnerata charitate ego sum. O nos beates fratres, si nos quamprimùm hisce sagittis vulneratos sentiamus. O vulnus delectabile, omni mellita dulcedine refertum. O signum vitæ nostræ, sine quo statim animæ moriuntur. Sanè vt corpus sine anima perit, & vermibus scatet, ita mens sine fide charitate formata, omnem decorem & pulchritudinem amittit. *Thre. 4.* Iuxta illud denigrata est facies eorum super carbones. Mitte procliuu genu precamur domine, mitte nobis tres has sagittas, fidei, charita-

In festo sancti Sebastiani. 108  
charitatis, & spei, ijs spiculis corda nostra vulnera, vt te solum amemus, te totis viribus diligamus, in te dumtaxat posthac confidamus. Haud dubiò sagittæ tuæ acutę sunt, vti regius psaltes testatur, ideo *Psal. 44.* populi sub te cadent. Ad eò vt simulachris spretis, te Deum verum & redemptorem toto pectore adorent, & vnice ament. Vtinam debitum honorem afferentes, tum hæretici, tum ethnici omnes, talibus sagittis sauciati, fide firma, & charitate flammigera vulnerati sub pedibus tuis cadant. Mirares, sagitta Ionathæ principis nunquam reuerfa est retrorsum, vt in sacra pagina legimus. Neque verbum ex domini nostri Iesu ore aliquando frustra abiit. Idque in Matthæo sedenti in the- *Acto. 5.* lonio, & in Saulo ecclesiæ persecutore palam est.

¶ Quintò, quàm sit pium & frugiferum sanctorum festo deuoto celebrare affectu, & sanctos ipsos orare ostendit Sanctus Iob dicens. Voca si est qui exaudiat, & ad aliquem sanctorum conuertere. c. 5. Enimvero tanquam in speculo ipsi in Deo, quo fruuntur, orationes, & cogitationes nostras sanctas agnoscunt. Sic fusiùs recenset *S. Greg. li. 12. mora.* Sanctus Gregorius libro 12. moralium. Pe-  
titiones,

## Declamatio secunda

titlones, ait, quas ad sanctos dirigimus voce, vel corde, Deo manifestante, agnoscunt. Equidem Deo peculiare est sancta nostra desideria implere, eam ob rem regius vates ait. Gratiam & gloriam dabit dominus. Ea propter summo numini preces exhibemus, tanquam ab ipso implendas. At qui sanctis orationes offerimus, sicut per ipsos impetrandas. Equidem virginis alme, angelorum & sanctorum meritis preces nostrae suum sortiuntur effectum. Iuxta illud. Apoca. 8. Ascendit fumus incensorum, de orationibus sanctorum de manu angeli coram Deo. Idque latius probat. S. Thom. 2. 2. quaest. 83. artic. 4. Vnde sole ipso lucidius apparet neochristianorum stultitia, & diaboli commentum, cuius suggestu improbi preces & merita sanctorum abnegant. Nonne Deus amicis Iob orantibus dixit. Ite ad seruum meum Iob & offeret holocaustum pro vobis. Iob seruus meus orabit pro vobis. Faciem eius suscipiam, ut non vobis imputetur stultitia. Sum opere singula notanda sunt, ad abolenda hereticorum nequissima dogmata. Imo in Machab. lib. mirificata extat sententia. Hic est qui multum orat pro populo, & vniuersa sancta ciuitate, Hieremias Propheta Dei. 2. Mach. vi. Eodem pertinet quod

*Contra hereticos.*

*Iob. ultim.*

## In festo sancti Pauli. 109

quod perpulchrè Beatus Hieronymus contra Vigilantiam scripsit. Si apostoli adhuc in corpore mortali constituti, quando pro se debebant esse solliciti, pro alijs orabant, quomodo magis post coronas, victorias, & triumphos? Hec dixerim fratres, ut pia deuotio vestra indies augeatur erga Beatum Sebastianum, necnon in omnes sanctos, quos tantum facere dignatus est Christus rex noster, ut inter angelos exaltati, ipsum facie ad faciem iubilantes videant, fruanturque. *S. Hierony.*

### PRO FESTO CONVERSIONIS Sancti Pauli declamatio tertia.

**Q**uorsum filius Dei è sinu patris descenderit, fratres mei, & qua de re nos inuisere miseros Adae filios omni bono destitutos dignatus fuerit, conspicuum est cunctis, ni ipsi caecutiant, & vtronea sua voluntate, mentis suae oculos claudere vellint. Equidem non eò venit, ut honores sibi vendicaret ab hominibus, quippe qui Iudæis volentibus regni coronam ei dare fugit. Et dum in terris regnum non ambit, coeli terraeque meruit

o 5 prin-

Declamatio tertia

*Matth. 28.* principatum. Eo dicente. Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Quid plura? adeo volaticos, & fluctuagos seculi huius horruit honores, vt proposito sibi gaudio sustinuerit crucem, confusione contempta.

*Hebræ. 12* Nec diuitias nostras adamavit, qui sacram virginem matrem delegit pauperẽ, virtutibus cunctis tamen exuberãtem, ita vt cœlestes spiritus excellat. Imò cum diues esset, inops factus est, vt eius inopia nos diuites efsemus. Venit itaque Saluator, vt nos ex faucibus drachonis versuti satanæ potenter eriperet, & nos omnigenis peccatorum vinculis irretitos solueret, sceleraq; nostræ cruore suo sacro deleret. Quod sanè exactè apostolus recensuit Timotheo discipulo suo scribēs. Fidelis sermo, & omni acceptione dignus. Venit Iesus peccatores saluos facere, quorũ primus ego sum. Sed ideò misericordiam cõsecutus sum, vt in me primò ostēderet Christus Iesus omnẽ patiẽtiã suã, ad informationem eorum, qui credituri sunt illi in vitam æternam. Ni fallor charissimi, cuncta in gẽtẽ habent emphasim, idcirco paulisper gradũ figam⁹ oportet. Verũ omnis sermo Dei fidelis est, quia veritatis plen⁹. Vt à luce nil tenebrorum sed lucidũ, pulchrũ & oculis delectabile dimanare potest: sic à veritate

Collatio.

In Conuersione sancti Pauli. 110  
tate eterna quæ Deus est, nihil nisi verũ enasci poterit. Vnde in Apocalypsi scriptũ est. Hæc verba fidelissima sunt. Perinde dicat, verissima, & ab omni mēdacio aliena sunt, vtpote à Deo deprõpta. Nec nõ omni acceptione digna sunt verba omnia vtriusq; testamēti, eò quòd ex ore Dei profecta. Quid ergo sibi vult apostol⁹ dicēs: fidelis sermo & omni acceptione dignus? Sanè egregiè locutus est, verus quidẽ omnis sermo Dei est, at tamẽ aliquãdo nobis nõ satis placet. Inimicus factus sum vobis, inquit Paulus, verũ dicēs. Fidelis sermo ille est. Regnũ cœlorũ impatitur, & violenti rapiunt illud. Rursus. Diligite inimicos vestros, benefacite ijs qui oderunt vos. Itidem. Qui vult venire post me abneget semetipsum & sequatur me. Quotus quisq; est qui hæc audiens nõ inquit. Durus est sermo hic. Quis poterit eum audire? At qui sermo quẽ nobis apostol⁹ proponit, nedũm verus est, & fidelis, sed omnibus gratus & valde acceptabilis, quoniam de salute nostra, qua nil vtili⁹ preciosius ve. Nec est abolenda alia translatio quam Diuus Augustinus sequitur. Serm. de verbis apostoli. Humanus sermo. Quare humanus & nõ diuinus? verè nisi diuin⁹ foret, omni acceptione dignus non esset. Maluit autem dicere huma-

Apoc. vlti.

Gala. 4.

Matth. 5.

Ser. 10. de verbis apo. etc.

### Declamatio tertia

- Iere. 23.** humanum sermone: quia Christus nō venit in mundum quatenus Deus, qui omnia replet atque continet, sed venit ut homo.
- Tit. 3.** Apparuit benignitas & humanitas Salvatoris nostri Dei. Erat ergo in hoc mundo, & mundus per ipsum factus est, in propria venit, & sui eum non receperunt. Venit, inquam, filius Dei factus homo, quō frater noster factus, candido eum diligamus corde, ardenti que affectu ipsum veneremur ac laudemus. Venit Christus Iesus peccatores saluos facere. Ecce ad quid venerit redemptor noster, ut nuperrime tetigimus. Quādo quidem non, ut impios perdat, aut in nos animaduertat, ceu eramus cōmeriti. Non enim misit Deus filium suum in mundum, ut iudicet mundum, sed ut saluetur mundus per ipsum. Et alibi ipse clamat. Non veni ut iudicem mundum. An filius Dei nostram induerit humanitatem, Adamo non peccante, varia est opinio inter doctore angelicum, & Scotum. Sed hoc ad scholas potissimè attinet. Doctor subtilis partem affirmatiuam tenet, in tertio sententiarum, quippe quā ipse semper sequutus sum. Sanè ad exaltationē hominis quem Deus tanti fecit, ut imagine sua insigniret, verbum Dei caro fieret, Adā non succubēte. Qui prædestinatus est filius Dei  
in vir

### In Conuersione Pauli. III

In virtute, ait, apostolus. Ergo gloria animæ Christi, & unio illa mirabilis humanitatis eius ad verbum diuinum, non ex scelere Adę pendebat, quod, ni fallor, malum contingēs fuit. Potuit primus parens non peccare, alio qui non esset peccatum. Ad sanctorum autoritates, vnica est responsio. Non veniret filius Dei morti obnoxius, nisi primus parens succumberet. Veniret autē immortalis & gloriosus, ut genus humanum nobilitaret. Venit Iesus peccatores saluos facere. Ita est: nam morbo quidem ingrauescente, tali tamque præcellenti medicamine opus habebamus. Non est opus valentibus, **Luce. 5.** medicus, sed male habentibus. Siquidem in infirmitas peccati inundaret, Christus non medicum ageret, sed dūtaxat glorificaret homines. Sequitur. Quorū primus ego sum. Num ante Paulum, Dauid non deliquit? Petrus non ter Christum negavit? Iudas improbus nonne tradidit Christum, & sese suspendit? quomodo ergo peccatorum primus fuit Paulus? Ego sum nouissimus apostolorum, ait alibi, & non sum dignus vocari apostolus: quia persecutus sum ecclesiā Dei. Ad hæc respondet Sāctus Augustinus. Ser. 9. de verbis Pauli. Paulus se primū peccatorem appellat, non tempore, sed in iniquita  
quita

**Roma. 1.**

**Luce. 5.**

**1. Cor. 15**



Declamatio tertia

te. Recolite Saulum, nonne ille est cui ad lapidandum Stephanum manus vna non sufficebat, ideò aliorum vestimenta seruabat? En quàm fuerit primus peccator plures ad iuuando ad malum, quo nihil iniquius. Malum est si quis animam suam occidat peccando, at longè peius, si alios pelliceat, ad malum patrandum. Contra quos inuehitur dominus dicēs. Nonne cognoscent omnes qui operantur iniquitatē, quia deuorāt plebem meā sicut escā panis? Ecce qui perperā faciūt animarū deuoratores sunt, & magnā iacturā populo Dei inferūt. Et in Hieremia iterum dominus ait. Quid niteris ostendere bonam viam tuam, ad quærendam dilectionem, quæ insuper docuisti vias tuas, & malitias tuas? Cæterum apostolus addidit. Sed ideò misericordiam consecutus sum. Vt in me primò ostenderet Christus Iesus omnē patiētiam. Perinde dicat. Deus optimus tā est longanimis, & misericors, vt tot fascino-ribus prouocatus, nō modò nō puniuit, sed potius aduersarium reluctatē exaltauit. Ne posthac quis, quālibet scelestus, de eius pietate diffidat. Hāc igitur immēsam clemētiā Christi Iesu, & patiētiā graphicè nūc Lucas in epistola hodierna deliniat. Faxit Deus vt tot arcana delitescentia in hac mirabili historia

Acto. 9.

Psal. 13.

Iere. 2.

Nota.

1. m. d.

Acto. 9.

1. Conuersione sancti Pauli. 112

storia explanare valeamus. Vos fratres rogo obtestorq; vt attentius cuncta audiatis, sunt sanè omnia annotatu dignissima, quæ de conuersione sancti Pauli spiritus sanctus ob oculos nostros ponit.

¶ Sanctus euangelista Lucas, disertissimus Actorū apostolorū enarrator, sic habet. Saulus adhuc spirās minarū, & cædis, in discipulos dñi: accessit ad principem sacerdotū, & petijt ab eo epistolas in Damascū ad synagogas: vt si quos inuenisset huius viæ viros ac mulieres, vinctos pduceret in Hierusalē.

¶ Nō utiq; fas est, tā insignia mysteria percurrere, sed oportet nos, exactissima cura, minutatim omnia indagare. Saul? homo hic appellabatur, ceu superbi regis Saulis hæres. Enimuerò, petulātia nimia actus, orthodoxos inuisos habēs, horribili insectabatur odio. Iuxta illud. Cōsiderat peccator iustū,

& querit mortificare eū. Verū, suapte natura, iniquitas bonitatē, mēdaciū veritatē, iniustitia iustitiā magnopere horret. Vti nulla societas lucis ad tenebras esse potest, sic nulla vicissitudo iniquitatis ad virtutem, aut superbiæ ad humilitatē vnquā fuit. Grauis est nobis, aiebāt viri improbi, etiā ad vidēdū. Superest vt eradamus eū de terra viuētīū, & nōmē eius nō memoretur ampli. Cōtrariū est.

Acto. 9.

Psal. 36.

Collatio.

Sapient. 2.

Declamatio tertia

*Esa. 57.* vijs nostris inquit. O miserrimā iniquorū insolentiam, nedū scelera sua sponte ample xari volunt, sed homines pios, virtutum alunnos pro sua virili extinguere moliūtur. Quid obsecro hac infœlicitate infœliciūs? Ni fallor, quot quot tales sunt, non absimiles dæmonijs dixerim. Saulus hic iuxta nomen suum, quòd arrogantiam, & petulantia præsefererat, operibus prauis vacabat, & iniqua rabie tactus, nullatenus quiescere quibat. Cor impij quasi mare feruens est, quod nequaquā quiescere potest. Imò hac & illac volutatus, pessimis suis desiderijs homo miserè iactabatur. Quòd verò fuerit binomius palàm est, nā ipse de se ipso asserit. Saulus qui & Paulus. Multi de hoc digladiantur, volentes ex Sergio Paulo, quem domino opitulante, ipse ad Christum Iesum conuertit, nomen hoc esse sortitum, de quare alij videant. Cæterum quo zelo, quāuis nō secundum scientiam ille vulnerabatur probè verba sequenti indicant.

*Text.* *J Spirans minarum, & cædis in discipulos domini.*

¶ Mira res, satis & miranda, nō sanguine Diui Stephani satiat, nec sanctæ ecclesiæ persecutione plenus, minas spirabat, & necem machi

In Conuersione Pauli. 113

machinabatur aduersus Christi Iesu oues. Ecce, scelerati diu noctuque laborantes, mala patrare nō cessāt, quinimò, inferni instar, os suū dilatāt, vt maiora delicta cōmittant. Nos verò, quod, maximè dolendum est, vbi vel vnum opus sanctum aut pium facimus, statim defficimus, & fatiscentes, aliquandò bonū quod cœpimus relinquimus. Pudeat nos fratres, verbum hoc audire. Saulus adhuc spirans minarum. Id est, cum plurima operatus esset mala contra ecclesiam domini, defatigatus non est, sed feruore iniquo, quasi nil mali intulerit christianis, roborat & diaboli versutia fretus, nouas cædes appetit, nouasque technas parat, quibus magnam stragem populo Christiano inferat. Attendite charissimi, quā immani labore impij excrucientur. Contritio & infœlicitas in vijs eorum, & viam pacis non cognouerūt. Nō est timor Dei ante oculos eorum. Nēpè, si tempus adesset, singula explicanda erāt. Sat sit, peccatorē quēpiā verbis hiscè, tāquā natiuis coloribus vidisse depictum. Interno cruciatur dolore, infœlicitatē suam secū deferūt, dū delictis & affectib⁹ suis prauis inseruiūt. Et tādē pacis cōsciētiae expertes sunt, qua nil dulcius suauius ve, in hac vita adinueniri potest. Nōne viri iniqui, præ-

*Nota.*

*Psalm. 13.*

P ludium

### Declamatio tertia

Iudium quoddam inferni adhuc in corpore viuentes habent? in inferno dolor vehemens dānatos torquet, in fœlicitatem horribilem habent, tūm ex demonum terribili visione, tūm ex aliorum damnatorum consortio, tū denique quia desperatione quadā afflicti, pœnas illas se daturos in perpetuum haud dubitant. At qui viri iusti magna afficiuntur voluptate, virtutem sequentes, ita vt apostolus clamet. Gloria autem, honor, & pax, omni operanti bonum. De iniquis verò quid paulò superius dixerit? equidē saltim quatuor mala eos possidere ostēdit. Ira, indignatio, tribulatio, & angustia, in omnem animam operantis malum. Videtis quām praeposterè se habeant impij, & nihilominus in patrandis sceleribus perseverant. Nos, vt vxor Loth, retrorsum aspicientes, in virtute minimè subsistim⁹. Quin potius sicut de filijs Efren regalis vates, ait. Intendentes & mittentes arcum, conuertimur in die belli. Quod est dictu. Militia & tentationis certamine instante, terga damus, & vecordes facti succumbimus. Non ita fratres mei posthac faciamus, scientes, quoniam non coronabitur, nisi qui legitimè certauerit. Et dominus in euangelio. Qui perseverauerit vsque in finem, hic saluus erit. Observandum verò

Rom. 2.

Genes. 19.

Matt. 10.

### In Conuersione Pauli. 114

verò magnopere est, quod mirabile donum perseverantiae in bonis non nisi à Deo optimo nobis contingit. Non solum datum est vobis, vt in illum credatis, sed vt pro illo patiamini, inquit, apostolus. Hinc Diuus Augustinus. li. de perseverantia. Afferimus donum Dei esse perseverantiam, qua vsque in finem perseveratur in Christo. Sanct. Tho. s. Th. 2. 2. 2. 2. quæst. 137. art. 4. Vnde perspicuum est, quanta humilitate nos deceat orare Deum, vt donum perseverantiae nobis impertiat. Saulus in scelere suo persistēs, nos in virtute perseverare edocet. Quippè qui mordicus suā legem tenēs, & si per Salvatorem sã euacuata, leonis in morem flammis ignis spirabat, minas atque mortem contra fideles iactabat. Quas ob res se continere nō potuit, quominus ad exteras ciuitates pergeret. Ideò sequitur.

*¶ Accessit ad principem sacerdotum, et petijt ab eo epistolas in Damascum.* Text.

*¶ Ecce, funesti atque cruēti odij insignia palā apparēt. Nullo fugebatur magistratu Saulus, vt ratione officij sibi incūbētis orthodoxos exterminaret, sed priuat⁹ id suscepit. Libertas ei⁹ cōspicua est, eòq; nullatenus iuss⁹, aut iudicis præcepto coactus, quin impetu*

Nota.

### Declamatio tertia

pōtaneo excitatus de strage fideiū tractat. Quid, quòd nō disputatione rē aggreditur, quū ad pedes doctissimi Gamalielis nutrit⁹ foret, & literis sacris apprimè eruditus, quē admo. lū ore suo ipse profitetur? in quibus omnibus videre licet, ardorē & zelū, vt pulchre adnotat Chryostomus. O ignauiam, o torporē nostrū insignē, vix prælatorū iussu cogente, ad ea quæ suapte natura bona sunt excitamur, cū pigro illo dicentes. Leo est in plateis, occidēdus sum. Et iterum. Leo est in via, & leena in itineribus. Sicut ostiū vertitur in cardine, sic piger in lectulo suo. Verū perpulchra comparatio hæc, de sidiā hominis pigri exactè deliniat. Nō ergo torpore aliquo Saulus laborabat, non leonē irruētē timebat offendere in via Damasci, sed feruido accedēs affectu, vltra nea sua volūta te hoc opus, vtpotè laboriosum, & satis periculosum accepit. Sanè qui aliū persequitur in corpore, prius persecutionē ipse patitur in corde, Beato Aug. teste. Mirabile dictu, nō modò in præcipuos, sed p̄miscuè in omnes tū viros, tū etiā foeminas grassaturus venerat, quia cōtra omneis Christi electos leonis instar sequebat. Nō sexui, nō etati cui piā parcēs, omniū sanguinem valde sitiebat. Id quod Saluator mūdi quā optimè sciēs, dilectis

S. Chryso.

Prob. 20.

### In Conuersione Pauli. 115

etis apostolis, retro dieb⁹ multis reuelarat. Venit hora, inquit, in qua omnis qui occide rit vos, arbitretur se obsequium præstare Deo. Sed hæc faciēt vobis: quia nō nouerūt patrē, neq; me. En Iudæorum inscitia, causa fuit, ob quā orthodoxos insectabātur, non autē quòd aliquid mali ipsi patrarēt, & ideò beati, quia propter Christi nomen aduersa quæq; obire decreuerūt. Cæterū vincōs in Hierusalē conabatur fideles ducere, vt inibi atrociores pœnas, & exquisita obirēt tormē ta. O mūdi huius execrādā demētiā, qui mille peccatorū suorū vinculis irretitus erat, li bero ambulabat gressu, & innoxij fideles ferreis catenis vinciebātur. Alludit ad illud nequissimi regis Herodis, quippè qui vt licētiosius suæ libidini vacaret, sanctificatum Ioānē & præcellētē præcursorē domini, in carcerē misit. Enimuerò tā iudex qui epistolæ Saulo vltro cōcessit, quā ipse qui eas acceperat, multimodis delictorū suorum laqueis cōstringebātur. Alioqui ppheta regalis nō diceret. Funes peccatorū meorū circumplexi sunt me. Et in Prouerbijs Salomō, ait. Impi⁹ funibus peccatorū suorum cōstringitur quæ sanè vincula adeò ærea sunt, vt nul latenus quis frāgere queat, gratia summi numinis defficiēte. Quā ob causam Sāson qui

Ioan. 16.

Nota.

Psal. 118.

Prob. 5.

Figura.

Declamatio tertia

facile vincula, quibus eū valida alligauit frā  
gēs, tonso autē capite, & spiritu Dei amisso,  
fragilis factus, ab infestatoribus suis miserē  
comprehensus ducitur. Huc pertinet illud.

**Psal. 115.** Dirupisti domine vincula mea, tibi sacrificabo  
hostiam laudis. Perinde dicat. Haud mea  
propria virtute scelerū meorū laqueos cō-  
frangere potui, sed ope tua dñe qui potens  
es, vincula plusquā aerea delictorum cōmi-  
nuere valui. Dicēte ac iure te asserēte. Per-  
ditio tua Israel ex te, auxilium tantū tuum  
ex me. Ecce quā perspicuē apparet, quod  
theologi aiunt, neminem suis viribus posse  
à peccato exire. Sed opus habet liberū arbi-  
triū summi Dei gratia. S. Th. 1. 2. q. 109. art.  
7. Quod sanē breui verbo Saluator noster  
expresit dicēs. Sine me nihil potestis face-  
re. Erat igitur Saul internē tot vinculis ad-  
strictus, quot peccata cōmiserat, quæ planē  
euadere nequiuisset, nisi Christo Iesu vocante,  
& in eo magna & mirabilia operante.

**Text.** ¶ Et cum iter faceret, contigit ut appropinquaret  
Damasco. Et subito circumfulsit eum lux de caelo, et  
cadens in terram audiuit uocem de caelo dicentem sibi.  
Saul, Saul, quid me persequeris?

¶ Nō ut mea sentētia fert, uesanus princeps  
moras traxit, Saulo epistolas hascē poseēte,  
sed subinde manus eius cruēta calamū arri-  
puit

In Conuersione Pauli. 116

pult aduersus innocentes fideles scribens.  
Profectō simili socuitia ambo laborabant, &  
ideō veloces erant pedes eorum ad effundē  
dum sanguinem, sicuti propheta Dauid cō-  
cinit. O si reges, & prēlati, nec nō & prēfides,  
solicite eos qui negocia habent expedirēt,  
potissimē pauperes quos graui inopia affe-  
ctos uident, in domos suas breui admodum  
mitterent. Vesanus sacerdos statim Saulo  
quod poscebat impertiuisset, quidni nostri iu-  
dices fidelibus suo ministerio fungētes hoc  
ipsum impertiant? Equidem apostolo testā-  
te, inuicem simus membra oportet, alioqui  
legem Christi adimplere nō possumus. At-  
tēdite fratres mei obsecro, alterum gigantē  
Goliath, armis horēdis cōmunitum, literis,  
& auctoritate summi pōtificis fretū, magno  
satellitio stipatū, flammis ignis ore suo im-  
probo spirātem. Nō planē lento gradu ince-  
debat, sed festino gressu ambulabat, anhele  
exestuans affectu funditus Christi Iesu di-  
scipulos uolens perimere. Sicque deuentū  
est propē ciuitatem Damascenorum. Vbi  
uerus Dauid manu fortis aduersarium suū  
expectabat, quem iaculo uino, seu lapide per-  
cutiens, gloriosē prostrauit. Nō spiculo æ-  
reo eū percussit, sed miro radio lucis ex alto  
descēdēte, illum circumfulsit. Vnde Lucas ait.

*Psal. 13.*

*1. Re. 17.*

*Figura.*

Declamatio tertia

**Text.** *Contigit ut appropinquaret Damasco,  
& subito circumfulsit eum lux de caelo.*

**Collatio.** ¶ Sanè fratres, lux seculi huius, honor, o-  
pes, & alia id genus, non illuminant mentes  
nostras, sed potius excæcat. Est profectò  
mundi candor, & lux, fulguris instar, cuius  
radius, obtutus nostros obscurare solet, ci-  
**Esa. 40.** tò trãsiens. Omnis caro fœnũ, & omnis glo-  
ria eius quasi flos fœni. En quam fallax, quã  
que fugax mundi honos suapte natura est.  
Flore fœni, quid fragilius? quid vè inanius? at  
contra lux cœlica corda internè illuminat,  
animam nostram vehementer decorat. Ob-  
seruandũ quã sit ingēs summi numinis cle-  
mētia erga peccatores. Ea quidē est quæ im-  
probis metas præfigit, ne ultra in viam suã  
nequã procedãt, & opportunè electos suos,  
**Mala. 4.** ab eorum manibus eripit. Usque ad Baby-  
lonem venies, ibi liberaberis de manu inimi-  
corum tuorum. Babylon, id est, confusio, in-  
terpretatur, nam ibidem confusæ sunt lin-  
guæ eorum, qui frustra turrim construere  
cœperũt, quæ nubes tãgeret. Etenim multi-  
tudo scelerũ altera Babylõ est, ad quã Christus  
alto suo iudicio quosdã deuenire sinuit. Quod  
videre est in publicano Mattheo, & peccatri-  
ce Magdalena. In quib⁹ vbi abundauit delictũ  
supera-

In Conuersione Pauli. 117

superabundauit & gratia. Expectat vos **Esa. 30.**  
Deus, ait Esaias, vt misereatur vestri, & exal-  
tetur in vobis. Allusio est ad illud Petri. Nõ  
tardat dominus, sicut quidam vestrum exi-  
stimant, sed patienter agit, nollens aliquos  
perire, sed omnes ad pœnitentiam reuerti. **2. Pet. 3.**  
Singula annotatione dignissima sunt, sat  
fuerit illud Pauli contra pigros peccatores  
recensere. An diuitias bonitatis Dei, & pa-  
tientia, & longanimitatis contemnis? Igno-  
ras quoniam benignitas Dei, ad pœniten- **Rom. 2.**  
tiam te adducit? Secũdũ autem duritiam  
tuam, & impœnitens cor, thesaurizas tibi  
iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij  
Dei, qui reddet vnicuique iuxta opera sua.  
O mira & vehementer miranda munificen-  
tia Dei, quippè quæ sic sceleratos homines  
expectat, rogat, & quauis hora ad ostium  
cordis eorum pulsare non cessat. Donec vel  
ad Babylonem deuenientes, & nimio deli-  
ctorum suorum pondere oppressi, surgere  
vellint, nouam atq; cœlicam vitam inchoã-  
tes. Dum appropinquaret Damasco Sau-  
lus, dominus misertus est ei. Ecce Balaam in **Iudi. 4.**  
via qua incedebat vt malediceret populo  
domini, angelus apparuit, & cadens in ter-  
ram dolore pedis afficitur. Quam ob rem  
non maledicta iniecit populo Israel, sed

### Declamatio tertia

contra benedictionibus multifariè Hebraei cum populum honorauit. Ad eundem modum Saulus qui aduersus orthodoxos barbarica scœuitia anhelabat, in via prostratus, iam fidelis efficitur, & partem Christi Iesu tuetur, affirmans in synagogis, quoniã hic est filius Dei, verusque mundi Saluator.

*Nota.* Agnosce frater quàm sitingens donum altissimi, dum tibi apparet in via praua, qua ambulas prosternens te ne ampliùs delinquas. Enimuerò ubi honorem mundi amittis, quo turgebas, fratres tuos spernens, ubi inopia cruciaris, & infirmitate valde laboras, inexhaustas grates reddere Deo te oportet, eò quòd peccandi facultatem misericorditer abstulit. Ego sepiam viam tuam spinis. Signanter ait, tuã, hoc est, quia iter meũ, quo in coelum itur contempsisti, & viam Ægypti, quæ ad barathrum ducit elegisti, eam ob rem spinis, & calamitatibus eam sepiam, ne forte pereas. Itaq; quando Saulus Damasco appropinquabat, quando plus ferociebatur, & ampliùs vindictæ hiniabat, tũc lux è coelo emicuit super eum.

*Text.* *¶ Subitò circumfulsit eum lux cœlica.*

*¶* Iure optimo luce vallatur, vt præsentia eius palàm fiat, qui lucem habitat inaccessibilem.

### In Conuersione Pauli. 118

bilem. Deus utique lux est, & tenebræ in eo non sunt vllæ. Quin & Saluator noster lux vera est, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Equidem mundus fallax, & princeps eius satan, non armis lucis sed tenebrarum pugnat, & suos vincit. Quod videre est in casu misero Eue, quam iaculo mendacij sauciauit. Eritis sicut dii, scientes bonum, & malum, ait callidus hostis. Itaque si aliquando se in angelum lucis mendax & pater mendacij transfigurauerit fucovirtutis scelus abscondens, eam ob rem id facit, vt faciliùs decipiat, & magis subdolè noceat quos tentat. At Deus optimus, vtpotè æterna veritas, sicut falli non potest, ita neminem decepit vnquam. Quid, quòd suapte natura lux est, sic lucis amator ubique comprobatur? Antequàm quicquam crearet rerum visibiliũ lucem fieri præcepit. Fiat lux, ait, & statim facta est lux, nam post lucem, firmamentum, sol, & luna, & stellæ, cæteraque omnia facta sunt. Ad eandem imaginem in conuersione peccatoris tonat omnipotens. Fiat lux, quippè quæ intellectum illuminet, voluntatem inflamet, memoriã excitet, vt suæ salutis memor homo lachrymis pristina delicta diluat, nouam & cœlicã inchoet vitã.

Mira

Ioan. 1.

Gene. 3.

Gene. 1.

Declamatio tertia

- Exod. 13.** Mirares, non absque luce populum è tenebrofa Ægypto eduxit, columna ignis Hebræos præcedebat. Stella Magos ab Oriente perduxit, quò reges radiante sydere stellam illam matutinam, sole ipso perlustrantem incunabulis adorarent, quid multis immoror? Lux cœlestis circumfulsit rudes pastores, teste Luca. Vbi angelus mirabile & à seculis nūquam auditum natiuitatis Christi arcanum nunciauit. Qui ergo sese mirò lucis spiculo, mundo ostendere dignatus est, is apparet in via Saulum luce sua circumuallauit. O Iesu bone, & nostri amanti fime, cernui te depræcamur, & cum Psalmo grapho rege totis medullis cordis oramus.
- Psal. 42.** Emitte lucem tuam & veritatem tuā. Quid lux isthæc, & veritas, nisi fauor, & auxilium est pijs hominibus promissus à Deo? Hac luce & veritate, profectò calamitatum, & errorum omnium caligines depellentur, mentis oculi magnopere illuminantur. Imò lux Dei splendidissima, spiritus sanctus est, cuius sempiterna comes comprobatur. Salvatore dicente. Cum venerit ille spiritus veritatis, qui à patre procedit, docebit vos omnem veritatem. Nimirum, nisi cœlestis hæc lux in hoc difficili, & periculoso vitæ cursu præluceat, & nobis cæcutientibus iter veræ pietatis

In Conuersione Pauli. 119

pietatis ostendat, semper in maximis tenebris versamur, & falsa pro veris amplectentes, longissimè à via quæ ad æthera ducit aberramus. Quas ob res, orationi instandū est, & indefesse clamandum. Domine emitte lucem tuam & veritatem tuam. Sit splendor domini super nos, & opera manuum nostrarum dirige super nos. Quando quidem eos foelices dixerim, quorum corda ubique splendore augustissimi numinis illustrantur, & perinde atque solis radio, terræ vapores eleuans, lux illa cœlestis electorum suorum viscera liquefacit, & cogitatus omnes, & affectus, sursum rapit. Adeò vt cum sponsa qui huiusmodi est acclamare valeat. Dilectus meus mihi & ego illi. Et iterum. Annunciate dilecto meo, quia amore languedo. Sed iam tantæ tamque mirificæ lucis energiam, paulisper intueamur.

*Psal. 89.*

*Cant. 2.*

*Text.*

*Et cadens in terram, audiuit vocem dicentem sibi. Saule, Saule, quid me persequeris?*

¶ Lux utique cœlestis eum prostravit, vt ex Saulo superbo, Paulum humilem efficeret. Ego sum minimus Apostolorum, qui non sum dignus vocari Apostolus, inquit ipse,



### Declamatio tertia

ipse, postquam cecidit in terram. Equidem tam est mirabilis virtus, humilitas, ut nisi coelitus nobis data fuerit, nostrapte virtute eam consequi non possimus. Idcirco luce coelica opus habemus, qua fragilitatē nostrā, & summi Dei maiestatem penitus agnoscere possimus. Sat sit, ut huius eximiae virtutis laus omnibus sit conspicua, illud Saluatoris ob oculos habere. Omnis qui se exaltat humiliabitur, & omnis qui se humiliat exaltabitur. Quod planē tamen in lucifero, quā in primo parente Adamo compertū est. Nimirum ut magnanimitate indigemus, quae nos ad prosecutionem magnorum impellat, ita humilitate opus habemus, quae temperet ac frānet animum, ne immoderatē tendat in excelsa. S. Tho. 2. 2. q. 161. ar. 1. Humiliatur in via Saulus, ut vas electionis sit, abundantiusque summi Dei gratia, quo vis balsamo meliore repleatur. Denique qui quondam, ut liberaret populum suum, equum & ascesorem proiecit in mari rubro. Is, ni fallor, ut orthodoxos suos, quippe quos cruore suo sacro redemit eriperet, Saulum saeuientem, & barbarica feritate debaccantem potenter prostravit. De hoc cruento persecutore perpulchrē diuus Augustinus exponit illud Genesios. Benjamin lupus rapax.

Mane

### In Conuersione Pauli. 120

Mane capiet praedam, & ad vesperam diuidet escas. Erat quidem Saulus ex tribu Benjamin, & instar lupi ferocissimi oues Christi rapiebat, alligabat, & dilacerabat, priusquam Christum Iesum agnosceret. Nihilominus postquam vas electionis factus est, escas spirituales diuisit, per omnia ferē mundi climata praedicans Christum Saluatorem mundi fore. Quin ut olim Samson iter agēs vt sponsam suam visitaret, leonem obuientem interfecit, & extra viam dimisit, in cuius ore fauum mellis adinuenit. Ita dominus ē cœlo descendens, inuisere volens suā dilectam sponsam ecclesiam vehementer afflictam, irruit in Saulum, quem sic veterem hominem in eo enecauit, ut ipse ore suo audeat profiteri. Viuo iam non ego, viuit autem in me Christus. Videte obsecro iam in ore leonis mortui fauum mellis mirabilem, quem nos vsque hodiernam diem degustamus, & ad seculi huius finem fideles omnes edent. Legite epistolas illius omni mellita dulcedine plenas, & admirantes dicere poteritis. De comedente exiuit cibus, & de forti egressa est dulcedo. O mirabilem Saluatoris pietatem, nedum luce sua, hostem suum vallauit, sed insuper eum alloquutus est dicens.

¶ Saule

Luc. 18.

S. Th. 2. 2.  
q. 161.

Exo. 15.

S. Augus.  
ser. conuer.  
Pauli.

Gene. 49.

Figura.  
Iudi. 14.

Gal. 2.

Iudi. 14.

## Declamatio tertia

**Text.** *¶ Saule, Saule, quid me persequeris.*

¶ Mirabile dictu, non horret mansuetus agnus nomē persecutoris, nec Iudæ traditoris nomen odio habuit, sed ait. Iuda osculo tradis filium hominis? Eadem lenitate prothoplasto, dominus post flebilem cassum dixit. Adam, Adam, ubi es? Nos autem contra dum aduersus quempiam irascimur, eū nominare vel maximè horremus. Vnde Sapiens stupefactus inquit. Homo homini seruat iram, & à Deo quærit medellam? Saule, Saule, quid causæ subest, vt patrem tuum tam benemeritum, redemptorem, ac gubernatorem tuum, persequi vellis? Alludit hoc ad illud. Popule meus, quid feci tibi aut in quo molestus fui? respōde mihi? quia eduxi te de terra Ægypti, & de domo seruitium liberauite? & misi ante faciem tuam Moysem, & Aaron, & Mariā? Popule meus memento quæso, quid cogitauerit contra te Balach rex Moab. Ecce qui omnipotens est, qui aduersarios suos terra dehiscēte poterat penitus delere, vti de Dathan & Abiron, memoriæ proditum est, quærimoniam facit, vt mellitis verbis pectora adamantina impiorum emolliat. Nec non ob oculos plurima beneficia eis impēsa depingat, gratosq;

## In Conuersione Pauli. 121

tosq; hoc mirabili artificio reddat. Obseruandum, quòd non ait. Quid meos fideles persequeris? Cur oues meas sic immaniter dilaceras? Sed quid me persequeris? Nempe, fratres, caput pro membris suis loquitur. Ipse est caput nostrum nosque membra eius. Nonne lingua nostra in ore est, & si quis vel minimum pedis nostri digitum conculcat, ipsa vociferatur, & clamat. Quorsum conculcas me? Ad eandem imaginem Christus Iesus ad dexteram patris in cœlo sedens, calamitates piorum agnoscit, & eis misertus cōtra infestatores clamat. Quid me infestare conamini? Quippè, qui tangit electos meos, tangit pupillam oculi mei. En quàm tenerè suos orthodoxos diligit Deus, quos ad imaginem suam creauit, & regni sui participes effecit. Cæterum ijs verbis Christus subindicat, tam dignitatē præcellentem, quàm robur sacri euangelij. Verū qui fideles stultè infestat, hostem habet regem omnipotentem. Rursus, qui persecutionē patitur filiū Dei sociū habet, habetq; vindicem. Vnde ipse ait. Mihi vindicta, & ego retribuam eis in tempore, vt labatur pes eorum. Sed iam verba hæc, ex ore Saluatoris quiuis peccator attētius audiat. Saule superbe, orthodoxe, qui sacro baptis-

**Collatio.**

**Zach. 2.**

**Deut. 32.**

**Dogma.**

q            matis

Declamatio tertia

matis vnda ablutus es, & candorem innocē-  
 tiæ induisti, & vestem nuptialem gratiæ ē  
 manu mea suscepisti, quid me persequeris?  
 Cur pauperes pro tua virili opprimis, quos  
 ceu fratres diligere, atque subleuare omni  
 solertia tenebaris? Quade causa mandata  
 mea, tam salubria, tanquam iusta postha-  
 bes, diaboli, & carnis foetidæ legibus obtem-  
 perans? Superbe nomine sub cruce humilia-  
 tum me aspicias, quid superbis terra & cinis?  
 Eccles. 10. Auare inique, quando me nudum in cruce  
 pendentem intueris, quare diuitijs fallaci-  
 bus inijas? O stultē qui more pecudum ha-  
 beras luxare voluptatibus non erubescis,  
 vbi ex facerrima virgine natum me inspi-  
 cis, & flagris à planta pedis vsque ad verti-  
 cem sauciatum pro salute tua contempla-  
 ris? Noli posthac esse sicut equus & mulus,  
 quibus non est intellectus. Denique quis-  
 quis malè agit, & Christi Iesu legem sper-  
 nit, is eius persequutor est. Exclamat diuus  
 Bernardus, & meritò vociferatur. Hēu do-  
 mine, quia illi in persequutione tua primi  
 sunt, qui in ecclesia principatum diligunt,  
 atque tenent. Hūc attinet quod Propheta  
 scripsit. A Prophetis Hierusalem egressa est  
 pollutio super omnem terram. Et rursus cō-  
 tra pastores dominus ait. Vos dispersistis  
 gregem

Eccles. 10.

Psalm. 31.

Jer. 23.

In Conuersione Pauli.

122

gregem meum, & eiecistis eos & non visita-  
 stis eos. Ecce ego visitabo super vos. Nunc  
 verò quid Saulus voce illa audita responde-  
 rit audiamus.

*Domine quis es tu?*

Text.

¶ Non abs re dñm appellat eū, cuius maie-  
 statis virtutē iā sentiebat. Vel dñm eū vocat  
 profitēs se esse seruum illius, vt beato Chry-  
 sostomo placet. Quis es dñe? En ignotū per-  
 sequebatur, & nesciēs Christū, fideles infe-  
 stabat valde. Vnde ipse inquit. Ignorans fe-  
 ci in incredulitate, & ideò misericordiam cō-  
 sequutus sum. Vēh nobis, quia credentes,  
 & filiū Dei ore & corde profitentes ipsum  
 impudenter offendimus, & operibus malis  
 persequimur. Filios enut. iui & exaltaui,  
 ait dominus, ipsi autem spreuerunt me.  
 Non exteri aut barbari tantum me sceleri-  
 bus suis afficiunt, sed quod grauius est ac  
 sceleratius: filij mei quos lacte matris doctri-  
 næ nutriui, & manna coelesti, hoc est cor-  
 pore meo, & sanguine pauī, ij manda-  
 ta mea vilipendentes, me ipsum spernere  
 non verentur. Videre hūc licet veluti San-  
 ctus Bernardus notat, quomodo Paulus in  
 ipsa sua conuersione tentatus sit, & mi-  
 tis atq; humilis compertus. Triplicel quidē

Esa. 10.

S. Bernard.  
ser. 1. con-  
uers. Pauli

q 2

arrete,

### Declamatio tertia

ariete nostra mansuetudo pulsatur. Verborum iniurijs, damnis rerum, corporis læsione. His tribus, omnis patientiæ exhibitio apparet. Sic Iob nedum iacturam rerum, & corporis læsionē maximā sustulit, sed etiam amicorum suorum probris vehementer læsitus fuit. At qui, Paulus redargutus à domino, persecutor vocatus est. Insuper prostratus in terram corruit, & oculorū lumen amisit. Quæ omnia equanimiter ferens, ita modestè loquutus est, vt dominum vocaret Iesum. Non ita contigit versuto Pharaoni, sed post tot flagella ait. Dominum non noui, & Israel non dimitto. Eam ob rem, induratum est cor eius, & pœnas commertitas luens, in mari submersus obiit. Vêh illis, qui domino percutiente, & flagellante dicunt. Flagellauerunt me & non dolui, traxerunt me & ego nō sensi. Talis namq; vti Sapiens paulò ante præmiserat, velut dormiens in medio mari, amisso clauo, est. Et quasi sopitus gubernator. At contra foelicem illum dixerim, qui quauis calamitate urgente cum Dauide clamat. Ad dominum cum tribularer clamaui, & exaudiuit me. Talis fuit Paulus, quippè qui, prostratus in terrā, subinde dixit. Quis es domine? Perinde dicat. Bonum mihi quia humiliasti me,

vt

Exo. 5.

Pro. 23.

Psal. 21.

Psal. m.

### In Conuersione Pauli. 123

vt discam iustificationes tuas. Cæterum clementiæ parens Saluator, Paulo interroganti, respondit.

¶ *Ego sum Iesus Nazarenus, quem tu Text. persequeris, durum est tibi contra stimulum calcitrare.*

¶ Nomen suum mellifluū, & omni suauitate refertum Saluator non tacuit, vt dulcedine tam præcellentis nominis cor eius allectaret. Est planè nomen hoc benedictum super omne nomen, quod pater cœlestis ei dedit. Adeò vt paranymphus Gabriel, sacer rime virgini Mariæ dixerit. Vocabis nomē Luc. 1. eius Iesum. Et rursus beato Ioseph angelus apparuit dicens. Vocabis nomen eius Ie- Matth. 2. sum: ipse saluum faciet populum suū à peccatis eorum. En angelus pulchrè explicat virtutem eximiam, huius sacerrimi nominis. In eo planè sita erat totius mundi salus. Sicut scriptum est. Non est aliud nomen da Acto. 4. tum sub cœlo, in quo oporteat nos saluos fieri. Sed de ijs in festo circuncisionis latius tractauimus. Annotandum magno opere hic est, quòd non ait. Ego sum filius Dei altissimi, verbum patris, in quo omnia facta, & per quem cuncta subsistunt. Non,

q 3 inquam,

### Declamatio tertia

Inquam, sic affatus est, sed nomen saluti-  
ferum, in quo omne genu flectitur, tam in  
coelo quam in terra, & in subterraneis. Ait  
ergo. Ego sum Iesus Nazarenus, hoc est.  
*Nota.* Ego Saluator mundi sum, ego quem in  
Prophetis sæpe legisti. Quoniam Nazare-  
us vocabitur. Nec cum hominibus dum-  
taxat certamen habes, sed insectatio tua  
potissimè contra me est. Equidem ad di-  
gnitatem & apostolicam functionem de-  
cebat, ut Christus qui alios Apostolos de-  
legit, Paulum ipse vocaret. Itaque non in-  
ferior fuit Paulus alijs Apostolis in hac par-  
te. Tametsi ipse modestè, ac humiliter de  
se sentiens dicat. Ego sum minimus Apo-  
stolorum, qui non sum dignus vocari Apo-  
stolus, quoniam persecutus sum eccle-  
siam Dei. Et alibi, sese abortiuum appellat.  
Et est allusio ad illud, quo & filius prodi-  
gus patri suo benemeritò dicebat. Non  
sum dignus vocari filius tuus, fac me si-  
cut vnum de mercenarijs tuis. Quod autem  
dominus addidit, durum est tibi contra sti-  
mulum calcitrare, ob id dictum est, ut iuba-  
re ipso lucidius appareat, hostilia bella con-  
tra ecclesiam Romanam excitantes, non tã  
fideles lædere quam se ipsos. Itaque suo ma-  
gno malo, tam turcæ quam neochristiani,  
totis

Luc. 18.

### In Conuersione Pauli. 124

totis nisibus conantur, ecclesiam sponsam  
filij Dei funditus euertere. Stat verbum il-  
lud ex ore Saluatoris depromptum, stabit-  
que ad finem vsque seculi. Portæ inferi  
non præualebunt aduersus eam. Fieri enim  
non potest, ut homunculi, & vermiculi hu-  
mi reptantes, sanctam ecclesiam extinguant,  
cuius sponsus, & protector, omnipotens  
filius Dei est. De quo in Apocalypsi scri-  
ptum est. Vicit leo de tribu Iuda. Nempè,  
qui tot probra, & cruciatus pertulit, ut  
agnus mansuetus, is ipse resurgens, glorio-  
se vicit eum, qui mortis tenebat imperium,  
mundum penitus prostravit, & nobis victo-  
riæ suæ trophæa reliquit. Nonne quisquis  
mundo, diabolo, & carni obtemperat, cõtra  
stimulum calcitrat, & sibi lethale vulnus  
infert? Quando quidem improbus, quot sce-  
lera committit, tot vulneribus animam suã  
fauciat. Alioqui regalis citharædus nõ in-  
gemiscens clamaret. Putruerunt & corrupte  
sunt cicatrices meæ, à facie insipientiæ meæ.  
Et de quouis peccatore Esaias ait. A planta  
pedis vsque ad verticem, non est in eo sa-  
nitas. Ecce quo dementiæ impius deuenit,  
peccato peccatum addens, & sceleri scelus  
adiungens. Nam se ipsum vulnerat & in-  
quitatis suæ gladio, veluti alter rex impius

Matth. 16.

Apo. 5.

Esai. 1.

### Declamatio tertia

Saul sese interimit. O stulti, aliquando sapite, satis durum vobis est, contra iaculum calcitrare, ne obsecro posthac perperam agatis, sed cum Saulo procliui genu dicte.

*Text.* *Domine quid me vis facere?*

¶ Quod quidem tremens ac stupens ille dixit. En ex Saulo turgido factus est Paulus humilis, atque obediens. Equidem ille qui magnus est, & laudabilis nimis, qui que paruulus ex virgine sacrosancta prodijt factus homo, & datus nobis, ille, inquam, ex Saulo superbo, sua mirifica virtute, humilem Paulum fecit. Nonne hæc stupenda mutatio dexteræ excelsi est? Verum illius potentia est, peccatorem conuertere, cuius est orbem vniuersum ex nihilo creare. Imò peccatoris conuersio maius opus est, quam creare cælum & terram, Diuo Augustino teste. Ratio, quia in creatione mundi nihil erat, quod diuinæ voluntati resisteret. At in conuersione peccatoris, est gigas fortissimus obsistens, videlicet, liberum arbitrium hominis, cui secundum legem, Deus optimus insigne dedit privilegium, vt dñs sit actuum suorum. Iuxta illud. Deus ab initio constituit hominem, & reliquit cum

*S. Augus.*  
*in Ioann.*

*Eccles. 15.*

### In Conuersione Pauli. 125

eum in manu consilij sui. Adiecit mandata, & præcepta. Et paulo post. Apposuit tibi aquam & ignem, ad quod volueris porrigere manum tuam. Ante hominem vita & mors, bonum & malum, quod voluerit dabitur ei. Ecce lutheranorum error pessimus, verbis ijs funditus labefactatur. Sanè nisi homo libero arbitrio esset decoratus, iumentis ipsis similis foret. Ad hæc, cælum aut terra sua pte natura semper manebunt in suo esse. Peccator verò ex filio diaboli per gratiam iustificantem fit Dei filius, & hæres vitæ æternæ. videtis quam sit maius opus conuersio impij, quam cœli & terræ creatio. Nos itaque fratres, in quibuscunque actibus, voluntatē Dei consulamus oportet, dicentes. Domine quid me vis facere? nec non cum regali vate clamemus. Dñe ad te confugi, doce me facere voluntatē tuā, quia Deus meus es tu. Et alibi. Paratum cor meum Deus, paratum cor meum. Id est, non modò ad prospera, sed ad quæcunque aduersa paratus sum. Fac quod tibi placuerit cū seruo tuo. Huc tendit quod dominus noster Christus in horto deprecās patrem dixit. Non mea voluntas sed tua fiat. Vbi nulla voluntatum contrarietas fuit. Voluntas vt libera, passionem imminētem volebat, voluntas vt natura, pati horrebat.

*Contra hereticos.*

*Psalm. 143.*

q 5 Sanct.

Declamatio tertia

S. Th. 3. p. q. 18. ar. 6. Nec mirum si aliquando, calamitate aduentante, hoc ipsum contingit nobis, quod tū de beata virgine, tam etiā de Salvatore nostro legimus. Offeramus Christo donū hoc satis sibi gratū, voluntatē, quæ est regina animæ & potentis cæteris imperat sponte ei demus, quo sacrificio nullum maius. Sed meritò beatus Bernar. exclamat. O quam pauci cū Paulo corde & ore dicunt. Domine quid me vis facere? At contra, plerique vt cæcus ille à suo prælato audit. Quid vis vt faciam tibi? Heu quia plures cæci habemus imitatores, quàm Pauli. O quāta est domini miseratio, siccinè serui voluntatem rogat quoniam eius agnouit infirmitatem, & ruditatem.

Text. ¶ *Ingrederere ciuitatem, & dicetur tibi quid te oporteat facere. Viri autē illi qui comitabantur cum eo stabant stupefacti. Audientes quidem vocem, neminem autem videntes.*

¶ Mirabile dictu, nō in via qua ambulabat, voluntatem suam Saluator palàm fecit, sed ad ciuitatem eum mittit, vt ibi erudiatur, & sapientia cœlesti repleatur. O miserandam hære-

In Conuersione Pauli. 126

hæreticorum insaniam, extra ecclesiam Romanam nihil est, nisi mera tenebra, & ignorantia. Extra arcam Noe nihil viuere potuit, quæ sanè teste Beato Petro ecclesiæ sancte typum gerebat. Si ergo voluntatem Christi Iesu scire cupiunt, tã infideles quã hæretici ciuitatem ingrediantur quã primum, ad vnitatē Romanæ ecclesiæ veniant alioqui cecutientes peribunt. Vidi ciuitatem sanctā Hierusalem descendētē de cœlo, à Deo paratā & sicut spōsam ornatā viro suo. Et claritas Dei illuminabat illam, & lucerna eius est agnus. Ecce quibus præconijs, euehenda est sacrosancta Romana ecclesia. Equidem è cœlo descendit, non vt Babylon de cœlo cecidit. Vidi satanam tanquã fulgur de cœlo cadentem, ait dominus. Et in Apocalypsi. Cecidit, cecidit Babylon ciuitas illa magna, & facta est habitatio dæmoniorum. At cōtra nostra ciuitas ex cœlo descendit, rursus illuc ascēsurā, cum sponso suo Christo. Deinde ornata omniū charismatum donis descēdit, planè rex Assueus ornamēta omnia, dedit Hesther, nā ipsa inops erat. Denique lucerna eius agn<sup>9</sup> Dei est, qui tollit peccata mundi. En quid sacramenti habeat verbum hoc. Ingrederere ciuitatē, & dicetur tibi quid te oporteat facere. Sub hæc, viri qui cum

Petrus.]

Apo. 21.

Apo. 14.

Figura.

Declamatio tertia

**S. Chryf.** cum Saulo erant vocē Pauli audiebant, non Christi, ceu Chrysoftomo placet. Non utiq; credidissent, quāuis Saluatoris vocē audissent. Itaq; neque lucem illam coelicam videre meruerunt, neque mellitam vocem tonātem, audierunt, ego sum Iesus Nazarenus. Quod autem Lucas ait. Vocem audientes, ad Pauli vocē referendum est tantum. Eam ob rem, vehementer stupebant. Sequitur in Luca.

**Text.** ¶ Surrexit autem Saulus de terra, aper-  
tisque oculis nihil videbat. Ad manus au-  
tem illum trahentes introduxerunt Da-  
mascum. Et erat ibi tribus diebus non vi-  
dens, & non manducauit neq; bibit.

**S. August.** ¶ Nihil videbat Saulus de terra surgens, eò quod lux illa excellens externè eum obcæcarat, internè verò cor eius radio miræ claritatis illuminauit. Vbi Sanctus Augustinus. Prius erat obcæcandus, & deinde illumināndus, prius erat prosternendus, deinde erigēndus. Sicut scriptum est. Ego percutiam, & ego sanabo. Ego occidam, & ego viuere faciam. Quod verò triduò ieiunarit nil māducans, abstinentiam nobis commendat, qua maxi-

Deu. 32.

In Conuersione Pauli. 127

maximè mēs nostra eleuatur ad arcana Dei adipiscenda. Sic Moses post tot ieiunia in monte Sinai, legem digito Dei conscriptam accepit. Videte ne grauētur corda in **Luca. 21.** crapula & ebrietate, admonet Saluator noster. Profectò qui plus nimio escis indulget, is ineptum & crassum habet intellectum. Quid plura? breui methodo quæ desunt huic historiæ expediā, ne forte amplius detineā lectorem. Potissimè quia multa annotatu digna lector adiuueniet in **S. August.** li. 50. home. home. 17. & de verbis apostoli. Ser. 9. vbi explicat illud. Fidelis sermo, & omni acceptione dignus.

**Text.** ¶ Ananias Damasci tunc erat Christi Iesu discipulus, cui dominus dixit. Surge et vade in vicum qui vocatur Rectus, & quære ibi Saulum Tharsensem. Ecce enim orat.

¶ Adhuc quanti faciat dominus suam ecclesiam, quantum honoris ministris suis præbeat ostenditur. Sic Cornelium virum iustum, ac pium, mittit ad Petrum apostolorum principem, vt baptismum sacrū recipiat, & instruat in fide, sicut in Actis apostolorū **Acto. 10.**



## Declamatio tertia

**Acto. 8.** Iorū memoriae proditū est. Sic deniq; eunu-  
chus regine Candaciae, à Philippo edoctus  
baptismatis vnda abluitur. Vnde probè di-  
ctū est. Qui vos audit, me audit, & qui vos  
spernit, me spernit. Cæterū oratē Saulum  
dñs ostēdit, nam ieiunabat, & cōpungebat  
se, ob ea quæ fecerat mala, & simul confite-  
batur & precabatur Deum. Vnde liquidò  
comprehenditur quantū Deo optimo pla-  
ceat nostra oratio. Vos obsecro ei incūbite  
**Psal. 33.** cū propheta dicētes. Benedicā dñm in om-  
ni tempore, & semper laus eius in ore meo.  
Papæ, quā sit potēs virtus summi Dei & gra-  
tia, ex diro persecutore factus est orator, at-  
que synagogæ & idolorum populator. Ab  
agno pro ouibus mortuo, fit ouis, qui leo  
rugiens erat. Mira res, quod faciebat cōtra  
nomen pastoris, iam patitur pro nomine pa-  
storis, ait Sanctus Augustinus. Ego ostēdā  
**S. August.** illi, quanta oportet eum pro nomine meo  
pati. Quæ omnia sic ouanter ille pertulit, vt  
**Roma. 8.** Romanis diceret. Non sunt condignæ pas-  
siones huius temporis, ad futuram gloriam  
quæ reuelabitur in nobis. Ac si patenter di-  
cat. Sceuiat mundus, fremat mūdus, linguis  
concrepet, armis corruscet, diabolus rugiat,  
quicquid moliri potest faciat, ego appendo  
quod patior, contra id quod spero. Plus est  
quod

## In Conuersione Pauli. 128

quod credo, quā quod sentio. Mors etiā  
ipsa non extinguit, sed premium accelerat,  
& ipsam dulcedinem nobis conciliat.  
¶ Quod autē Ananias pauet, nomine lupi  
rapacis audito, mirū nō est, talis quidē com-  
probatur carnis nostræ genius, vt à longē  
pericula timeat. Moses cōtremiscit ad Pha-  
raonē ire, ad cō vt oret dñm. Obsecro domi- **Exod. 4.**  
ne, mitte quē missurus es. Nec nō & Ionas ti-  
met ad Niniuitas pergere, Deo optimo pre-  
cipiente. Nil feciū, audiens Ananias, va-  
de quia vas electionis mihi est, non amplius  
reliquitur. sermoni Dei, sed morigerum se  
prestitit. Mirandares, statim vbi Ananias  
imposuit manus super Saulum.

*¶ Visum recipit, et perinde ac squamae* **Text.**  
*cecidērūt ab oculis eius. Tandem surgens*  
*baptizat<sup>o</sup> est, atq; cōfortat<sup>o</sup>, recipiēs cibū*  
¶ Ecce opus quod rex noster per se incoe-  
pit, per manus ministri sui Ananiae digna-  
tus est perficere. Quò perspicuum sit, quā  
sit exuberās bonitas, & munificentia Chri-  
sti, qui tantam dignitatem tribuit seruis  
suis. Observandum, quòd res hæc coacta  
non fuit, absit, nonne Elimas magus à Pau- **S. Chryso.**  
lo excæcatus fuit, veruntamen in perfidia  
sua

### Declamatio tertia

sua mansit? ad hæc Iudæi signa stupenda viderunt à Christo Iesu patrata, & nihilo meliores euaserunt. Quin Paulus sponte obediens Saluatori respōdit. Domine quid me vis facere. Vbi in signe obedientiæ illius clarescit. Quæ nam lingua effari quæat fratres, affectum ardentissimum, quo synagogas intrabat, confundens Iudæos, & prædicans Christum Iesum verū fore Messiam, verūque filium Dei? Nos vestigia eius imitantes, postquam sacrum baptismum, domino auxiliante accepimus, & cibo cœlesti sancti altaris, qui dat vitam mundo vescimur, Salvatorem prædicemus, corde, ore, & vita. Ipse planè est, qui cruore suo sacro nos emit, & quotidie nos ad se vocat. Ipse denique abū de largitur sua dona ijs, qui mundo & diabolo renunciant. Ipse diligentes se beare vult, impertiens eis vitam æternam. Ipsi gloria & imperium, qui cum patre, & spiritu sancto, regnat per secula. Amen.

### ANNOTATIONES

#### Appendices.

**Q**uemadmodum peccatū vel maxime triplex animę nostrę affert incommodum, videlicet, maculā, corru-

### In Conuersione Pauli. 129

corruptionem naturalis boni, & creatum poenæ, ita in conuersione ad Deum, gratia indigenus, qua decoratur mens, & voluntas ordinatur, & reatus poenæ æternæ aboletur. Vnde conspicuum est neminem posse à delicto surgere, nisi summi numinis gratia aduocante. Sanct. Thom. 1. 2. quæst. 109. art. 7. Hinc tria potissimè in conuersione Pauli gesta legimus. Nempè, vt animæ eius foeditatem Christus tolleret luce eum vallaui, quæ symbolum fuit internæ lucis. Deinde proiecit eum in terram, vt sic humiliatus voluntatem eius ordinaret. Ea propter statim dixit. Domine quid me vis facere? Tandem, vt reatum poenæ æternæ auferret, temporali poena eum mulctauit, nam excæcatus surrexit è terra, & tribus diebus ieiunauit, nil manducans. O Iesu bone & hominum amantissimè, proba me, & tenta me. Vre renes meos & cor meum, quo animæ meæ venustatem gratiæ tuæ impendas, voluntatem ordines, & poenas commeritas auferas. Veluti in Saulo operatus es.

¶ Notandum quàm potenter, ac clementer Saluator ex vase contumeliæ, vas honoris & electionis effecerit. Vade Anania, ait Dominus, quia vas electionis mihi est.

r Mihi

S. Th. 1. 2.

q. 109. ar.

9.

Psalm. 25.

Secundò.

### Declamatio tertia

**Eccl. 50.** Mihi non sibi honorem percipit, iāque nō sibi, sed mihi viuit, per omnia. Obediens adē vt dicere ipse valeat. Viuo iam non ego, viuit autem in me Christus. O verē vas aureum, solidum, ornatum omni lapide precioso. Aureum vas & non terreum Paulus fuit, aurea verba proferens, sicuti in epistolis eius licet intueci. Solidum vas fuit, & ideō ter virgis flagellatus Paulus, semel lapidatus, & propemodū innumera mala perpeffus, nunquā fractus fuit. Postremū, omni lapide precioso ornatus fuit apostolus, eō quōd fide, spe, & charitate, ceterisq; virtutibus decorat<sup>9</sup>, omnium charismatum donis effulsit. Res mirabilis fratres, in tot calamitatibus obeundis, quas ipse longo contextu ad Corinthos narrat, non modō mortificationem non sensit, sed hilari vultu cuncta ferebat. Superabundo gaudio in tribulationibus meis, inquit. En quā mirificē gaudebat, nec tristabatur, more eorum qui deiecto & imbecilli animo sunt. Hunc gigantē fortissimum nos fratres pro nostra virili imitemur oportet.

**1. Cor. 11.** **Tertiō.** ¶ Obseruanda est magnopere Pauli obedientia, nam statim vbi audiuit: Ego sum Iesus Nazarenus, nullas moras trahēs, neque procrastinās, in auditu auris obediuit Christo.

### In Conuersione Pauli. 130

sto. Huc sanē pertinet verbū illud omni acceptione dignū. Dñe quid me vis facere. O mirabilē & prōptam obedientiam, foelix & nimium foelix, qui posthabita propria volūte, Saluatoris dūtaxat volūtatē sequitur, ei que mordicus adheret. Quippē quæ bona est, beneplacēs & perfectā. Hinc inuenimus in hoc mirabili vase nomē suauē Iesu, quod tū ore, tū corde vbiq; gerebat. Quā indefesse Christū Iesum predicabat, in omni regione indefatigabili quodā ardore, ita vt ab Hierusalem ad Illyricum vsq; omnia euangelio sacro repleuerit, nemo sermone enarrare poterit. Plus omnibus laboraui, non ego, sed gratia Dei mecum, ait. Qui fusius egregia facinora Pauli videre vult, homelias septē Chrysostomi legat, quibus encomia huius apostoli, subtili eloquio describūtur. In quarū vna doctor eruditissimus ille, sic ait. Homo iste ignobilis, & scenofactorius, qui S. Chryso. artem exercebat in pellibus, tanta virtute progressus est, vt vix triginta annorū spacio, Romanos & Persas, Parthos & Medos, Indos, Cythas, Ætiopes, Sarmatas atq; Saracenos, & omne prorsus hominū gen<sup>9</sup> subiugomitteret veritatis. Et sicut ignis in stipulas, aut foenū immis<sup>9</sup>, sic oīa demonū opera cōsupsit. Hęc Chryso. Quodq; magis mirū est,

## Declamatio quarta

etiam in carcere positus constrictusque cō-  
pedibus, verbum personabat, & Christo ani-  
mas lucrabatur. Hinc ad Timothæum, in-  
quit. In euangelio laboro quasi malè ope-  
rans, vsque ad vincula, sed verbum Dei non  
est alligatū. Hunc virum strenuūque athle-  
tam, fratres imitemur, mandatis Saluatoris  
obtemperantes, labores & quasuis ærum-  
nas pro amore eius patiamur, quo cum ipso  
in coelesti gloria lætemur.

*DE FESTO PURIFICATIO-  
nis, purissimæ Dei feræ virginis extat de-  
clamatio in libro eiusdem sacrosan-  
tæ genitricis filij Dei.*

*PRO SOLENNITATE CA-  
thedræ Sancti Petri apostolorum princi-  
pis, euangelium exponitur in die eius, quip-  
pè quæ mense Iunii celebratur.*

*In festiuitate Sancti Mathiæ aposto-  
li declamatio quarta.*

**Q**uam foelices sint electi Dei etiā  
in hoc terreo carcere inclusi, &  
mortali corpore quod magno-  
pere

## In festo sancti Mathiæ. 131

pere animam grauare solet, subindicat re-  
galis citharædus perpulchrè dicens. Læta-  
mini in domino, & exultate iusti, & gloria-  
mini omnes recti corde. Vbi Sanctus Theodo-  
retus ait. Nemo suis rectè factis lætetur, sed  
in Deo exultet, & hinc voluptatem capiat,  
quod verbis apostolicis conuenit. Qui glo-  
riatur, in domino gloriatur. Et iterum. Gau-  
dete in domino semper, & iterum dico, gau-  
dete. Nempè, fructus spiritus ardentissimis  
votis affectadus, pax & gaudium in spiritu  
sancto est. Quid obsecro est, semper gaude-  
re & in hoc calamitoso seculo indefinenter  
exultare, nisi indefessè, maiestatem, potestatem  
& pulchritudinem, & alia id genus mi-  
rabilia Dei contemplari gaudeant mūdi fal-  
laci amatores, nam gaudium hypochritæ  
instar pūcti est, teste Iob. Lætitia autē iusto  
rū ingēs ac perseuerās est, eò quòd nō in fu-  
tilibus, ac caducis rebus eam collocant, sed  
in Deo vero, apud quem non est transmuta-  
tio, nec vicissitudinis obumbratio. Ad quā  
lætitiā nos Saluator exortans, ipse exul-  
tauit in spiritu sancto, quemadmodum no-  
bis Lucas recenset. Postquā exultationē  
eructauit verbum hoc bonum, gratias cele-  
sti patri cōmeritas reddēs. Nunc Saluatore  
opitulante sacrum euāgelium enucleare inci-

*Psal. 31.*

*2. Cor. 10.*

*Iob. 20.*

*Lucæ. 10.*

Declamatio quarta

pianus. Ait ergo euangelista Matthæus.

Text.  
Matth. 11.

*Respondens Iesus dixit. Confiteor tibi pater domine cæli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & revelasti ea paruulis.*

¶ Qui quatenus homo exultauit in spiritu sancto audiens à discipulis, quod fœliciter prædicatio euangelij successisset, & quod dæmonia exirent ab obsessis, sacrosancto nomine eius audito, is ipse gratias cœlesti patri offert, pro nobis ingratias. Quicquid sic obliuioni tradimus summi Dei beneficia, ut nō modo grates datori nō referamus, sed quod execratius est, mala pro bonis nobis impensis referentes, omnigenis peccatis munificū largitorem irritamus. Vnde merito dñs ait. Retribuebant mihi mala pro bonis. Si enim Seneca testate, lib. 3. de beneficijs. Ingratissimus est qui obliuiscitur beneficij, qd de homine improbo dicemus, qui mala pro bonis reddit? Nēpē, apostolus inter hominū scelera, nō abs re ingratitudinē numerauit.

Psal. 34.  
v. 37.

2. Timo. 3.

Seneca.

acce-

In festo sancti Mathiæ. 132

accepti. Vtinā legē hāc totis virib⁹ seruarem⁹, in gratijs Deo nostro p̄soluēdis, ob oculostā innumera tamq; præcellētia munera habētes, quippē quæ quāq; immeriti hæcēn⁹ accepim⁹. Ni fallor, totis medullis cordis vbiq; clamātes vociferemur cū propheta. Quid retribuā dño p̄ omnib⁹ quę retribuit mihi? perinde dicat, tā sunt magna tāq; innumera beneficia, quæ De⁹ optimus mihi propter suā indulgētissimā munificētiā animæ meæ cōtulit, ut nemo quālibet sagaci ingenio polleat, caualeat explicare. Quas ob res, si omnia quæ habeo, si me ipsam ei dicauerō, nullaten⁹ par obsequiū præbere poterō. Equidē verbū hoc, quid retribuā dño, non vulgarē habet energiā, ideō penitius cōsiderari debet. Quin animæ anxiatæ, & solitudine sancta tactæ, quæstio hæc est. Verē homo pius sæpenuerō tū corde, tū ore, mellita hæc verba repetēs, ineffabili afficitur dulcedine. Multis atq; varijs beneficijs Dei onerati, quas res donorū auctori repēdam⁹ prorsus ignoram⁹ charissimi. Sed quid sibi vult verbū hoc, respōdēs Iesus? Nēpē, nemo erat interrogās, cui ergo dñs respōdit? Em̄ uerō si dicta Lucę euāgelistę rectē rimari volumus, discipulis lætabūdis eō qd dæmonia in noīe Iesu fugarēt respōdit. At. S. Chryf. respōsio

Psal. 115.

Nota.

S. Chryso.

† † hæc

## Declamatio quarta

hæc, cogitationi eorum factâ esse dicit, qui dubitarēt, cur Iudæi Christum non recepissent, gentilitas autem tam prona, eum susceperit. Denique sunt qui asserant, patri cœlesti cui gratias egit respōdisse. Ratio, quia sic alto suo consilio instituerit, vt iam iam appropinquaret tempus tam diu desideratū, & à prophetis expectatum, in quo finis legis veteris valde onerosæ, & sacerdotij vmbatici, & principium legis nouæ, quæ in cordibus hominum conscribenda erat aduentasset. Tempus, inquam, aderat acceptabile, & dies salutis, in quo Esaiæ vaticinium aimplēbatur. Parum est vt sis mihi seruus ad suscitandas tribus Iacob, & facies Israel conuertendas. Dedi te in lucem gentium, vt sis salus mea, vsq̄ue ad extremum terræ, Iure ergo optimo, post triumillarum exprobrationem ciuitatum, quippè quæ Saluatorem non susceperunt, tot miracula, & egregia facinora patrantem dominus exultat, & grates agit patri, nam ibi depicta est Iudæorum ingratitude execranda, & gentium salus, veluti apostolus latius Romanis scribit. Delictum Iudæorum, autem, gentium salus est, vt illos æmulentur. Fracti sunt rami, vt ego inferar.

Rom. 11.

¶ Quod autem patrem cœli & terræ eū appellat,

## In festo sancti Mathiæ. 133

pellat, nedum eò tendit, vt vniuersi molitorum & creatorem confiteatur, sed indicare videtur, quòd eiectio, & electio illa, quæ tūc fiebat in terra, non absimilis erat ei, quæ olim facta fuit in cœlo. Vbi dominus superbos angelos in barathrum tetrum proiecit, humiles in sublime euexit & beavit. Hinc Deipara in suo mirabili Cântico cecinit. Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles. Huc attinet illud. Omnis qui se exultat, humiliabitur, & omnis qui se humiliat, exaltabitur. Cæterum diuus Hieronymus inquit. Audiant ergo qui Saluatorem non natum, sed creatum calumniantur, quod patrem suum vocet cœli & terræ dominum. Vult igitur dominus dicere. In exhaustas tibi refero gratias, qui dominus cœli, ac terre es, cuiusque sapientia reguntur vniuersa, quòd hanc cœlestem Philosophiam cœlesti à persuasione humana ac sapientia turgidis, & eam aperuisti humilibus, & pusillis, & iuxta mundi æstimationem stultis. Cuius rei causam si quis perscrutari nititur, audiatur quòd sequitur.

Luc. 1.

S. Hieron.

¶ *Ita pater, quoniam sic placitum fuit ante te.* Text.

¶ Perinde dicat. Profecto, sic res habet, sic

### Declamatio quarta

tuae bonitati & benignitati visum est, quod doceres tibi nullatenus placere feroces, & suae prudentiae, suaeque iustitiae fidentes, & eos fore magnos apud te, ob simplicitatem fidei, quos mundus fallax spernit, & pro abiectis habet. Ita placuit sapientiae tuae, damnare humanam sapientiam, quae alias mera stultitia est, & per humilitatem euangelicæ doctrinae, bonos ad te pertrahere. Notandum, quod Graecè habetur. Ita pater, quoniam apud te bona voluntas. Non ergo fas erit indagare, quam ob causam Deus hunc ad se pertrahat, & illum non, Hinc beatus Augustinus. Quare hunc trahat, & illum non trahat noli iudicare, si non vis errare. Quin pij cuiuspiam ea vox est. Saluum me fecit, quoniam voluit me. Ecce voluntati diuinæ vnus cuiusque electio ascribenda est, non peculiari merito. Nonne possum facere quod volo, ait dominus vineæ? Is planè Deus optimus est, cuius vinea electa sacrosancta ecclesia Romana semper erit. Vnde pulchrè diuus Gregorius ait, verbis ijs, humilitatis exempla accipimus, ne temerè iudicia discutere praesumamus. Ostendit enim quod iniustum esse non potest, quod iusto numina placuit. Imò verbis hinc, studiosiores discipulos  
Christus

S. August.  
10 Ioan.

Psal. 17.

S. Gregor.  
lib. mora.  
25. c.

### In festo sancti Mathiae. 134

Christus effecit: quia consequens erat, eos de se magna sapere, qui daemones verbotenus abigebant. Ideo eos reprimit, reuelatio quidem erat, quae illis facta est à Deo, non illorum studium, meritumue. Omne datum optimum, & omne donum perfectum de sursum est, descēdens à patre lumine. Reuelat itaque Deus mysteria paruulis, quia talis est volūtas eius. Nam Salomone testate, cum simplicibus sermo conatio Dei est. Sic paruulo Mosi, Deus in rubo ardenti loquitur. Sic Dauidi tot reuelauit arcana. Egregiè diuus Dionysius exortatur fideles omnes, vt mentes habeant absque oculis, quo percipere valeant summi Dei mysteria. Huc pertinet quod in Canticis clamat sponsus. Auerte oculos tuos à me, quia ipsi me auolare fecerunt. Mira res, tunc Christus recedit, quando mēs oculis intellectuales supernam sapientiam nititur aspicere. Neutiquam ad illam intellectus intrat, sed affectus. Hinc scriptum est. Vulnerasti cor meum in vno oculorum tuorum. En affectus amoris cor spōsi cœlestis vulnerare potest, nō intellectus, quàm libet perspicax fuerit. Probè quidam Sapiens dixit. Sicut oculus non ad lumen solis, sic oculus noster se habet ad ea quae sunt manifestissima natura. Sat nobis

Iaco. 1.

Exo. 4.

Cant. 6.

Cant. 4.

Aristo. 1.  
metha.

### Declamatio quarta

nobis sit nunc per speculum, ea quæ sunt nostræ fidei videre, aërit tempus quando Deum nostrum videamus facie ad faciē.

**Exo. 35.**  
**Figura.**

Moses stans supra petram per scapulas vidit Deum transire, nunc intuetur illius faciem pulcherrimam. Ad eādem imaginem nos fratres, firmissimæ petræ fidei innitentes, vitæ huius fabula transacta, videbimus Deum sicuti est. Summatim dicam. Blandientis affectu loquitur patri, vt cœ-

**Nota.**

ptum in Apostolis opus perficiatur. Hunc cœli & terræ dominum meritò appellat, quia ipse conditor, & moderator omnium est. Causam verò subindicat, ob quam sapientes apud semetipsos arcana & mystica mysteria nostræ redemptionis latuerunt, quoniam hæc voluntas Dei fuit, quippè quæ bona, recta, & iusta semper est. Docet insuper Saluator, quàm sit ei grata orthodoxa humilitas, nam paruulis instituit sua reuela-

**Iaco. 4.**

re sacramenta. Iuxta illud. Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Vnde perspicuum est, quàm toto cœlo errent, tū infideles, tū neochristiani, factionem superbi luciferi sectantes. Qui nisi conuertantur, & fiant vt paruuli, fidei nostræ sacræ colla submittentēs, perpetim poenas dabunt cōmeritas. Cæterum ne quis maiestatem &

Deita-

In festo sancti Mathiæ. 135

Deitatem Christi domini nostri ignorare valeat, audiens eum precantem, & patri cœlesti gratias agentem, ideò satis commodè sequitur.

*¶ Omnia tradita sunt mihi à patre meo. Text.*  
*Et nemo nouit filium nisi pater. Neque patrem quis nouit, nisi filius. Et cui uoluerit filius reuelare.*

*¶ Allusio est ad illud. Ego & pater vnum sumus. Quibus verbis tam Arrij quàm Sabellij venenata dogmata funditus euertit. Alter quidem vnitatem eientiæ cum patre, ore improbo abnegabat. Alter vero personarum distinctionem inter patrem & filium auferbat. Eas ob res vtrumque aduersarius profligare volens ait. Ego & pater vnum sumus. Verùm si vna est eientia, vna potentia, eademque sapientia patris & filij, haud dubiè pater omnia filio suo Christo Iesu tradidit. Eodem attinet quod alibi ore suo sacro dixit. Omnia quæ habet pater, mea sunt. Quænam sint ea quæ pater abscondit à sapientibus mundi huius, qui potius stulti & demètes sunt, & quæ paruulis, id est, suæ sapientiæ minimè fidentibus patefecerit, nunc partim dominus insinuat*

**Ioan. 10.**

**Ioan. 11.**

myste-



## Declamatio quarta

**Nota.** mysteriū Trinitatis tangēs. Nā ubi pater, ibi generatio. Sant utiq; nomina correlatiua, pater & filius. Et quia vnigena filius Dei, à patre generatur, & ab eo habet esse, viuere, posse, & alia id genus quæ sunt Dei, rectè asferit, à patre se ait omnia accepisse. Quandoquidem, nisi pater omnipotens parilè sibi prolem generaret, filius tam seriose verba hæc omni acceptione digna ore suo non proferret. Cui sententię pater ipse adstipulatur dicens. Ipse inuocabit me, pater meus es tu. Et rursus. Dominus dixit ad me filius meus es tu, ego hodie genui te. S. Tho. p. 1. q. 33. ar. 2. q. 33. articu. 2. Vbi Satis egregiè nomen patris propriū fore personæ diuinæ, quæ principium totius Trinitatis est. Quam ob rem Apostolus Christum Iesum primogenitum vocat. Et iterum primogenitum in multis fratribus nuncupat. Vt enim Deus est, vni-  
**Rom. 8.** genitus dicitur, solus ex patre genitus. Pri-  
**Galt. 1.** mogenitus autem vt homo, habet enim fratres, eos qui crediderūt. De quibus ipse ait. Vade & dic fratribus meis iam surrexi. Hęc  
**S. Theodo.** Sanct. Theodoritus in psalmum. 88. Si vero quis roget, cupiens scire quæ sint ea quę pater tradidit filio suo, Sæctus Chrysostomus testatur esse homines omnes, qui per filium accessum habent, ad patrem. Et arridet huic  
sententiæ,

## In festo sancti Mathiæ. 136

sententiæ, quod Ioannes narrat. Sciēs quia omnia dedit ei pater in manus. Sed si altius verba hæc expendere cupimus, magnopere Saluator verbis ijs animos Apostolorū erigit, nec non & nostros. Nempè, ingens gaudium præ se ferunt, & ineffabilem lætitiā nobis ingerunt mellita hæc verba ex ore Iesu profecta. Omnia tradita sunt mihi à patre meo. Perinde dicat. Quid frustra laboratis filij Adæ. Si opes non perituras, si honores nō fallaces, si deniq; oblectamēta cādida & sancta queritis, nūquā nisi in me inuenietis ea. Ego inquam, sum fons viuus, de quo Dauid bibere maximopere affectabat dicens. Sitiuit anima mea ad te Deū fontem viuum. Quando veniam, & apparebo ante faciem domini. Ecce fons vbi sitim vestram extinguere valeatis. Filij hominum vsquequo graui corde? Vt quid diligitis vanitatem, & queritis mendacium? Nempè, quod vanum est & inane vos satiare minimè poterit. En omnia quæ sub sole fiunt, vanitas vanitatum est, Salomone teste. Quandoquidem, si beatitudo est aggregatio omnium bonorum, extra me felicitatem quam vestrapte natura affectatis possidere nequibitis. Iam sequitur in euangelio.

Et

Declamatio quarta

**Text.** ¶ *Et nemo nouit filium nisi pater? Et patrem quis nouit nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare?*

¶ Nunc probat quod nuperrimè dixerat, se habere omnia à patre. Ac si patenter dicat. Quid mirum si omnium sum dominator, quum aliquid maius habeam, uidelicet, scire patrem, & eiusdem substantiæ esse. Cū

**S. Chryso.** illo? Hæc Chrysoſtomus. Verum notitia cōprehensiuā, solus filius patrem agnoscit, & uicissim, pater dumtaxat cognoscit filium. Nec fas est, ut quis audiens dictionem illam exclusiuam, nisi, aliquid perturbationis patiatur. Extat apud viros literis candidatos, & theologos regula annotatu dignissima, quòd dictio exclusiua seu exceptiua addita termino personali in essentialibus, non ex-

**S. Augus.** cludit ab altera persona diuina. Vnde Sanctus Augustinus. Propter substantiæ inseparabilitatem sufficienter aliquando nominatur uel solus pater, uel solus filius. Sed nō ab utroque separatur Spiritus sanctus, qui propriè spiritus ueritatis dicitur. Conſolatur nos maxime quòd statim dominus subnectit, & cui uoluerit filius reuelare. O nos miseros fratres, nisi filius homo factus Trinitatis

In festo sancti Mathiæ. 137

nitatis mysterium, & redēptionis arcana nobis patefaceret. Ait enim. Pater manifestauit nomē tuū hominib⁹. Sed quisbus? Profectò quos dediſti mihi, inquit. Sanè tantū tanq̄; præcellentē thesaurū, nō dignatur ipse dare, nisi ijs qui prorsus diffiſi suis præſidijs, & totos sese credūt bonitati diuinę. Qui autē sibi uidentur sapientes, indigni sunt hac coelica sapientia. Itaq̄; non patefacit Christus superbis & elatis mysteria hæc, sed humilibus, quos sibi à patre datos nuncupat. Haud dubiè Philosophi naturali lumine Deum cognouerunt. Iuxta illud. Qui cum Deum cognouissent, non ut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt. Nihilominus fallaciter de eo scripserunt. Lex uerò Deum omnipotentem indicauit, sed figuratè & subobscurè. At filius Dei qui est in sinu patris, ualde dilucidè, & palam nobis profunda Dei reuelauit. Quid plura? de Spiritu sancto scriptū est. Docebit uos omnia, & suggeret uobis omnia quæcunq̄; dixerō uobis. Hinc apparet quàm nihil agat doctrina, nil ualeant miracula nisi secretus accesserit afflatus. Eā ob rem reuelationem uocat eam. Obseruandū in super est, quòd omnis iustus qui fide, & charitate Deo adheret, suo modo uerba filij Dei proferre poterit. Omnia tradita sunt

Ioan. 17.

Rom. 1.

Ioan. 14.

### Declamatio quarta

Sapient. 8.

sunt mihi à patre meo. Alioqui Sapientis nō diceret de coelesti sapientia adiuuenta. Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa. Hūc attinet illud Apostoli dicentis. Omnia possum in eo qui me confortat. Et rursus. Tāquam nihil habentes, & omnia possidentes. Equidem omnia possidet, qui Deum inhabitantem in se habet. Quippè qui est omnium creator, ac moderator. At contra impius tum in hac vita perperam agens, tum etiam, in gehenna ardens ingemiscens clamabit. Venerunt mihi omnia mala. Videlicet duplex accidit mihi incommodum, poena sensus, & poena damni. Horribilis nimis prius cruciatus, horribilior verò secundus, & magis ac magis pro virili cauendus. Nam priuatio visionis diuinæ, longè plus damnatos diuexat quàm flamma. Summa naturali lumine nemo agnoscere valet summi numinis mysteria, sed omnes opus habent fide: quæ donatur credentibus, dicente Paulo. Fides donum Dei est. Hęc tamen reuelatio quia opus est ad extra, tribus personis proprium esse oportet. Vnde reuelare hominibus arcana diuina non est proprium filio, sed appropriatum Alioquin Petro ipse nō diceret. Beatus es Simō Bariona, quia caro & sanguis nō reuelauit tibi, sed pater me<sup>9</sup> qui

Nota.

### In festo sancti Mathiæ. 138

Matt. 16.

qui in coelis est. Itaq; sicut filio multa appropriatur, quæ tribus personis cōueniunt, vt sapientia, virtus, & ijs similia: sic reuelatio secretorum Dei, hūc appropriatur illi. Et quia vehementer hominum ærumnis, & laboribus condolebat, eos ad se pertrahere conatur verbis omni suauitate refertis.

*Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos.* Text.

¶ O verba quouis fauo mellis dulciora, o eloquia ex præcordijs Saluatoris charitate exardescantibus oborta. Quis adeò demens qui hæc audiens non stupefcat, simul & hilarescat? Profectò dominus Iesus animo cōtemplans quanta esset generis humani calamitas, alios paupertate premi, alios cura diuitiarum anxia grauius distorqueri. Alios morbis, alios senio, alios discruciarum amore fallaci, multos varijs falsarum opinionum errare laberinthiis. Plerosque scelerum conscientia, nunquam non intus affligi, nec esset qui pastorem ageret fidum & efficacem, cum essent innumeri qui fastu gererent sacerdotes, qui Rabbini nomine se venditarent, misericordia mirabili tactus, & iaculo charitatis vulneratus, tanquam è turri alta vociferans, omnes

Calamitates hominū

## Declamatio quarta

ad se inuitat, omnibus solatium pollicens  
*Not.* spontè. Si modò simplici ac sincero corde  
aleant, & excusso mundi iugo longè mi-  
ferrimo, molestissimoque, euangelicæ do-  
ctrinæ iugum vitrò recipiant. Venite ad  
me, ait dominus, quotquot afflictionibus  
omnigenis, curis varijs, aut vitiorum con-  
scientia laboratis, quotquot malorum far-  
cina, & peccatorum mole degrauiamini. Lu-  
bet fratres mei tantisper hic gradum fige-  
re, vos obsecrò, atentiùs audite cuncta. Qui  
paulò superiùs omnia sibi à patre tradita  
*Matth. 24.* contestatus est, tanquàm diceret. Data est  
mihi omnis potestas in cœlo & in terra,  
nec non per ipsum reuelari arcana Dei, is  
nunc ait. Venite ad me omnes. &c. Venite  
sitientes ad aquas, & qui non habetis pre-  
tium, properatè, nam ego fons mirabilis-  
simus, de quo Esaias scripsit. Venite & curri-  
*Esa. 55.* te, ego sum vmbraculum protegès ab æstu,  
accedite vt protegami. Sanè charissimi  
hic vel maximè se Deum vocitat, quiq; so-  
lus à quavis ærumna, & lassitudine eripere  
*1. Cor. 2.* potest. Est enim Deus totius consolationis,  
qui cōsolatur nos in omni tribulatione no-  
stra. Quòd plenè nec mūdi honos, nec opū  
affluētia, dilectoribus suis dare valet. Quan-  
do quidē omnipotēs sit oportet, qui ab om-  
ni

## In festo sancti Mathiæ. 139

ni calamitate amicos suos liberare potest.  
Veni eis qui ad idola vana, ad incātatores, &  
ad sua praua desideria currētes, Saluatorē  
patrē & consolatorē Christum deserūt. Nā  
pœnas luunt cōmeritas, & nihil inuenient  
nisi cruciatus, anxietates, & mortem. Con-  
tritiō & infœlicitas in vijs eorū, & viā pacis  
*Psal. 13.* nō inuenerunt, nō est timor Dei ante ocu-  
los eorū. En quā graphicè Propheta impios  
deliniet. Mira res, nos hos vel illos, sed om-  
nes laborātes & oneratos vocat. Quoniam  
qui pro omnibus patiebatur, omnes ex ore  
leonis versuti satanæ eripere cupit. Vnde  
Paulus. Qui vult omnes saluos fieri, & ad a-  
*1. Tim. 2.* gnitionē veritatis peruenire. Quod de volū-  
tate consequenti intelligendum est. Et alla-  
dit ad illud. Erat lux vera quæ illuminat om-  
*Ioan. 1.* nē hominē, veniētem in hunc mundū. Vbi  
aduertendū. Quod laborātes, & oneratos vo-  
cat, vbi duplicē necessitatē cōmunē memo-  
rat. Alterā laboris, alterā oneris, alterā actio-  
nis, & alterā passionis, id est, venite qui labo-  
ratis agēdo, & qui actionis vestræ onus por-  
tatis. Et quoniā quilibet homo aliqua affli-  
ctione, vel cura laborat, & multorū malorū  
farcina oneratur, cōsequens est, vt omnes  
mortales inuitentur, & ex ipsis molestijs  
quas patiūtur trahātur. Quare enim omnes

## Declamatio quarta

**S. August.** laboramus, inquit Augustinus, nisi quia  
*lib. de uer. domini.* mortales sumus, lutea vasa portantes, quæ  
 angustias inuicem faciunt. Sed si angustentur  
 vasa carnis, dilatantur spatia charitatis. Ad  
 quid ergo dominus ait, venite ad me omnes qui  
 laboratis nisi ut non laboretis? At beatus Hilarius,  
 labores ad legem veterem refert, dicente Petro.  
**Acto. 15.** Quare imposuistis eis iugum, quod nec nos,  
 nec patres nostri portare potuimus? O quæ  
 graua erant ceremonialia illa legis antiquæ.  
 A quibus Saluator potenter nos liberauit. Nec  
 abs re Apostolus libertatem hanc redemptionem  
 vocat. Misit Deus filium suum factum ex muliere,  
 factum sub lege, ut eos qui sub lege erant  
 redimeret, & adoptionem filiorum reciperemus.  
**Gala. 4.** Rursus onus illud diuus Hilarius peccatum  
 esse dicit, quo heu amatores huius seculi onerati  
 incedunt. Graua fore onera peccati, nedum  
 regius psaltes insinuat dicens. Iniquitates  
 meæ supergressæ sunt caput meum. Sicut  
 onus graue grauatæ sunt super me. In cuius  
 typo Zacharias vidit iniquitatem super  
 talentum plumbi sedere. Ecce thronus  
 eburneus, cui insidet inferni regina. Vnde  
 rectè de Ægyptijs scriptum est. Submersi  
 sunt quasi plumbum, in aquis vehementibus.  
**Psal. 27.** Et quia dominus peccata  
 omnium pertulit in corpore suo  
 super

## In festo sancti Mathiæ. 140

super lignum, eam ob rem clamitare non cessat.  
 Venite ad me, qui onerati estis. Huc pertinet  
 quod Gregorius inquit. Asperum est iugum,  
 & durum onus seruitutis, subesse peccatis  
 terrena & lubrica ambire, labentia retinere,  
 velle stare in non stantibus, transeuntia  
 appetere, & cum transeuntibus nolle transire.  
 Dum enim contra votum cuncta fugiunt,  
 quæ prius mentem ex desiderio adaptionis  
 afflixerant, postea ex pauore amissionis  
 premunt. Sequitur in textu.

*Et ego reficiam vos.*

Text.

¶ Non ut expetam noxas ad me venire vos  
 cupio, sed potius ut peccata vestra soluam.  
 Venite, non quod gloria, aut honore vestro  
 indigeo, sed quia summo opere vestram affecto  
 salutem. Nedum saluabo tantum, sed quod  
 multo amplius est efficiam, reficiens vos, &  
 in quiete mirabili, ac pace ineffabili constituam.  
 Sum quidem mors ille pinguium, & medullatorum,  
 quem tanti fecit Esaias olim. Sanè verbum illud,  
 ego, energiã habet non vulgarem. Ego vos  
 reficiam. Non modo per angelos meos refectio-  
 nem mittam, uti quondam Helie fatiscen-  
 ti & sub iunipero sedenti, panem sub cineribus  
 prebebo, non ut populo meo in deserto  
 scaltimãna, largire cupio, quod in die seruatum

Esai. 11.

Declamatio quarta

**Apo. 2.** vermibus scatebat. Sed dabo vobis manna absconditum, quod nemo nouit nisi qui accipit. Nec dumtaxat per ministros ecclesie mee, qui verba vite vobis propinant, & sacramenta administrant, sed ego ipse in ore eorum loquens, & interna suauitate reficiam vos. Hic opere pretium est attendere, quod non, inquit, labores & pressuras quas patimini auferam, sunt aliquando nobis frugifere, ne efferamur, & insolescentes pereamus.

**Not. 1.**

**2. Cor. 12** Nonne Paulus ter oranti dictum est, sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur? Ecce stimulus carnis datus est Paulo ne magnitudo reuelationis eum extolieret, quod plane ipse optime sciuit. Reficiam vos, inquit, in calamitatibus, cumulum gratie mee impertiendo, adeo ut iubilo magno affecti, ouanter aduersa patiamini. Sicut memorie proditum est, de Apostolis. Ibant gaudentes a conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Enimvero quotidie electi Dei cum Iob clamant Deo gratias agentes, & aiunt. Qui dat carmina in nocte, id est, ut cygnus, quod plus morti appropinquat, eo dulcius ac feruentius canit: in pressura Deo gratiarum carmina sic iusti concinnant. Quid quod saluator noster tam est munificen-

In festo sancti Mathie. 141

ficentissimus, ut non modo ad mensam operam suae gratiae, & misericordiae nos inuitet, sed quod plus admirationis habet, ad sacrosanctum altare suum nos quotidie vocat, saepe numero verba illa mellitica praeferebat. Accipite, hoc est corpus meum. Bibite ex hoc omnes, hic est calix sanguinis mei. O summa & incomprehensibilis regis nostri charitas, qui sese nascens nobis dedit in fratrem, & in cruce obiens dedit in precium, is ipse, se fidelibus suis praebuit in cibum. O refectionem mirabilem, o mensam ipsis Cherubim stupendam, ubi caeli ciues, & mortales homines, eodem pabulo reficiuntur, quam modo diuerso. Sed de ijs fusius in festo corporis Christi dicemus, domino suffragante. Caeterum mirabile est quod nunc sequitur.

Matth. 26

Eucharistia

*Tollite iugum meum super vos. Et discite a me, quia mitis sum & humilis corde. Et inuenietis requiem animabus vestris.*

Text.

¶ Sensus est. Legem meam, quae in euangelio conspicua cunctis apparet, vltro nea vestra voluntate suscipite, & eam pro modulo vestro honorate. Equidem heroium, & ingeniorum lex est, non seruatorum, ideo voluntarie

Declamatio quarta

tariè & spontè est accipienda. Super vos cā  
ferte tanquā legem summi Dei, nō pedibus  
eam conculcando, quod magnum nefas est.  
Etenim, nec mundi honos, aut lethales vo-  
luptates, nec denique fluctuagē diuitiæ a-  
nimi tranquillitatem præstant. Nec sapien-  
tium seculi philosophia, aut pharisaica & fu-  
cata religio à molestijs, & varijs curis libe-  
rat. Sed sola lex mea id præstare valet seruā  
tibus eam. Habet, ni fallor, mūdus peculiare  
iugū, prima specie lene, sed re vera molestū  
& graue valde. De quo sapiens ait: Beatus  
qui non traxit iugum illius & in vinculis e-  
ius non est ligatus. Iugum enim illius, iugū  
ferreum est, & vinculū illius vinculū æreū.  
Vt impio qui hoc iugo premitur, & vincu-  
lis æreis alligatus manet. Illud in primis ex-  
cutere oportet, eos qui salutare Christi iugū  
accipere cupiunt. Sanè Elifæus ab Hælia vo-  
catus, subinde duodecim iuga boum, quib⁹  
arabat confregit, atque combusit. Ad ean-  
dem imaginem si currimus ad Christum vo-  
cātē, mūdi iugū deponamus necessum est,  
& igne charitatis illud comburamus maxi-  
mè oportet. Alioqui capaces nō erimus le-  
gis diuinæ, quæ per omnia aduersatur legi  
mundi, & diaboli. Quæ similitudo lucis ad  
tenebras, aut quæ societas Christi ad Belial?

cer-

In festo sancti Mathiæ. 142

certè nulla inueniri potest. Enimuerò Chri-  
sto Iesu passo vaticinium Esaię adimpletum  
est, quod sic habet. Erit in die illa auferetur  
onus eius de numero tuo, & iugum eius de  
collo tuo. Et computrescet iugum à facie  
olei. Profectò gratia summi Dei oleum mira  
bile est, qua aduentante, nō tantum iugum  
ponderosum legis antiquæ, sed iugū ferreū  
peccati cōputruit, & fundit⁹ perijt. Alioqui  
propheta Esaias nō diceret. Virgā humeri  
eius, & iugum oneris eius, & sceptrum exa-  
ctoris superasti, sicut in die Madiā. Perpul-  
chrè triūphū Saluatoris quē in passione sua  
vendicauit, de Satana breui methodo vates  
nobis ob oculos posuit. Vicit sanè populus  
domini, Gedeone duce, Madianitas, fractis  
lagenis. Et ad eūdem modum dominus pro-  
stravit inimicum vulneribus multis sau-  
ciatus, & obiens in patibulo crucis. Tunc  
ni fallor, virgam cruenti hostis, iugum &  
sceptrum potenter superauit. Iuxta illud. Ioan. 12.  
Ego si exaltatus fuero à terra, omnia tra-  
ham ad me ipsum. Quod est dictū, cun-  
ctos inimicos meos gloriose vincam. De  
qua victoria apostolus scribens; ait. Tradu-  
xite eos confidenter, triumphans illos in se-  
metipso. Vestitus est morte, vt occideret  
mortem, inquit Augustinus. Qui ergo iugū  
ferreū

Esai. 10.

Esai. 9.

Judicū. 7.

Ioan. 12.

S. Augus.

### Declamatio quarta

ferreum peccati à nobis abstulit, is iugum suum militibus suis imponit. Iugum metaphoricè seruitutem præsignat. Vnde populus Israel clamauit ad Roboam filium Salomonis. Pater tuus durissimo iugo nos pressit. Ergo tantum est ac si dicat. Seruistis hætenus diabolo qui vos graui suo iugo cruciauit, nunc proijcientes durissimum eius iugum, seruite mihi, agnoscite me dominum, qui vos creauit, & sanguine meo redemi. Quas ob res ius erit vt legi sanctæ meæ colla sponte submittatis. Etenim seruire mihi regi regum, & dominantium domino, regnare est. Hinc Sanctus Augustinus. Huic iugo qui subiectus est, subiecta habet omnia. Sanè vsque adhuc verba illa domini au res nostras pulsant. Auferam & confringam de ceruicibus vestris cathenam, & iugum ferreum. Et in Hieremia. Conteram iugum de collo eius, capit. 30. Magna quidem pollicitatio hæc, modo iugum domini tollamus, & tollentes honorem. Sequitur in euangelio.

**Text.** *¶ Et discite à me, quia mitis sum & humilis corde.*

*¶ Ex me discite mititatem, qua non modo sedatur animus ne iniuriam maledicenti irroget, verum etiam cor ipsum tranquilatur*

### In festo sancti Mathiæ. 143

latur, ita vt se homo placidum inimicis ostēdat. Beati mites quoniam ipsi possidebunt terram, ait dominus. Quæ terra non ea quæ calcamus intelligenda est, sed illa de qua regalis vates, ait. Portio mea in terra viuentium. Et iterum. Placebo domino in terra viuentium. Deinde humilitatem ab eo discamus præcipit Saluator. Nihil est quod sic horreat Deus, quàm superbia. Hinc scripū est. Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Et quia dominus nostræ salutis est cupidus, & dona sua nobis impendere vehementer cupit, ideò nusquam non commendat humilitatem. Non desinam eis benefacere, & lætabor super eis, cū eis benefecero. Ecce quàm gaudeat Deus optimus dum thesauros suæ clementiæ nobis abundè largitur. Hanc ob causam nos humiles vult, non humilitate facata, quæ foris tantum apparet, sed vt ille humilis corde fuit, ita nos decet humiliare. Est qui nequiter se humiliat, ait, sapiens. Ni fallor, non ex quo nascitur totius mundi tumultus, animus ferox & elatus est, sibi fidens, & Deo parū fidens. Hinc scatet ambitio, pecuniæ cura, vindictæ libido, simulas, seditiones, impietates in Deū, quibus rebus, quid obsecro tumultuosius, aut quid turbulentius esse potest? discite à me quia

Matth. 5.

Psal. 141.

Iaco. 4.

Hiere. 32.

Eccles. 19.



### Declamatio quarta

me quia mitis sum & humilis corde. Ac si dicat. Si vultis semel ab omnibus malis liberari, fontem lethalem tollite, & accipite doctrinam meam, imitami vitam cãdidam meã. Non rehero conuicia, non reprecor male precantibus, ferientem non referio, sed totus ex patris nutu pendeo. Et sicut mandatum dedit mihi facio. Ille poenas exiget ab impijs, ille premia haud dubiẽ reponet benefactis, illi cedo gloriam, illi denique omnẽ sollicitudinem committo. Sicut scriptũ est. **Ioan. 14.** Iacta cogitatum in dominum, & ipse te enutriet. Et iterũ. Dominus sollicitus est mei. Ego semper studui, ne cuiquã nocerem, sed contra animus mihi fuit semper, de omnibus bene mereri. **Esaiã. 65.** Extendens manus meas ad populum non credentẽ, sed contradicentẽ mihi. Hęc si à me didiceretis requiem mirabilem animis vestris conciliabitis, & sentietis cõsistere tumultus hosce miseros, quibus antehac sine fine iactamini. Imò in medio malorũ, circũferentibus procellis vos comitabitur. Mitis ac humilis animus, fons est omnis pacis, & quietis. Sic in Psalmo scriptum est. Pax multa diligentibus legem tuam, & nõ est illis scandalum. At contrã de quouis improbo sacra testatur historia. **Esaiã. 57.** Cor impij quasi mare feruens, quod quiescere nõ potest.

In festo sancti Mathiæ. 144  
test. Accommoda satis similitudo hęc quam prosequi nõ possumus nũc. Nec absimile est illud Esaiã. Non est pax impijs, dicit dominus. Et obseruandum, quòd Saluator totũ mundum inuitat, quã ob rem nõ ait. Discite à me ieiunijs vacare, pernoctare orando, sed mititatem & humilitatem suam imitandam offert, ne quis scusationes afferat: potest tamen quisque comprimere internas passiones, & cordis motus prauos cohibere Christo adiuuante, & ob hanc causam sic alloquitur. Vbi Sãctus Chrysostomus. Incipiens diuinas leges ab humilitate incipit, & maximũ premium pollicetur. Inuenietis requiem animabus vestris. Non modò alteri utilis eris, sed teipsum requiem parabis, & ante futuram hanc tibi dat retributionem, in futuro autem perpetua gaudebis requie. Cæterum Beatus Augustinus, inquit. Discite à me non mundũ fabricare, aut miracula stupẽda facere, sed quia mitis sum & humilis corde. Magnus esse vis à minimo incipe: cogitas magnã fabricatã construere, de fundamẽto humilitatis cogita. O mirã & totis nisibus affectandã humilitatẽ, qua maximè homo subditur Deo, & propter Deũ hominib⁹ paret. O virtutẽ heroicã, quã tãto opere Deipara virgo euexit dicẽs. Respexit humilita

Esaiã. 48.

S. Chrys.

S. Augus.

Nota.

Declamatio quarta

**Luce. 1.** litatem ancillæ suæ. Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Ijs verbis egregiè suadet Sanct. Thom. 2. 2. q. 161. art. 1. Humilitatem spiritalem virtutem esse. At qui, ne forsitan caro insolens, nomine iugis expauescat, addidit dominus quod sequitur.

**Text.** *Iugum enim meum suauis est, & onus meum leue.*

**3. Reg. 10** ¶ Signanter, ait, meum, nam seruitus omnis suapte natura grauis, & dura est, nisi ea quæ nobis Saluator imponit. In qua quidem vera libertas & imperium situm est. In cuius typo Regina Sabba Salomoni dixit. Beati qui seruiunt tibi, & stant coram te. Ecce plusquam Salomon hic, quin dominus Salomonis, & creator Christus, cui omnes qui seruiunt fœlices sunt, ac proinde, reges appellantur. Verum par erit profundius verba Christi rimari, quo mundi dilectores agnoscant, quam toto cœlo errent, iugum suauè Saluatoris spernentes, iugum verò Satane amplexantes, & mordicus tenentes. Sanè dulcedo iugis regis nostri Christi Iesu, tam est mirabilis, vt nemo pro dignitate eam verbis exprimere possit. Habet quidē lex domini in tantam suauitatem. Vnde Diuus Hilarius. Iugis & ho-

**S. Hilarius.**

In festo sancti Mathiæ. 145

& oneris suauis & leuis blandimenta dominus proponit, vt credentibus eius boni scientiam præstet, quod ipse solus nouit in patre. Et Gregorius lib. 4. mora. Quid graue mentis nostræ ceruicibus imponit, qui vitare omnne desiderium quod perturbat mentem præcipit, & declinare laboriosa mundi huius itinera monet? rursus. Beatus Augustin. de verbis domini. Qui iugum domini intrepida ceruice subierunt, iam difficilia pericula patiuntur: vt nō à laboribus ad quietem, sed à quiete ad laborem vocari videantur. Sed profectò adest Spiritus Sanctus, qui in exterioris hominis corruptione, interiorē renouat de die in diem: vt gustata requie spiritali in affluentia deliciarum Dei, in spe futuræ beatitudinis, omnia præsentia deliniret aspera, & omnia graua releuaret. Omnia enim scœua, & immania, prorsus facilia, & propè nulla facit amor. Vti in mercatoribus maria transfretantibus videre est. Quânto ergo facilius charitas id in nobis operari potest? Hæc aurea verba Diui August. sunt, vel maximè memoriæ tradenda, & noctu diuque candido pectore versanda. Quid plura? Iacob Raehelis amore tactus, in eremo scalentis noctes ducebat insomnes, gelu & estu urebatur, ceu ipse ore suo professus est,

**S. Gregor.**  
li. 4. mora.

**S. August.**  
in mathe.  
ser. 9. &  
10.

**Nota.**

**Gene. 29.**

Declamatio quarta

est, ita ut viderentur ei dies pauci, quamlibet laboriosi, pro amoris unius puellae magnitudine. Si tanta tamque acerba ille passus est, ne dum patienter, sed ouanter, quanto magis fidelis qui Christo nomen dedit, spe beatitudinis coelestis consequende aduersa quaeque hilariter sustinebit? Non sunt condignae passiones huius temporis, ad futuram gloriam quae reuelabitur in nobis, ait Paulus. Equidem aduersa haec temporaria sunt: felicitas vero coelica, perennis & aeterna. Ea ob rem, suapte natura passiones huius vitae nisi gratia summi Dei concomitante, attingere nequeunt coronam gloriae coelestis. Huc respicit illud apostoli ad Romanos. Gratia Dei vita aeterna. Ecce ut glossa pulchre notat, gratia Dei nos ad vitam aeternam perducit. Sanct. Thom. 1.2. quaest. 109. art. 5. Imo nemo venire potest ad Christum, nisi pater eum trahat. Tantum abest ut per opera sua gratia diuina sublata, mereri possit aeternam gloriam. Sed ad dulcedinem iugi Christi reuertamur. Enimvero, nisi quis obicem ponat, tanta est charitatis energia, quippe quae diffusa est in cordibus nostris, per Spiritum Sanctum qui datus est nobis, ut lex domini nihil Aloes, aut amaritudinis habeat, sed multum mellis, & suauitatis. Non-

Roma. 11.

Roman. 6.

S. Th. 1.2.

q. 109. ar.

5.

4. Re. 2.

ne

In festo sancti Mathiae. 146

ne sale immisso in vas nouum, aquae Iericho amarae, per manum Elisaei dulces factae sunt? Ad eandem imaginem noster Elisaeus, prophetarum dominus Iesus, adeo calamitatum omnium amaritudinem abstulit, gratiam suam impertiens electis suis, ut nihil austeritatis, aut amaritudinis in lege eius adimplenda remaneat. Papae, quam optime probat hanc nostram assertionem Pauli sententia. Superabundo gaudio in tribulationibus meis, inquit. En quam fuerit potens summi numinis gratia, qua roboratus athleta Christi, non moestitudine aliqua affectus, sed iubilo magno afflatus, aduersa quaeque perferebat. Quod proculdubio stuporem ingentem persecutoribus ingerebat, & hoc stimulo excitati plurimi ad Christum conuersi, eum verum Deum, & verum redemptorem palam profitebantur. Non ergo est quod metuamus iugum hoc Saluatoris, postquam suauiter illud fore asserit, qui veritas aeterna est. Durum & graue est incredulis, qui ad Pharaonis iugum reuerti cupiunt, & caepas & allia desiderant, spreto Manna, quod omnis saporis suauitatem habet. Iustis vero & pietatem colentibus, qui toto pectore bonitati diuinae fidunt, qui que acceperunt ignem charitatis, melle, comodum,

Figura.

2. Cor. 7.

Num. 14

Figura.

t 2

atque

### Declamatio quarta

Nota.

atque valde frugiferum est iugum et leuis sarcina Christi. Quid autem non dulce amanti, si mens bene conscia sibi fuerit, & omni solitudine vacans. Quid unquam oriri poterit quod talem orthodoxum commoueat, exturbetve? certe nihil. Qui confidunt in domino, sicut mons Sion, non commouebitur in æternum, qui habitat in Hierusalem. Videte fortitudinem culusuis viri iusti, mons est, quem nec cruentus Satanas, nec satellites eius commouere valebunt.

Psal. 124.

exturbetve? certe nihil. Qui confidunt in domino, sicut mons Sion, non commouebitur in æternum, qui habitat in Hierusalem. Videte fortitudinem culusuis viri iusti, mons est, quem nec cruentus Satanas, nec satellites eius commouere valebunt.

Matt. 19.

¶ Itaque iugum Christi, & onus eius, suauia ac leuia reddunt, tum spes certa beatitudinis: nam scriptum est: Si vis ad vitam ingredi serua mandata: tum etiam amplitudo charitatis, quam abunde fidelibus suis sponte largitur Saluator. Tum denique, quia iugum à iugendo nuncupatur. Neutiquam solus quis legem Christi implet, Christus adiutor noster est, iuxta illud. Sine me nihil potestis facere. Habentes talem tamque potentem socium, qui missus est de caelis sanctis, ut nobiscum sit & nobiscum laboret, audacter iugum peccati atrocissimum abijciamus, & regis nostri Christi suaue iugum amplectamur: in quo pacem præcellentem, tranquillitatem ineffabilem, subinde inueniemus, cui sit honor, & imperium

Ioan. 15.

adiutor noster est, iuxta illud. Sine me nihil potestis facere. Habentes talem tamque potentem socium, qui missus est de caelis sanctis, ut nobiscum sit & nobiscum laboret, audacter iugum peccati atrocissimum abijciamus, & regis nostri Christi suaue iugum amplectamur: in quo pacem præcellentem, tranquillitatem ineffabilem, subinde inueniemus, cui sit honor, & imperium

Sapient. 9.

audacter iugum peccati atrocissimum abijciamus, & regis nostri Christi suaue iugum amplectamur: in quo pacem præcellentem, tranquillitatem ineffabilem, subinde inueniemus, cui sit honor, & imperium

cum

### In festo sancti Mathiæ.

147

cum patre, & Spiritu Sancto, per cuncta secula. Amen.

### ANNOTATIONES EX HISTORIA, siue electione Sancti Mathiæ apostoli.

**M**ulta sese offerunt in historia sancti Mathiæ quæ ex amassimo Lucas in actis descripsit, idè vel aliqua adnotare collibuit. Primò aduertendū, quanta solertia Diuus Petrus qui princeps apostolorum à Christo constitutus fuerat, de apostolorum numero implendo laborarit: adè ut ante Penthecostem electio Mathiæ facta fuerit. Itaque ut bonus pastor statim in loco Iudæ iniqui, antequam decem dies essent elapsæ Mathias subrogatus est. Unde reges, & prælati, dogma salubre accipiāt oportet, ne pigritia, aut ignauia implicati, moras trahāt, in promouendis ministris, quibus magnopere ecclesia sancta indiget. O quātā quotidie patiūtur iacturā ecclesiæ, ob inertiam episcoporum, & regū, quibus incūbit eos qui digni sunt, ad ministeria obeūda pmouere. Oremus charissimi, & ardētissimis votis Christū precemur, quo uis

Prima an-  
notatio.

Dogma.

3

mini-

## Declamatio quartā

*Num. 27* ministro ecclesiæ moriente, & cum Mose, suppliciter dicamus. Prouideat dominus Deus, spiritum omnis carnis, hominem qui sit super multitudinem hanc: ut possit exire & intrare ante eos, & educere: ne sit populus domini sicut oves absq; pastore. Nēpē, si zelo sancto afflati sumus, quotidie hanc precationē corde & ore dicam⁹ oportet, est quidē summopere frugifera, & valde Deo nostro grata: vos fratres notate illam.

*Secundō.* ¶ *Nota.* Secundō, obseruatione dignū existimo, quem Petrus ad apostolatū euexit, proculdubio, non filium, non fratrem, nec consobrinum, sed duos ex discipulis Christi Iesu delegit, alter qui Barsabas cognomine iustus, alter qui Mathias vocabatur. Equidem magno delectu in hoc negotio opas habent, tum reges, & patroni, tum prelati, ut personarum acceptionem (quod ingens scelus est) non habeant. Mirantes, Ioannes dilectus Iesu erat, & præ cæteris, priuilegijs egregijs à Christo fuit decoratus, nihilominus, dominus Petro ecclesiæ sanctæ gubernacula dedit, ne quisque ansam haberet consanguineos suos promouere, & ad ministeria sacra euehere. Sic apostolus egregie suadet Corinthis, ut ad ædificationem ecclesiæ ministri exquirantur. *1. Corint. 14.* Vēh qui

## In festo sancti Mathiæ. 148

qui illud Psalmi magno suo malo dicunt: *Psal. 82.* Hæreditate possideamus sanctuarium Dei. Contra quos Diuus Hieronymus inuehitur *S. Hiero.* dicens. Quidam non quærunt eos in ecclesia colūnas erigere, quos cognoscunt plus prodesse, sed quos plus amant, vel quorum sunt obsequijs deliniti, vel dediti: vel p quibus maiorū quispiā rogauit, ut deteriora ta ceam, qui ut clerici fierent & alijs præessent, muneribus impetrarūt. Ita est, quod sicuti *Dogma.* decretalis disponit, sat esset eligere bonum, veruntamen satius esset eligere meliorem. Melior autem ille existimandus est, nō qui sanctitate tantū præeminet, sed qui ad regimē ecclesiæ utilior est, & possit ei inservire, pacificare, ac defendere, ne lupi cruenti, hæ *S. Th. 2. 2.* retici, & tyranni oues Christi dilacerare va- *q. 185. ar.* leant. Sanct. Thom. 2. 2. quæst. 185. artic. 3. 3. ¶ Tertiō, vehemēter aduertendū est, quā *Tertiō.* sit aliud diuinum iudicium, & quā differat ab humano. Barsabas cognominabatur iustus, Mathias verò non ita, & nihil se- tius, fors super Mathiam cecidit, & aposto- lus factus: vir probus & iustus Barsabas in discipulorum numero mansit. Hinc in lege sancitum est, ut quicquid Iudæi in templo domini offerre vellent, non ad pōdas publi- cū, sed ad pondus sanctuarij appenderetur.

## Declamatio quarta.

*Rom. 11.* ubi pondus publicum hominum iudicium adumbrabat, pōdus verò sanctuarij, summi Dei sapientiam, & iudiciū præfagiebat. De miratur Paulus, & quidem meritò. O altitudo sapientiæ, & scientiæ Dei, quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. Nempè, quiuis intellectus miratur, quādo Barfabas iustus relinquitur, & Mathias ad apicē apostolatus assumitur. O Iesu bone, in manibus tuis fortes meæ, non in manibus hominum. Cæterum quænam fors illa fuerit Sanctus Dionysius palam facit. Coelitus quidam radius sole lucidior super Mathiam apparuit, perinde ac si digito dominus ostenderit, Mathiam collegio apostolorum adnumerandum fore. Quomodo autem electio, & dilectio, aliter ordinentur in nobis, & in Deo, eò quòd voluntas nostra non causet bonum, sed ex bono præexistente incitatur ad diligendū, & ideo eligimus quem diligamus, in Deo contra. Egregiè Sanctus doctor differit par. *1. quæst. 23. art. 4.*

*Li. de eccle. Ierar. c. 5.* ¶ Denique, quomodo principes & prælati ministros in ecclesia eligant, ne errare in re tam seria eis contingat, docet Sanctus Petrus dicens. Domine ostēde quem volueris ex ijs duobus vnū, accipere locū ministerij huius

*S. Th. p. 1. q. 23. ar. 4. Quarto.*

*Acto. 1.*

In festo sancti Mathiæ. 149  
hulus & apostolatus. De quo præuaricatus est Iudas. Ecce, oratione promouendi sunt ministri ecclesiæ, non prætextu obsequij, fauoris, aut consanguinitatis. Alioqui, acerbissimum iudicium fiet ijs qui præposterè agunt. Timeant obsecro, timeant oraculum Sapientis quotquot secus faciunt: adu- *Sapient. 4.*  
terinæ plantationes non dabunt radices altas. Equidem breui admodum arescent plântulæ illæ, quæ non vtius est in ecclesia homines posuerunt. At qui non aliunde sed per ostium intrauerunt amore Christi acti, ij benedictionem Saluatoris accipient. De quibus in Esaia legimus, omnes qui viderint eos agnoscent illos, quia hoc est semen *Esa. 61.*  
cui benedixit Deus. c. 61. Profectò homines, quibus Deus non benedixerit, maledictionem inuenient, à qua nos ipse sua dignatione liberet.

¶ PRO

**¶** PRO FESTIVITATE SAN-  
cti Ioseph Sponsi Deiferae Mariae, extat  
declamatio in vigilia natiuitatis domi-  
ni. Quae habetur in libro de Aduentus  
Saluatoris. Lubuit tamen in praesentiaris  
nonnullas adnotationes dicere, in  
laudem tam praecellētis sancti.

**¶** ANNOTATIONES QVÆ-  
dam de eximia sanctitate Ioseph.

Annota. 1.



bservatione dignissimum est cō-  
siderare, in quā magnam digni-  
tatē, Deus optimus Ioseph san-  
ctum euexit. Adeo ut sponsam  
haberet sacrosanctam virginem Mariam an-  
gelerum reginam, & totius mundi domi-  
nam. Quandoquidem mens mea ingenti ad-  
miratione rapitur, quoties verba illa in cor-  
de meo verso, quæ euangelista Lucas scri-  
psit. Missus est a Deo angelus Gabriel, ad  
Mariam virginem desponsatam Ioseph. Et  
iterum. Cum esset desponsata Maria Ioseph,  
Sanctus Matthæus, recenset. Et enim si do-  
minus eligit ministros idoneos, qui suo mi-  
nisterio

Luc. 1.

Matth. 1.

nisterio dignè fungi quæant, ut perbellè te-  
statur Paulus, quibus donis & charismati-  
bus, filius Dei ornauit beatum Ioseph ut  
sponsus fieret suæ sacerrimè matris? Haud  
dubiè sicut verbum patris eam delegit sibi  
in matrem, quæ sanctior & virtutibus can-  
didior erat cunctis mulieribus, sic genitrici  
suæ talem virum præbuit, qui omnibus vir-  
tutibus esset absolutus, & omni ex parte per-  
fectus, nec non cunctis sanctis noui & vete-  
ris testamenti antecelleret. Ioseph sponsus  
Mariæ, paucis verbis profertur, at hebes est  
omnis intellectus creaturæ, ut penitus tam  
excellam dignitatem comprehendat. Sanè  
si ad prophetandum Hieremias antequam  
nasceretur sanctificatus est, & præcursor  
Ioannes, ut Saluatorem baptizaret, adhuc  
in utero matris suæ Spiritu sancto repletur,  
quid prohibet, hoc ipsum de viro iusto Io-  
seph piè asserere; qui nutritius Saluatoris  
fuit, quem in via Ægypti brachijs suis por-  
tauit, qui sæpius amplexatus est eum, & o-  
sculatus? Etenim beati oculi huius sancti  
qui viderunt, quem multi reges, & prophe-  
tæ videre magnopere cupierunt, tamen nõ  
viderunt. Hæc S. Bernar. hom. 2. super. Mis-  
sus est.

Hiere. 1.

Luc. 1.

S. Bernar.

hom. 2. in

Misus.

Secundo.

¶ Secundo notare oportet, quā fuerit inge-  
nitus

Annorations

Matt. 1.

nuus ac nobilis. Erat quidē de stirpe regia, ideo de domo David eum fuisse testatur euangelista, imò angelus apparens ei dixit. Noli timere Ioseph fili David, accipere Mariam conjugem tuam. Quod in ea natum est, de Spiritu sancto est. Iure optimo ex David genere oriundus fuit, vt esset nobilis genere, mēte autē nobilior. Sanè filius David non degenerans à patre suo David. Nec tantum carne filius tanti vatis erat, sed fide, sanctitate, sed deuotione. Quem sanè tanquam alterum David dominus inuenit secundū

Acto. 13.

cor suum. Cui tutum committeret secretū, atque sacrum sui cordis arcanum. Cui etiā vt alteri David incerta & occulta sapientię suę manifestauit, dans illi notum esse, quòd Paulo teste, nemo principum huius seculi agnouit. O quàm magnum, quàm & abditum secretum reuelauit Deus viro sancto Ioseph. Quod in ea natum est, de Spiritu sancto est, pariet filium, & vocabis nomen eius Iesum. Ipse saluum faciet populum suum à peccatis eorum, id est, ipse est de quo toto seculo Esaias vaticinatus fuerat. Ecce virgo concipiet & pariet filium & vocabitur nomen eius Emanuel. Ipse denique Messias est, in quò vno, totius mundi salus sita est. Quæ ergo animum tuum humana cogi-

Es. 7.

tatio

In festo sancti Ioseph.

151

tatio torquet? Quid estuas? quid fluctuas? aut quorsum meditare diuortium? aut ab ea vis distrahi? quæ tibi tanta charitate, simul & Tribus cognatione iuncta est? nō est alius sponsus ea virgine dignus, nec illa alteri destinata alto Dei consilio, nisi tibi. Agnosce David authorē tui generis, cui promissum est olim, quod nunc incipit exhiberi. Et si citra tuam operam sponsę tuę vterus intumescit, totum diuinum est quod geritur. Ascitus vtique es, vt testis sis foecundæ virginitatis sacræ vxoris. En quàm multa angelus breui eloquio voluit Ioseph benedicto indicare.

¶ Sub hæc, nomen hoc sanctum augmentum significat. Sic beatus Hieronymus in interpretatione Hebraicarum dictionum ait. Ioseph, id est, augmentum, vel appositio. Et Rachel nato Ioseph dixit. Addat mihi dominus alium filium. Gene. 30. Bone Deus, quātum creuit vir benedictus Ioseph postquam almam Dei matrem, iuxta angeli oraculum accepit, quauis suspitione prorsus ablata. Imò certo certius sciens verum Messiam, verumque Deum & hominem in suo vtero sacro ipsam portare. O qua reuerentia, & tremore ei seruiebat, haud dubitans templum fore totius Trinitatis, & sa-

Tertiō.

Notā.

crarium



## Annotationes

crarium benedictum filij Dei, omni obsequio, tam angelico quam humano dignissimum. Quando quidem si tribus mensibus duntaxat arca foederis manente in domo. Obededon tantum virtutis habuit, ut dominus cunctis rebus eius benedixerit, mirumque in modum esset ille locupletatus, quid de diuo Ioseph dicemus, in cuius foelici domo non paucis mensibus, sed tot annis arca Deifera virgo Maria mansit? Planè bonis innumeris auctus vir sanctus, magis ac magis opera Dei exaltabat, gratias immortales diu noctuque Christo Iesu agebat, eò quòd in contubernium suæ sacræ matris illum delegerat. Iam quibus charismatum donis sanctus hic fuerit ditatus, ubi in Bethlithmitico diuersorio Iesum speciosum præ filiis hominum vidit natum, & procumbens eum adoravit in præsepio vagientem, ne mo verbis exprimere potest, & si Maronis, aut Tullij eloquentia fulgeat. Altius expendite charissimi prærogatiuam ineffabilem beati Ioseph, & videte quomodo antequàm pastores ab angelo vocati, Salvatorem videant & adorent, antequàm Magi ab Oriente, stella duce, pergant, thesauros suos aperiant, & prouoluti dona mystica puero Iesu offerant, vir

sanctus

## In festo sancti Ioseph. 152

sanctus illum fide integra agnouit, charitate flammigera adamavit. O rem potius tota nostri intellectus indagine contemplandam, quam verbis exprimendam. Primus post benedictam matrem Ioseph regem regum adorat, & iubilo magno ipsum intuetur.

¶ Sed ut nominis tanti viri excellentiam pro modulo nostro explicemus, recordemur alterius Ioseph oportet, quippe qui in Ægypto castitate, & sapientia vehementer præfulsit. Ille quidem domino suo fidem seruans, dominæ suæ noluit commisceri. Iste dominam suam virginem Dei matrem fideliter custodiuit. Illi data est intelligentia in mysterijs somniorum, isti datum est conscientium fieri, atque participem coelestium sacramentorum. Quid plura? Ille frumenta seruauit omni populo, adeò ut patrem ac Salvatorem Ægyptij ipsum appellarèt, quæ quidem frumenta iam iam putruerunt, & non sunt. Ioseph noster tyrannidè cruenti Herodis frustras, in Ægyptum se recepit, seruans sibi & nobis orthodoxis panem viuum, qui de caelo descendit, & dat vitam mundo, quem qui dignè manducauerit, absque dubio viuet in æternum, ipso domino contestante.

Ni fallor, benedicto Ioseph vel maxime conue-

Quarto.

Gene. 37.

Gene. 40.

Matt. 2.

Ioan. 6.

## Annotationes

**Luc. 1 2.** conuenit oraculum illud ore sacro domini prolatum. Fidelis seruus & prudens, quem constituit dominus super familiam suam. Quis pro dignitate effari quæat fidelitatē, & prudentiam Sancti Ioseph? Sat sit hoc vnum non ignorare quòd pater cœlestis eū constituit super domum suam, confidens ei filium suum Iesum Christum, & eius genitricem sanctissimam. O stupenda res, etiā ipsis Cherubin expauescenda, cum puer Iesus duodecim annos esset natus, descendit cum ipso & matre sua sacra, ab Hierusalem in Nazareth, & erat subditus illis. Quid superbis terra & cinis? homo nuntio quem te ipsum facis? En rex & creator angelorum, mo rigerum sese præbuit, nedum almæ suæ genitrici, sed Ioseph fabro. Pone posthac ceruicem, collum obedientiæ iugo spontè exhibe. Nam vti omnis qui se exaltat, humiliabitur, sic omnis qui se humiliat, exaltabitur.

**Quinto.** ¶ Denique, vbi sacra scriptura, quempiam vocat virum iustū, omnibus virtutibus absolutum, atque perfectum iustum fore subinditat. Ait ergò Matthæus. Ioseph cum esset vir iustus noluit traducere eam, id est, noluit eam ludibrio exponere, perinde atque adulteram. Sanctus Augustinus epistola. 45. ad

## In festo sancti Ioseph. 153

ad Macedonium equidem exactissima familiaritate deprehenderat virginis egregiæ candidos mores: ita vt oculis, vultu, incessu, gestu, sermone, nil aliud spirabat quàm cœlestem conuersationem. Eas ob res facilius ei videbatur virtute diuina eam concepisse, quàm peccasse. At, quia Deum timebat, & iustus erat, Deo optimo negotium committere cogitabat, clam dimittens eā. O quantum vtriusq; cor, virginis & Ioseph diuebatur interim. Nihilominus, qui post tempestatem tranquillum facit, & post lachrymas exultationem inducit, is angelum suum misit consolatorem cœlicum, qui omnem dubitationem pectori Ioseph adimeret. Sicut scriptum est. Adiutor in oportunitatibus, in tribulationibus, quæ inuenerunt nos nimis. Quid, quod Sanctus Ioseph per Mariā virgo fuit, diuo Hieronymo contestante, tantum abest, vt alias vxores duxerit post Mariam, vt quidam perperam autumarūt. Sed ad iustitiam, qua vehementer hic sanctus illustratus fuit, redeamus. Sanè iustitia ceu S. Augustinus. li. de correctione & gratia, inquit, ad iustitiam legis pertinet declinare à malo, & facere bonum. Vnde propheta cecinit. Declina à malo, & fac bonum, inquire pacem & persequere eam. Primum culpam

v vitat,

*Virginis  
Mariæ la<sup>o</sup>*

*Tob. 3.*

*Psal. 45.*

*S. Hieron.  
li. 1. cōtra  
Iouini.*

*Psal. 34.*

Annotationes

S. Th. 2. 2.  
q. 79. ar. 1

vitat, secundum, meretur palmam vite æternæ. Quomodo tam iustitia communis quàm specialis, vtraque partem amplexatur pulchrè ostendit. S. Tho. 2. 2. q. 79. ar. 1. Cū ergo cuius iusto peculiare sit nemini nocere, & de omnibus bene mereri, eam ob rem, humana suspitione tactus Ioseph, virginē præclaram accusare non fuit ausus. Vtinam nos fideles, hūc virū iustum imitātes, nulli nocumentum inferamus vnquam, sed patienter mala ab alijs sustineamus, non reddentes malum pro malo, ait Apostolus. O quàm præposterè se habent, qui parcere nolunt inimicis suis, sed pro virili vindictam sumere moluntur. Mitto volens egregium titulum huius sancti, qui pater Christi etiā ex ore virgineo Mariæ appellatus est. Fili, quid fecisti nobis sic? Pater tuus & ego, dolentes quærebamuste. Quin & Iesus triginta annos agens filius fabri dicebatur: hoc tamen propter Mariæ benedictæ famam & honorem, velut contravesanum Heluidiū Sanctus Hieronymus testatur. Superest charissimi vt votis omnibus Sanctum Ioseph veneremur, eum & quotidie pio inuocemus affectu: nā quē tanti De⁹ fecit illum in terris, ad magnā gloriam euegit in coelis.

S. Hiero.  
contra Heluidium.

PRO

In festo Philippi & Iacobi. 154

*PRO MIRABILI SOLENNITATE ANNUNCIATIONIS CHRISTIFERÆ MARIE, IN LIBRO FESTIUITATUM OMNIUM, VIRGINIS ALMÆ, EXTITIT DECLAMATIO PECULIARIS. VBI SAPIENS LECTOR, EUANGELIUM, MISSUS EST, ADAMUSSIM EXPOSITUM REPERIET.*

*In festo Sancti Marci euangelistæ legitur euangelium Lucae quod sic habet. Designauit Iesus alios septuaginta duos, &c. Cuius expositio est in festo Sancti Lucae. Et habetur in fine libri solennitatum omnium sacerrimæ virginis Mariæ, ante tractatum super Magnificat, qui inibi habetur.*

*Pro solennitate Apostolorum Philippi & Iacobi. Declamatio quinta.*

**Q**uanta sit, & quàm admirabilis fides dei sacre energia, atque potens virtus, fratres dilectissimi, palàm vas electionis Paulus, orthodoxis

V 2

omni-

## Declamatio quinta

**Rom. 15.** omnibus facit dicens. Deus autem spei repleat vos omni gaudio, & pace, in credendo. O mirabilem summi Dei largitatem erga homines, ille perinde ac pater misericordiarum, donum fidei pectoribus nostris inseruit, quo gaudio ineffabili, & pace celesti, mens nostra adhuc in hoc exilio calami toso potiri valeat. Verum fides in Christum quippè quæ per dilectionem operatur totum hominem tranquillat, pacem præ se ferens, & gaudium. Pacem, inquam, affert intellectui, in quo est tanquam in subiecto, gaudium verò conciliat voluntati, à qua intellectus mouetur ad credendum: nam ex imperio voluntatis intellectus credibilibus assentit. Vnde Sæctus Augustinus. li. de prædesti. Sanctorum, fidem esse dicit in voluntate, id est, actus fidei procedit quodammodo à voluntate imperante intellectui, vt assentiat. **S. Tho. 2. 2. q. 4. art. 2.** Cæterum quum tā præcellens sit efficacia fidei sanctæ, vt **q. 4. ar. 2.** Paulus nūc nobis recēsuit, Saluator noster considerans apostolos suos magna tristitia affectos, & non nihil corda illorum conturbata, potissimè ad credendū eos exortatur, vt dū fidē perfectam vēdicauerint, nō tristētur, sed gaudeāt, nec perturbētur illorū pectora, sed potius credētes, vt par est, pace ac tranquil-

In festo Philippi & Iacobi. 155  
tranquillitate perfruantur. Ecce quo potissimè verba lectionis euangelicæ hodiernæ tēdant. Nos ergo gratia Dei nostri fulciete, expositionem sacri euangelij incipiamus.

*¶ Non turbetur cor vestrum. Creditis in Deum, & in me credite. In domo patris mei mansiones multe sunt.*

Text.

¶ Verba hæc dominus loquutus fuit apostolis magnopere dilectis, in cœna vltima, post pedum lotionem, post eucharistiæ sacrosanctæ institutionē, & postquā crucētus ac vesanus traditor Iudas iam exierat, affectu iniquo actus, ad tradendum dominum atq; magistrum. Tunc multa Saluator apostolis referauit, quorum vel vnum fat fuerat ad perturbationem non vulgarem in cordibus eorum excitandam. Vnus ex vobis me traditurus est, ait. Et rursus. Quo ego vado vos non potestis venire. Et Petro ait, qui præcipuus erat inter apostolos, & primas tenebat. Amen, amen dico tibi, non cantabit **Luc. 22.** gallus donec ter me neges. Denique, quod omnium maximè pectora illorum infestabat, terrificum illud verbum erat. Omnes **Matt. 26.** vos scandalum patiemini in me, in hac nocte. Scriptum est enim. Percutiam pastore,

Declamatio quinta

Matt. 16. & dispergētur oues gregis. Audientes ergo  
 quā atrocē & nouā tempestatē dñs signi-  
 ficabat, quæ sanē Petrū fortissimū omniū,  
 ad tantū terroris adigeret, vt eadē nocte, nō  
 semel, sed ter foret negaturus, eū quē iuxta  
 Cæsareā filiū Dei viui, toto corde & ore cō-  
 fessus fuerat, vehemēter omnes expauesce-  
 bant, & animo perculsi, Petri exemplo, sibi  
 quisq; sumopere metuebat. Qui ergo tene-  
 re eos amabat, & filiolos nūcuparat, quiq;  
 medullitūs ea quæ ipsi versabant in corde,  
 vtpotē, verus Deus sciebat, conatur vehemē-  
 ter animos illorum sedare, & cogitatus tor-  
 quentes pectora illorum compescere. Eas  
 ob res ait. Creditis in Deum, & in me credi-  
 te. Græcè habetur. Credite in Deum & in  
 me credite. Observandum, quod ad explo-  
 dendam eorum turbationem, duplici argu-  
 mēto vtitur, vt statim fusiūs explicabimus.  
 Non turbetur cor vestrū admonet primò.  
1. Mat. 25 Nempè, vt alter fortissimus Iudas bello in-  
 stante optimis verbis armauit suos milites,  
 non lancea, aut gladio, veluti in Machabæo-  
 rum libro memoriæ proditum est: sic Salua-  
 tor noster imminente passionis suæ tempo-  
 re, muniuit apostolos suos quo forti animo  
 prælium magnum illud vincerent. Non tur-  
 betur cor vestrū. Non ait, ne turbemini, sed  
 signanter

Nota.

signanter

In festo Philippi & Iacobi. 156

signanter inquit, cor vestrū nullatenus tur-  
 betur. Nam caro suapte natura infirma, cō-  
 tumelias, probra, & crucem vehemēter hor-  
 ret, mortemq; abominatur. Quod etiam  
 in Christo Iesu Samsonē fortiore est vide-  
 re, quiq; orans in horto agoniam passus, fa-  
 ctus est sudor eius quasi guttē sanguinis de  
 currentis in terra. Quod dominus hic expe-  
 tit, tā ab apostolis, quā à nobis orthodoxis,  
 est dūtaxat, ne moeritia in aduersitate men-  
 tē absorbeat, quæ præuenire rationem solet.  
 Huc pertinet quod apostolus Theſſalonicē  
 sibus scripsit. Nolo vos ignorare de dormiē-  
 tibus, ne contristemini sicut & cæteri, qui  
 spē nō habent. Nō prorsus adimit eis tristi-  
 tiam, sed eā quæ est secundū seculū, quippè  
 quæ mortē operatur. Verū absque peccato  
 aduersitate cruciante dicere possumus cum  
 viro iusto Iob. Domine caro mea non est  
 ænea, neque lapis. Flagellum sentio quia ca-  
 ro fragilis est, & infirma, quanquā spī-  
 ritus promptus sit, ad obeundas calami-  
 tates propter te Deus meus. Nonne affe-  
 ctu paterno Saluator tres apostolos, quos  
 delegerat in horto dormientes vidēs dixit,  
 spiritus quidē prōptus est, caro aut infirma?  
 Profectò fratres nō modicahinc nobis scatu-  
 rit cōsolatio, certò sciētes qđ Deus optimus  
 v 4 agno-

Luc. 22.

1. Theſſ. 4.

Iob. 6.

Matt. 26

## Declamatio quinta

**Psal. 102.** agnouit signum nostrum. Et recordatus est quoniam pulvis sumus, homo sicut foenum, dies eius tanquam flos agri, sic efflorescit. Summa: taxat dominus inordinatam moestitiam, qua mens nostra plus iusto perturbari solet. Quam ob rem clamat. Non turbetur cor vestrum. Unde dignitas legis nouae palam fit. Ea quidem quae maxime corda compescit, eorum quod lex amoris est, non timoris. Ideo apostolus ad nos clamat. Non accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus. Abba pater.

¶ Notandum, quod non ab eis crucem auferit, sed animum eorum roborat, ne forte in calamitate succumbant: sciens quia per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum caelorum. Itaque; externo homini crucem imponit, internum autem magnopere consolatur: expedit enim carni nostrae ne lasciuat, & insolescat, aduersa pati. At contra, interno homini conuenit consolatio, ne fatiscat, & labascat. Sic sane apostoli admodum dilecti crucem pertulerunt, calicem domini biberunt. Iuxta illud. Calicem meum bibetis: ne nobis prospera pollicentes, ipsi seducamur. Imo Saluatorem nostrum sub cruce nos consolantem oculis fidei intueamur.

Si

## In festo Philippi & Iacobi. 157

Si me persequuti sunt, & vos persequentur. Et iterum. Ego dispono vobis, sicut pater meus disposuit mihi regnum. O nos tepidos & desides, quam praepostere agimus pro virili laboribus fugientes, & pressuras horrentes. Non ita charissimi, sed cum psalmographo clamemus oportet. Proba me domine & tenta me. Et rursus cum probato athleta Dei Iob dicamus. Haec mihi sit consolatio, ut affligens me dolore, non parcas. Quod si viris huiusmodi giganteis impares sumus, & in tribulatione non ut ius est letamur, saltem equanimiter mala quaeque gratias agentes Christo Iesu patiamur. Quomodo autem sedandum sit cor in aduersitate vexatum, nunc docet pietissimus magister Christus.

¶ *Creditis in Deum, & in me credite.* Text.

¶ Ecce implicitè insinuat, quo perturbatio cordis dacebat, nempe, ad amittendam fidem in ipsum. Et contra, quandiu in eum crederent, turbatio haud quam perueniret ad cor. Prauidebat enim eos breui perturbandos, adeo ut fugam capientes ipsum in manibus inimicorum relinquerent. Percusso pastore, oves subinde, hac & illac, disperse vagantur. Creditis in Deum, & in me credite. Ac si patienter dicat. Iuxta Mosaycā doctrinā unum

v 5 Deum

Luce. 22.

Psal. Iob. 6.

Nota.

Matt. 20.

## Declamatio quinta

**Deu. 9.** Deum colitis, ipso acclamate. Audi Israel, Deus, Deus tuus, Deus vnus est. Non ceu gentes quos vefanus Satanas decepit, plures deos, qui potius dæmonia sunt adoratis. Qui ergo verè Deo vni fiditis, mihi fidere debetis, sum quidem idem Deus cum patre.

**S. Auguf.** Hinc Diuus Augustinus. Ne discipuli turbarentur tanquam homines, & mortem Christi timerent, ideò consolatur eos, etiam se esse Deum contestans. Idque Sanctus Chry-

**S. Chryfo.** soltomus non tacuit dicens. Ea quæ in me, & in patrem est fides, potentior est ijs quæ superuenient. Et nihil contra eam potest prævalere diffideliū. Vincā ego virtute meæ diuinitatis, & vos p̄ me vincetis, si vestrīs diffideli viribus in me fiduciam omnem ac spem fixeritis, nec mors ipsa vos poterit distrahere. Et quemadmodum aliquando eritis afflictionum confortes, sic eritis & coronæ. Tantum mihi confidite. Opere precium erit hinc notare. Quod non ait, mihi credite, sed in me credite. Sunt qui credāt Deum, hoc est, Deum esse, nec eò dementiæ venerunt, vt cū stulto dixerint. Non est Deus. Alij credunt Deo, afferentes vera fore omnia quæ Deus loquutus est. Veruntamē hoc fat nō erit, ad vitam æternam vendicandam, nisi in Deū credant, id est, credentes ei per amorem ad-

**Nota.**

hæreant.

In festo Philippi & Iacobi 158

hæreant. Sanct. Tho. 2. 2. quæst. 2. ar. 2. Veritas enim prima ad voluntatem refertur, secundum quod habet rationem finis. Hæc distinctione fidei tractat Sanctus Augustinus, super Ioannem, et in vigilia Penthecostes. Præterea verbis hæc Saluator noster fidem explicitam expetit, erga Trinitatis mysterium. Nam qui credit in patrem necessarium est vt credat in filium, & in Spiritum Sanctum. Imo vt theologi asserunt, mysterium incarnationis Christi credi nō potest, sine fide Trinitatis. 3. distinct. 25. Alioqui Saluator non diceret apostolis. Itē docete omnes gētes, baptizātes eos, in nomine patris, & filij, & Spiritus Sancti. Itaque quomodò ante aduentum Christi mysteriū incarnationis explicitè à maioribus fuit creditum, implicitè autem, & quasi obumbratè à minoribus, ita & mysteriū sacrosanctæ Trinitatis. Nūc verò postquā sanctum euangelium vbiq̄ue terrarum notū est, quotquot baptizati sunt explicitè credāt Trinitatis arcanū necesse est. S. Tho. 2. 2. q. 2. art. 9. Quando quidem talis fides, scutū est in quo cūcta tela nequissimi quālibet ignea possumus extinguere. Vti apostolus pulchrè testatur. Quin victoria nostra, quæ vincit mundū, fides sacra est, si tamē p̄ dilectionē operetur, ceu apostolus

S. Th. 2. 2. q. 2. ar. 2.

S. Auguf.

Matt. vlti.

S. Th. 2. 2. q. 2. ar. 9.

Gala. 5.

ad Ga.

## Declamatio quinta

ad Galatas, inquit. Quid multis immoror?  
Per hanc fidem, quam à nobis exigit domi-  
nus sancti vicerunt regna, operati sunt iusti-  
tiam, adepti sunt repromissiones. Ora leo-  
num obturauerunt, extinxerunt impetum  
ignis, & alia facinora egregia fecerunt, quæ  
nobis Paulus adfabrè enarrat. Summa, fi-  
des viua quam theologi informatam chari-  
tate dicunt, ea est quæ foras mittit timorem  
omnem seruilem, mundanum, & humanū,  
& fiducia certa nos adherere Deo efficit.  
Quanquàm in futura vita sola charitas ma-  
nebit. Eò quòd charitas nunquàm excidit.  
Quod autem stipendium paratum sit victo-  
ribus, iam aperit Saluator dicens.

Hebr. 12.

Text. ¶ *In domo patris mei mansiones multæ  
sunt.*

Esai. 64.

¶ En postquàm sese Deum verum esse ostē-  
dit, quippè qui scrutator est cordium, & in-  
tima nostra penetrat, iam solamē aliud pro-  
ponit militibus suis, ne in certamine deffi-  
ciant. Non mihi soli in cœlo paratum est  
premium, quod nec oculus vidit nec auris  
audiuit nec in cor hominis ascendit; neque  
solus Petrus me secuturus est, absit, sed om-  
nes absque delectu, qui mihi per charitatē  
& synceram fidem adhererint. De premio er-

go

## In festo Philippi & Iacobi. 159

go non est cur solliciti sitis, tantum eo conā-  
dum, vt forti animo certetis. Nō enim coro-  
nabitur nisi qui legitimè certauerit. Id quod  
experimento agnoscimus in agonothetis  
qui in theatro dimicare solent. In domo pa-  
tris mei mansiones multæ sunt, inquit. Mo-  
re blandiētis loquitur, vt moestitia affectos  
ijs faustissimis eloquijs solari possit. Nō ait,  
in domo iudicis, sed patris, quo affectum no-  
strum allitiat. De qua domo alebat quidam  
vates. O Israel quā magna est domus Dei,  
& ingens locus possessionis eius. Magnus  
est, & non habet finem. Hæc, inquam, est do-  
mus illa nō manufacta, quā habemus in cœ-  
lis, si nostra domus terrestris dissoluatur  
prius. Quid multa? Domus hæc Deus opti-  
mus ipse est, in quo nūc viuimus, mouemur  
& sumus. Tametsi, nūc eum videmus in spe-  
culo, & enigmate, hoc est, per fidem, tunc  
verò facie ad faciem videbimus illum sicuti  
est. Vel domus Dei cœlum empireū dici  
potest, quòd ob excellentiam suam locus  
sanctorum vocatur. Itaque totus hic sermo  
schematicus est, & eò tendit vt per hanc me-  
thaphorā, electi omnes compertū habeant,  
non frustra laborasse, sed magno cū fructu,  
mala quæque propter Christi amorē pertu-  
lisse. Vnde Sāctus Augustinus. Per hoc ver-

2. Cor. 2.

Barth. 2.

1. Cor. 13

S. August.

bum



## Declamatio quinta

bum à perturbatione apostoli recreantur, fidentes etiam post pericula tentationum, se apud Deū cū Christo māsuros. Quia si alius alio fortior, sapiētior, aut iustior, nullus tamen alienabitur ab illa domo, vbi mansio nē pro suo quisq; accepturus est merito. Et tunc erit Deus omnia in omnibus. Et quoniā Deus charitas est, per charitatem fiet, vt quod habēt singuli, cōmune sit omnib⁹. Sic enim quisque ipse habet cū amat in altero, quod ipse nō habet. Nec erit aliqua inuidia imparis claritatis, quoniā regnabit in omnibus vnitas charitatis. Verū multa annotatione digna præstantissimus hic doctor nobis recensuit, cui sanē concinit Diui Gregorij sententia. Sancti in cœlo disparilitatis dāna non sentiunt, qui tantum sibi vnusquisque quantum percepit sufficit. Mirare, domus illa foelix vna est, mansiones verò diuersę, quoniam varia sunt electorum merita. Huc pertinet illud Pauli. Sicut stellæ differunt à stella, ita resurrectio mortuorū. Aptissima quidem collatio. Stellæ cœlo adhærēt, & stabiles manēt, sic sancti in gloria adherētes Deo ab ipso diuelli haud possunt. Stellæ & cūcta astra ad sui cœli motū mouētur. Et ad eundē modū beati, ore & corde in cœlesti regno clamāt. Dñe fiat volūtas tua. Denique

S. Gregor.  
li. vlti. mo-  
74.

1. Cor. 15

Collatio.

## In festo Philippi & Iacobi. 160

que sicuti varia astrorū lux vehemēter cœlū ipsum veniunt, ad eādē imaginē diuersa sanctorū gloria, mirū in modū domū illam etheream decorāt. Mirabile dictu, de quouis sancto ecclesia canit illud Ecclesiastici. Non est inuētus similis illi, qui cōseruaret legē excelsi. Ecce quā sint varia sanctorū merita, ideo oportet vt diuersa sit gloria, pluresque mansiones. Verū nō abs re regina Austridemerita est, videns habitacula seruorū regis magni Salomonis. Sanē habitacula beatorum tam sunt decora, & miro ordine digesta, vt stuporē ingerant cuique penitus ea contēplanti. Equidē quando Ioseph fratribus suis cœnam parauit opulentā, omnes sedere fecit iuxta ordinē natiuitatis sue. Nec nō & minimo Benjamin plus cibi dare fecit, quia Saluator noster dat vnicique secundum proprium laborem. Ita vt qui parcè seminauerit, parcè & metet. ¶ Sed cū ore suo sacro domin⁹ dixerit, paucos fore electos: quorsum hic astruit multas esse mansiones sanctorū? Ratio ipsa asserit, quod si multe sunt mansiones ergo multi erunt electi, qui eas possideant. Ne impè, nulla est controuersia in verbis domini. Collatio sanctorum non fit cum dānatis, nā stultorū nō est numer⁹. Cū quibus si sancti cōferantur

Ecccl. 44.

3. Reg. 10  
Figura.

Genes. 45.

2. Cor. 9.

Questio.



## Declamatio quinta

ferantur pauci sunt. Sed si numerus electo-  
rum absolute expendatur, non paruus est.  
*Apoc. 7.* Vidi turbam magnam, ait, Ioannes, quam  
dinumerare nemo poterat, ex omnibus ge-  
tibus, & tribubus stantes ante thronum.  
Notanter ait. Nemo dinumerare turbam il-  
la foelicem potest, quia solus dñs scit, qui sunt  
eius. Ipse eos redemit suo roseo sanguine, &  
ipse vocat oues suas nominatim. Quid quod  
hascem mansiones regalis propheta appellat.  
*Psal. 83.* Altaria, atria, tabernacula, quæ Deus opti-  
mus fixit in terra illa feraci, manante lacte,  
& melle. Idque ex fructibus inde allatis ad  
*Nume. 13* nos per exploratores, qui sunt verbi Dei  
precones agnoscipotest. Quauis vsque ho-  
die non desint multi, qui eo stultitiæ deue-  
nerint, vt detrahere terræ illi foelici non ve-  
reantur. Præferentes tenebrosam Ægyptū  
foelicitati cœlesti. De quibus conqueritur  
dominus & ait. Pro nihilo habuerunt terrā  
desiderabilem.  
*Psal. 137.* Sub hæc, quū idem fuerit denarius quem  
*Matth. 20* paterfamilias præcepit dare laborantibus  
in vinea, & si impares portauerint labores,  
qui quidem denarius vitam æternam præsi-  
gnabat, quo nam pacto multæ sunt mansio-  
*S. August.* nes in cœlo? vbi Sanctus Augustinus. Dena-  
rio illo utique vita æterna significatur, &  
æqualis

In festo Philippi & Iacobi. 161  
æqualis est omnibus, quoniã viuendi non est  
diuersitas in æternitate mansura. Sed mul-  
tæ mansiones diuersas meritorum dignita-  
tes designant. Concordat etiam Diuus Gre-  
gorius. Hac ratione cõueniunt mansiones mul-  
tæ cū vno denario, quia & si alter minus, at-  
que alius amplius exultat, omnes tamen v-  
num gaudium conditoris sui visione latifi-  
cat. Vnde conspicuū est, omnes sanctos ean-  
dem essentiam Dei intueri, & hoc denarius  
ille præfagebat. Nihilominus alia est lux  
solis, alia lunæ, & stellarum: nam quo san-  
ctior quisque fuerit clarius ac perspicacius  
Deum optimum videt. Quandoquidem si  
mille homines meridiem solem perlustratē  
inspiciant, omnes eundem conspiciunt, dispa-  
res autē sunt in videndo illum. Qui acutio-  
rem habet visum is acutius solem intuetur.  
Quod profecto in cœlo inter sanctos cõtin-  
git. Illud verò annotatu dignum censeo,  
quod dominus mœstissimos consolaturus  
discipulos, non ad temporaria aliqua, sed ad  
cœlestis beatitudinis spem & contempla-  
tionem eos eleuat. Et ob id mansiones cœle-  
stes cõmemorat, vt desiderio, & certa expe-  
ctatione earū presentia, mala fortiter obeāt.  
Nō sanē eis promittit ampla terrenę habita-  
tionis palacia, nō vitæ huius oblectamēta, &  
cõmo-

S. August.

S. Grego.  
in Eze.

Collatio.

Nota.



Declamatio quinta

Summa, sicut olim carnali Iudaico populo.  
 Equidem orthodoxus quisque coelestis vi-  
 ta hærere futuris, præsentis vite, si quæ sunt  
 gaudia, contemnere debet, & non nisi cru-  
 ces, & afflictiones expectare. Alioqui Salua-  
 tor non diceret: Mandus autem gaudebit,  
 vos vero contristabimini, sed tristitia vestra  
 conuertetur in gaudium. Et iterum. In mû-  
 do tristitiam habebitis, in me autem pacem.  
 Summa, commitendū est fratres, non tan-  
 tum ut felices simus, sed magis ac magis, in  
 operibus patrands beatitudo nostra augea-  
 tur. Nam etsi obiectum beatitudinis nostre  
 unum sit, quia Deus ipse omnes sanctos  
 beat, adeptio & fruitio ipsius boni varia est.  
 Quoniam quanto magis hoc bono homo  
 fruatur, tanto beator erit. Sanct. Thom. 1. 2.  
 quæst. 7. artic. 2. & hætenus de multitudine  
 mansionum sanctorum satis. Nunc sequi-  
 tur in textu.

Text. ¶ Si quo minus dixissem vobis, quia va-  
 do parare vobis locum. Et si abiero & præ-  
 parauero vobis locum, iterum venio, &  
 accipiam vos ad me ipsam. Ut vbi ego  
 sum, & vos sitis.

In festo Philippi & Iacobi. 162

¶ Rursus eos quos vnicè diligebat consola-  
 ri nititur, certiores illos faciens de aduentu  
 suo, deque foelicitate eorum. Si quo min⁹  
 dixissem vobis. Hoc est, sin min⁹, vel alioquin,  
 dixissem vobis. Si secus res haberet, & multi-  
 tudo mansionū in domo patris mei nō esset,  
 indicassem vobis. Quo verbo agnoscimus,  
 omnia coelestia quæ proficua erāt apostolis  
 & nobis Iesum nō tacuisse. Vnde alibi dixit.  
 Iā non dicā vos seruos, sed amicos. Cur ita?  
 quia quæcunq̃ audiui à patre meo, nota  
 feci vobis. Ac si dicat. Quæ vobis adhuc ru-  
 dibus expediebat scire, minimè tacui. Rectè  
 mihi fidere debetis, quippe qui fidus amic⁹  
 sum, & sic vestræ salutis & cōmodi curā ge-  
 ro, vt nihil eorum quæ ad vestram expectat  
 cōmoditatem possim, aut vellim celare. Si  
 abiero & præparauero vobis locū iterū ve-  
 nio. Siquidē, teste Augustino, Mansiones iā  
 ab æterno, per prædestinationē paratæ erāt,  
 sed operando præparauit eas Christus. Ele-  
 git nos pater in ipso ante mūdi constituti-  
 onem, vt essemus sancti & immaculati co-  
 ram ipso. Quid est in ipso? Nisi vt per filij  
 sui mortem, nobis gratia & gloria exhibea-  
 tur. Sicut in Adam omnes moriuntur, sic  
 in Christo oēs viuificabūtur. Si ergo abiero  
 moriendo, aditum æternæ gloriæ referabo

Ioan. 15.

Eph. 1.

¶ Rur

## Declamatio quinta

S. August.  
in Ioan.

Ioan. 20.

Genes. 3.

Luce. 23.

vobis. In sanguine meo vos abluam, ut candidiores niue effecti sidereas mansiones possideatis, Vnde Beatus Augustin. Para, quod paras domine Iesu, para te nobis, & para nos tibi. Profectò nisi moriendo, & resurgendo, nec non & Spiritum Sanctum mittendo apostolos præparet Saluator, locum non obtinerent in coelesti regno. Cæterum, nisi credentes benè viuamus, non parabitur nobis locus in coelo. Quod ait, Iterum venio, quanquam litera ipsa de extremo iudicio loquatur quando in consortium Christi electi omnes suscitati assumuntur, nihil prohibet de die resurrectionis, quando eis apparuit, & per multa argumenta suavit se viuere, locum hunc intelligi. Nec non de aduentu Spiritus Sancti, quando eos internè visitauit, & per flammigeram charitatē illos ad se traxit. Alij de die mortis vniuscuiusque electi Dei, aduentum hunc explicant, quod sanè inficias ire ipse non ausim. Summa, pergit Saluator sponte mortē oppetens, ut flammeam ronfeā quam Cherubin tenebat, ad custodiendam viam ligni vitæ, sanguine suo sacro extingat. Alioqui latroni pendenti, & misericordiam poscenti nullatenus diceret. Hodie mecum eris in paradiso. Nonne arca per desertum populum præcedebat? Sic Saluator, in quo sunt

omnes

In festo Philippi & Iacobi. 163

omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ Dei absconditi, præcessit sanctos suos, tum moriendo, tum etiam in coelum cõscendendo, dicente propheta. Ascendit ante eos pandens iter, ut vbi ego sum & vos sitis. Erat sanè Christi anima beata & fruebatur verbo diuino, à quo humanitas illa erat vnita in vnitate personali, tametsi corpus eius sacrum, calamitatibus & morti mansit obnoxium, propter redẽptionem nostram. Asserit ergo se beatum esse quo ad animam, nã erat simul viator & comprehensor. Nec hoc semel testatus est, sed sæpè. Nemo ascendit in coelum nisi qui descendit de cœlo filius hominis qui est in cœlo. Et iterum. Oro pater ut vbi ego sum, & illic sint mecum. Et quod de beatitudine cœlesti sit sermo, indicant sequentia. Ut videant claritatē tuam, ait, quam dedisti mihi. O inestimabilem Saluatoris nostri erga nos charitatem, & largitatem. Quis regum verbum tam mellitum suis militibus loquutus est? Quis vnquam principum tantum honoris vnquam tribuit & athletis suis contulit? Assumam vos ad me ipsum, ut vbi ego sum, & vos sitis. Vtinã in corde nostro verba hæc melliflua versaremus fratres. Ni fallor totius mundi labētis honorē, opes, & oblectamēta cuncta nihilipendentes, soli Christo

Miche. 2.

Ioan. 3.

Ioan. 17.

x 3

regi

## Declamatio quinta

regum inferuimus, eumque totis visibus laudantes diligere. Rursum ad vos venturus sum ait, ut vos totos ad me recipiam, nunquam posthac à me separandos: ut iam ubi ego sum & vos sitis, gloria ineffabili perfruentes. Quas ob res non est quod diffidatis vos eò peruenturos, quo ego nunc sum. Voluptati nobis erat hic immorari nisi grandis nobis via adesset. Nihil otiosius hoc unum etiã adiuratus tacere queo. Si aditus regni celorum nobis patere non potuit, nisi tot probra, & cruciatus filius Dei pateretur, quanta solertia, & vigilãtia cauere debemus, ne rursus peccando eum crucifigamus? Agite fratres, iuxta Pauli dogma egregium. Cum tremore & timore vestrã operamini salutem. Non enim ut hæreticorum fex testatur, sic per Christum asserti sumus, ut velut securi in utramque aurem dormiamus. Sacrificate sacrificium iustitię, & sperate in domino, admonet regius psalter. Et dominus quotidie clamat. Vos amici mei estis, si feceritis quę precipio vobis. Interim si cum Christo regem nostrum regnare cupimus, oportet ut eius vestigia sectemur. Et si quę ferenda sunt huius vitę calamitosę molesta & incommoda, maximè nos conioletur quod breui admodum erimus cum Christo & videbimus

bona

## In festo Philippi & Iacobi 164

bona domini in terra viuentium. Cæterum de via sua, & habitu, discipulos admonet, dicens.

*¶ Et quo vado scitis, & viam scitis. Dixit ei Thomas, domine, nescimus quò vadis, quomodo possumus viam scire?*

*¶ Dulcis magister de abscessu suo cum apostolis rursus tractat, ut saltem minus doleant de eius absentia. Afferit eos viam qua itur ad gloriam resurrectionis suę scire, nam sæpius de morte sua eis loquebatur, & quia rationem sufficientem habebant, per quam viam passionis suę scirent, sic affatur. Quo vado scitis, & viam scitis. Enimvero ubique de nece sua loquebatur statim subnectens aiebat. Tertia die resurgam. Sub obscure atque confuse, tam viam quam terminum vię sciebant, sed ob suam ruditatem perspicue horum nullum sciebant. Sciebant ergo, & tamen se scire ignorabant. Nonnulli sic explicant. Si scripturas sacras inspiciatis facile agnoscetis me iturum ad patrem, & per crucem venturum ad resurrectionis gloriam. Vtrumque perspicue patet in lege, psalmis, & prophetarum oraculis. Tunc Thomas, inquit.*

x 4

Domini

Nota.

Hebr. 6.

Phil. 2.

Psalm. 4.

Nota

Declamatio quinta

*¶ Domine nescimus quò vadis, quomodo possumus viam scire.*

*¶* Directè còtrarium est sententię quã protulit dominus. Non quòd eum mendacij vel lit arguere, absit, sed ingenuè tùm suam, tùm apostolorum tarditatem profiteretur. Sensus est. Verũ dixisti magister optime, rationem sufficentem habemus scire viam, & terminum eius. At, tanta est hebetudo nostra, vt vtrumque nos latet. Mirabile est, quã fuerint apostoli rudes ad capessenda diuina mysteria, donec affluentissima illa spiritus sancti charismata adepti fuere. Adeò, vt dominus diceret. Multa habeo vobis dicere quæ nò potestis portare modò. Cũ autem venerit ille spiritus veritatis, docebit vos omnẽ veritatem. Et iterum. Docebit vos omnia, & suggeret vobis omnia quæcũque dixerò vobis. Vbi intelligimus, eos deceptos fore, qui sibi suadēt, in sacra scriptura facilia intellectu esse omnia. Imò habēt scripturæ nònullas obscuritates, quæ etiam candidatis ingenijs non minimũ negocij facessant. Sic præstatisimi patres, & sancti doctores sensere, & hoc quotidiana experiētia docet. Pereāt iam hæreticorum viperea dogmata, hi diaboli suggestu decepti, sanctorũ doctorum

Ioan. 16.

Heretici  
superbi.

admo-

In festo Philippi & Iacobi. 165

admodum vtilis expositiones, temerè respiciunt. In quo vel maximè petulantiam suã depròmunt. De quibus perbellè regalis citharœdus dixit. Superbia eorum qui te oderunt ascendit semper. Eodem expectat illud Pauli. Dicentes se esse sapientes stulti facti sunt. Nisi fallor, fons & origo vnde omnes hæreses dimanant, hæc est. Nam hominum temeritas eò peruenit, vt sanctæ ecclesiæ Romanę iudicio erroneum suũ sensum præferant. Idque minimè facerent, nisi falso sibi scripturam sanctam, exactè cognitã persuasum haberent. Illuminet eos Saluator qui lux vera est, illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum. Hoc vultu cernuo precamur, & toto pectore poscimus. Cæterum magister mitissimus lucidius rem exponens dixit.

Rom. 1.

Ioan. 1.

*¶ Ego sum via veritas & vita. Nemo venit ad patrem nisi per me. Si cognouissetis me, patrem meum utique cognouissetis, & amodò cognoscitis eum, & vidistis eum.*

Text.

*¶* Hac epitoma Saluator noster docet, quã fuerit verũ quod nuperrimè dixerat. Quo

x 5

vado

## Declamatio quinta

IOAN. 10.

S. HILA. LIB.  
7. DE TRIN.

NOTA.

vado scitis & viam scitis. Nā Christū utiq; agnoscebāt, nō modo per egregia eius verba, quibus se patris coelestis filium appellabat, sed per miracula stupēda quæ ante eos patrabat: opera quæ ego facio, ipsa testimoniū perhibēt de me. Observatione dignum est, quod textus Græcus sic habet. Ego sum illa via, illa veritas, illa vita. Perinde dicat. Ego sum, suprema via, suprema veritas, & suprema vita. Vbi Sanctus Hilarius li. 7. de Trinitate. Non enim in erratica atq; in via deducit ille, qui via est. Neque illudit per falsa, qui veritas est. Neque in mortis relinquit errorem qui vita est. Sanè nisi via nostra esset filius Dei non ad nos clamaret quotidie. Discite à me quia mitis sum & humilis corde. Est ergo nobis via in exemplo, ut eius vestigia per omnia sectemur. Veritas est in doctrina coelesti, quam nobis impertuit, errores quosuis dissipans. Est tandem vita suis electis, coronam gloriæ immarcescibilis largiens in premium. Profecō fratres, hoc est totius euangelij caput, atque summa. Quin hoc verbum vel solum, nos instituere potest, quo tendere debeamus. Idque tantum in quavis tentatione, & atroci calamitate nos solari valet. Quam ob causam altius illud pectoribus nostris figamus oportet. En  
Christus

## In festo Philippi & Iacobi. 166

Christus se exordium, medium & finem nostræ salutis subindicat, ne curiosius quicquā quæramus. Initium salutis nostræ est, & via per cuius gratiā à peccato surgimus, & ad veram iustitiam transimus. Medium est, quia per ipsum agnoscimus veritatem, omnes sectas frustraneas & inanes iudicantes. Deniq; finis est, eò quòd vita æterna vocatur, per quā nedū omnia viuūt, sed peccatores è morte ad vitā spiritālē resurgūt. Et vita erat lux hominum, ait Ioannes, de filio Dei verba faciens. Quis obsecro posthac Christū nō sequatur, nisi demēs sit? Quis nō cādēdo ipsum diligat pectore? Nostrapte naturam mendaciū abominamur, & ad veritatē aspiramus, ecce Christus veritas est eterna, qui pè quæ fallere, aut falli nō potest. Via iustitiæ est, quā miseri in gehēna ignis cruciati, se inuenire negāt. Ergo errauimus à via veritatis, & iustitiæ, & sol intelligētiæ nō est ortus nobis. Et in Psalmo. Errauerūt in inuio, & nō in via. Agedū peccator qui per abrupta mōtiū vagaris, qui per vitiorū precipitia progredieris, huc cōuerte oculos tuos, ecce Christus clamat. Ego sū via, veritas, & vita. Discite iā vbi sit prudētia, ut discas vbi sit lōgeuitas vitæ. Extra Christū nulla est via, non veritas, sed mendacium: nō deniq; vita, nisi horren-

IOAN. 1.

SAPIEN. 5.

PSALM. 106.

BARUC. 3.

Declamatio quinta

horrenda mors. Mira res tria docuithic Saluator quibus assequi valeamus mansiones illas coelicas, quæ omnia in ipso tantum fas est inuenire. Primum est sanctitas vite, secundum fides recta, tertius spes firma vitæ futuræ. Ipse namque dat sancte viuere, recte credere, & sua dignatione efficit, vt spem ad futura bona erigamus, dicente Dauide. Quoniam tu domine singulariter in spe constituisti me.

*Text.* ¶ *Nemo venit ad patrem nisi per me. Sicuti nemo potest venire ad filium.*

¶ Idest, credere in filium nisi pater traxerit eum, tenebras intellectus depellendo, & lumine fidei eum illustrando, sic nemo in patrem fidem habebit, nisi per filium illuminetur. Vnde sequitur quàm impares simus, gratia summi numinis sublata, ad fidem comparandam. Nec nostris viribus, aut operibus salutem consequi valemus, nisi in Salvatore credamus, eidemque per charitatem non fictam adhareamus. Quo attinet illud Pauli. Gratificauit nos, in dilecto filio suo.

*Eph. 1.*

¶ Si cognouissetis me, & patrem meum cognouissetis. Verum cum æternitas, Deitas & substantia eadem sit in patre & filio, qui nouerit patrem in eum credendo, agnoscat

&

In festo Philippi & Iacobi. 167

& filium, agnitione fidei. Ego & pater, vnū *Ioan. 10.* sumus, ait ipse. At, cum pater & filius nomina sint correlatiua, vno relatiuo agnito, alterum statim agnoscitur. Quod ait, vidistis eum, non de corporali specie loquitur, nam verbum tantummodo caro factum est, sed viderunt patrem quodammodo in filio, dū illum in filio conspiciunt ventis & mari imperantem, præcipientem dæmonijs, morbos quàm libet immedicabiles verbotenus depellentem, potestate mira, mortuos ad vitam reuocantem. Et vidistis eum, nam ego ille sum de quo Sapiens ait. Candor est lucis æternæ, speculum sine macula imago bonitatis illius. Figura sum substantiæ eius, & ob id qui me videt, patrem meum intuetur. *Sapient. 7.* Notandum, quod vbi dominus patrem dicit, amabilem nobis illum ostendit, non iudicem austerum, vt quondam se ostendebat animaduertens in Hebræos. Erat utique; *Psal. 92.* Deus vltionum, Deus vltionum. Atqui, quòd patrem suum ipse nominat, non adoptione, vti nos, sed natura se filium nuncupat. Vnde in horto orans dixit. Pater mihi *Matth. 26.* possibile est, trāsfer calicem hunc à me. Veruntamen docens nos orare, sic loquitur. Cum oratis dicite. Pater noster qui es in cœlis. *S. Th. 3. p. 3. d. 4. & S. Tho. 3. p. q. 23. art. 4.* En causa *q. 23. ar. 4.* ob



## Declamatio quinta

ob quam sæpenumero patrem suum dicit, deū. Vt fusius sanctus doctor probat. Quod verbum versuti persequutores eius, sustinere non poterant. Quia patrem suum vocabat Deū. Vt preclare notat Ioānes. Sed Philippum audiamus quid obnixè petat.

Ioan.

Text.

*¶ Dicit ei Philippus, domine ostende nobis patrem, & sufficit nobis. Dicit ei Iesus. Tanto tempore vobiscum sum & non cognouistis me? Philippe, qui videt me, videt & patrem meum. Quomodo tu dicis, ostēde nobis patrem, & sufficit nobis?*

*¶ Quoniā dominus paulò ante dixerat vidistis eū, scilicet, patrem, non audens Philippus palàm negare hoc, tacitè negat, rogando, vt Saluator ostendat eis patrem cœlestem. Sanè si Philippus oculis corporeis patrem videre affectabat, non rectè sentiebat, nā Deus spiritus est, ceu Saluator Samaritanæ dixit. Si ergo anima nostra vel angelus creaturæ sunt, & quia spirituales, videri non possunt, quantò amplius Deus optimus, qui simplicissimus spiritus est, inuisibilis erit? Quid plura? Aerem ipsum suapte natura corporalem videre non valemus, ob suam raritatē,*

Ioan. 4.

tantum

In festo Philippi & Iacobi. 168  
tantum abest, vt quis essentiam diuinam oculis corporeis intueatur. Equidē, petitio hæc carnem sapit, nam sicut olim Mosi orāti Deus dixit. Faciem meam videre non poteris, quia nemo videbit me, & viuet, in hac vita mortali Dei conspectum nullus expectere debet. Per fidem ambulamus, ait apostolus, non per speciem. Ita est quod affectus naturæ nostræ eò tendit, vt Deum facie ad faciem videat, quo Deo in gloria perpetim fruamur, sed oportet primo videre eum in speculo, & ænigmate, quod est per fidem, & charitatem eum nunc adorare, colere, & inferuire. Non vtique tres pueri Hebræi statim faciem regis viderunt, & in aula regali steterunt, sed triennio decurso vocati sunt. Sic nos fideles in hoc exilio degentes gratias innumeras regi nostro Christo agamus, quòd fide sancta mysteriū Trinitatis tenemus, & de mensa illius cibos accipimus, sacramentis in ecclesia sancta perfruentes, necnon & angelorum pane vicitatem, quoties ad altare accedimus. Veniet faustissimus ille dies, quando videbimus eum sicuti est, patrem & filium & Spiritum sanctum in sua essentia & maiestate cōspiciētes. Interim autē quotidie, imò per omnia horarū momēta orātes dicamus  
verba

Exo. 33.

2. Cor. 5.

Danie. 1.

Nota.

## Declamatio quinta

verba quæ Philippus semel dixit. Domine Iesu magister optime, qui eo venisti huc ut æterna foelicitate perfruamur, procliuiter oramus, ut ostendas nobis patrem, & sufficit nobis. In visione Deitatis nostra beatitudo sita est, adeo ut nil mentem nostram tranquillare, aut satiare possit nisi creatorem nostrum in sua gloria conspiciamus. Tu domine contestatus es hoc, & ore tuo sacro verba hæc protulisti. Hæc est vita æterna, ut cognoscant te Deum verum, & quem misisti Iesum Christum. Cui sententiæ alludit regalis propheta. Satiabor dum apparuerit gloria tua. Hanc satietatem toto conatu petamus, hæc, inquam, sanctis operibus mereamur, donec ad eam perfruendam domino adiuuante veniamus. Vbi Deus erit rationi plenitudo lucis, voluntati multitudo pacis & dulcedinis, memoriæ continuatio æternitatis. Ipse Deus finis erit desideriorum nostrorum, qui sine fide videbitur, sine fastidio amabitur, sine fatigatione laudabitur. Quandoquidem si tali animo Philippus loqueretur, ne utiquam dominus non nihil durius responderet.

Ioan. 17.

S. August.  
li. 1. de Tri.

Text. *¶ Tanto tempore vobiscum sum ait, & non cognouistis me? Philippe qui videt me,*

In festo Philippi & Iacobi. 169

*me, videt & patrem meum.*

¶ Conqueritur Saluator noster de tarditate & ruditate apostolorum, & maxime Philippi, qui patris cœlestis conspectum adhuc in terreo corpore poscebat. Sensus est. Admirari non sufficio, quod post tot præclara miracula à me coram vobis patrata, post tot dogmata ex ore meo profecta, nõdum noueritis me esse naturalẽ filium patris cœlestis, ac proinde eundẽ Deũ omnipotentẽ cũ ipso fore. Vbi notadũ, quod cognitio illa ex fide oritur, qua filiũ in patre & patrẽ in filio manere nõ dubitamus. Itaq; qui imperfectẽ agnoscit filiũ, cõsequens est, ut imperfectẽ patrẽ agnoscat. Sed quid est quod dominus sciens omnia veluti demiratus hinc loquitur? equidem magnanimus non est admiratius, teste Philosopho. Cur ergo fortis leo de tribu Iuda admiratione rapitur? Ad hæc, admiratio consurgit ex ignorantia causæ effectũ apparente. Christus sciebat omnia præsentia, futura, & præterita, quæ omnia videbat in verbo, quorsum admiratur dicẽs. Quomodo tu dicis ostẽde nobis patrẽ & sufficit nobis? Sanẽ secundũ scientiã experimentalẽ aliquid nouũ scire poterat, & ideo admirabatur. Nõ secundũ scientiam

Ethi. 4.

Questio  
grauis.

y.

tiam

Declamatio quinta

S. Th. 3. p. q. 15. ar. 8.

tiam diuinam, aut beatam. S. Tho. 3. p. q. 15. ar. 8. Vel si malumus, admirationis affectū ostendebat, docens nos admirari in rebus arduis Sanctus Augustinus. li. 1. super Genesim, contra Manichæos.

¶ Sed iā ad nos, nra se vertat oratio, nobis quotidie Christus inquit. Tāto tēpore vobiscū sum, & nō cognouistis me? Planè omniū maximè reprehēibile est, in quouis fidei, si diutius in Christianissimo versetur, & nil proficiat in agnitione, & amore Christi. Verūm si in nobis, vt par est, dilectio Christi in dies augetur, nō ociosi vitā expleremus, aut voluptati vacātes dñm prouocaremus.

Eccle. 15.

Probè scriptū est. Qui timet Deū faciet bona. O quot sacri baptismatis vnda abluti, haetenus dulcedinē, & mirabilē Christi suauitatē nō gustauerūt. Si tamē gustatis quoniā suavis est dñs, inquit Petr<sup>9</sup>. Perinde atq; dubitās loquitur, nā fieri nequit, vt qui suauitatē spiritus libauerit nō fucatā & fallacē mūdi, & carnis voluptatē prorsus respuat.

Nota.

Pudeat nos fratres tāto tēpore cū Christo esse, & nō agnouisse, quā beneuolus, quā suavis & clemēs sit. Suavis est dñs vniuersis, rex Dauid inquit. Verū si oībus tā largiter suā dulcedinē impartit, quātō magis suis filiis vnicè dilectis, quippè qui nedū fide tātū, sed amo

Psal. 144.

re

In festo Philippi & Iacobi. 170

re ei toto pectore adherēt? Cæterū, adhuc dñs assertionem suam confirmat, & ait.

*¶ Quomodo tu dicis: ostende nobis patrem? non credis quia ego in patre, & pater in me est? Verba quæ ego loquor vobis, à me ipso nō loquor. Pater in me manens ipse facit opera.* Text.

¶ Mirū, quā seriōsè agat de re tā graui atq; pernecessaria nostræ salutis, sepe & nō semel eandē sententiā eis inculcat, quo altiūs veritatē hāc pectoribus eorū & nostris infigat. Sat erat semel dixisse qui videt me, videt & patrē meū, vt vnitatē essentiæ, & personarū, patris, & filij, diuisionem realem intelligerēt apostoli. Nihilōsetiūs eadem verba repetit, vt funditus Sabellij cōmentū euertat. Nō vti ille diaboli filius dicebat, res habet. Non inquā, eadē est persona patris, & filij. Alioqui Saluator nō diceret. Ego in patre, & pater in me est. Sanè duo pronomina, ego, & pater, duas personans præsignant. Allusio est ad illud. Ego & pater vnum sumus. Ecce personarum diuisio, & naturæ diuinæ vnitatis simul declarantur. Haūd rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo. At contra raptor ille Lucifer, qui q̄ natura nō potuit,

Nota.

Ioan. 10.

Phili. 1.

## Declamatio quinta

vesana superbia, sibi usurpare voluit, ut esset æqualis altissimo. Sed semetipsum exinanivit filius Dei, nostræ salutis causa, formam serui accipiens. Manens nihilominus, vnum cum patre. Quomodo tu dicis ostendebis patrem? Taxat ignoratiam Philippi, qui corporeo visu essentiam & maiestatem patris intueri cupiebat. Enimvero, anhelare ad perfectam visionem patris laudabile est, & cum propheta sæpe sæpius clamare. Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum. Ita desiderat anima mea ad te Deus. Quando veniam, o quando veniam, ante faciem domini. Veruntamen æquanimiter mundi aduersa toleremus, donec ipse dicat euge serue bone, & fidelis, intra in gaudium domini tui.

*Psal. 41.*

*Text.* ¶ *Non credis quia ego in patre, & pater in me est.*

*Psal. 102.* ¶ O munificentia summi Dei, non inquit, non intelligis, aut non capis? Quia nihil impossibile pater ille misericordiarum nobis præcipit. Nouit ipse figmentum nostrum. Sed ad fidem habendam eum commouens ait. Non credis quia ego in patre, & pater in me est. Sic iuxta Samariam dixit mulieri peccatrici. Mulier crede mihi. Ad eundem modum

*Ioan. 4.*

In festo Philippi & Iacobi. 171

dum de arcano resurrectionis mysterio erudiens Martham, fidem exposulauit ab illa. Credis hoc? inquit magister coelestis. Vnde diuus Augustinus. Volemus dum valemus fratres, dum non valemus credam. Notandum quod Deus in omnibus creaturis est, per presentiam, potentiam & essentiam. Veruntamen, per unitatem naturæ, tantummodo est in filio & Spiritu sancto. Idem duplici argumento suadet, videlicet per unitatem doctrinæ, & operationis.

*S. Augus.*

¶ *Verba quæ ego loquor à me ipso non loquor, pater in me manens ipse facit opera.* *Text.*

¶ Verba hæc ad humanitatem eius commodissime referuntur, quippe quæ, æternæ sapientie aptissimum instrumentum fuit. Vtebatur ergo diuinitas humanitate illa ceu organo, & per eam sapientissime dicebat, & agebat omnia. Huc attinet illud. Doctrina mea non est mea, sed eius qui misit me. Et iterum. Pater meus usque modo operatur, & ego operor illud. En omnia patri tribuit, perinde ac gratias ei reddens. Iuxta illud, Ego honorifico patrem meum, & non quero gloriam meam. Habent sanè verba hæc institutionem magnam, ut Christi exemplo patri omnia tribuentis, nos omnia nostra in Dei gloriam

*Ioan. 7.*

*Ioan. 8.*

## Declamatio quinta

referamus, quod planè apostolus hortatur.  
1. Cor. 10 Siue comedatis siue bibatis, siue aliquid aliud faciatis, omnia in gloriam Dei facite. Adhæc dominus ad omnes apostolos severens, inquit.

Text. ¶ *Non creditis quia ego in patre, & pater in me est? Alioquin propter opera ipsa credite.*

¶ Antea solum Philippum compellarat nunc omnes alloquitur, unde palàm est alios quosdam in eodem errore cum Philippo fuisse. Remittit eos ad opera sua præclara, quibus vel solis poterant manuduci ad cognitionem diuinitatis Christi. Si opera in eis non fecissem, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent, dicebat Iudæis. Nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Utinam & nos talia faceremus opera, ad quæ fratres nostros imitanda mitteremus. Non diligamus verbo, neque lingua, sed opere & veritate, clamat Ioannes. Quin & opera nostra sic luceant coram hominibus, ut videant opera nostra bona & glorificent patrem nostrum qui in coelis est. Sed nunc quid ipse credentibus in eum pollicetur aufcultemus.

Amen

In testo Philippi & Iacobi. 172

¶ *Amen Amē dico vobis, qui credit in Text. me, opera quæ ego facio, & ipse faciet & maiora horū faciet, quia ego ad patrem vado*

¶ Summatim dicam, quoniam immorati sumus hætenus in explanatione euāgelij: & ob hanc causam annotationes quas in fine edictare solemus, vtrò dimittemus. Verbis ijs dñs magnā fidei energiam indicat. Nam aliàs dixit omnia possibilia sunt credenti. Adeò ut verbotenus nōtes transferat, qui uti granū sinapis fidē habuerit. Quā ob rē pollicetur credētibus donū hoc mirabile, videlicet, quod ea quæ magister optimus operabatur, discipuli efficere valeant. Quia ego ad patrem vado. Nec mortalis inter mortales semper ero, ascendam in coelum postquam surrexero, mortis, & inferni magnifici triumphator. Unde Spiritum sanctum mittam vobis à patre, & tunc oculis fidei melius cernetis absentem, & quod nunc videtis patrem per me agentē, idem agam per vos si mihi per fidē & charitatē inheseritis. Imò clariūs exerā vim diuinitatis meæ, postquam hanc infirmitatis speciem vobis subduxero. Attēdendū hīc est, quod non modo eadē opera sed maiora quā ipse fecit, ostendit credētes

Marc. 9.

Nota.

Y 4 in

## Declamatio quinta

**Acto. 5.** In eum posse efficere. Quænam sint maiora illa? Profecto diuus Augustinus duo dicit. Primò, quod maius opus videtur vmbra Petri infirmis salutem præstare, quàm fimbria Christi morbos quosuis depellere. Res dictu mirabilis. Ægrotos in plateis homines ponebant, vt saltim Petri vmbra eos tangente incolumes euaderent, quod in Actis apostolorum legimus. Secundo verba hæc referenda sunt ad opera spiritualia, plus est impium ad Deum conuertere, quàm corpora mortuorum suscitare. Imò maius opus est quàm creare coelū & terrā. Eò quòd coelū & terra transibunt, prædestinatorum autē salus & iustificatio in æternum permanebit. Quis vero horum sit genuinus & literalis sensus prudens lector iudicet.

**Text.** *Et quodcumque petieritis patrem in nomine meo hoc faciam, vt glorificetur pater in filio.*

¶ Rursus solatur eos, ne destitutos aut orphanos se existimēt post illius abcessum. Quicquid alioq̃ a patre petieritis per nomē sanctū meū, modo illius gloriæ & salutis v're sit proficuū, id ego faciā. Sicq̃; pater celestis glorificabitur per vos apud homines, quemad-

## In festo Philippi & Iacobi. 173

quæadmodum per filium fuit glorificatus.

*¶ Siquid petieritis patrem in nomine meo hoc faciam.*

**Text.**

¶ Pro virili conatur omnem diffidentiam e cordibus eorum expellere, eas ob res eandē sententiam repetit. Tanquā dicat. Non vos perturbet habitus meus, quippè qui lucri nō parū vobis est allaturus. Tum maxime sum vobis adfuturus ad omnia, quæ ad veram salutem conducunt, quum corpusculum vobis subtraxero. Tantum petite quod vultis, audiet pater vota vestra, & ego patronus assiduus apud illum, id efficiam. Equidem crebra est illa pollicitatio domini Iesu, si quid in nomine eius petierimus præstiturum illud. Quo verbo nos erudire voluit, vt in cunctis petitionibus, potissimum meritis eius nitamur. Quod planè sancta Ecclesia Romana consuevit quotidie. Cæterum qui orare & petere à Deo bona cupit, pro se petat necessaria ad salutem, piè & perseveranter. S. Tho. 2. 2. q. 83. ar. 18. Sed de his in litanis plura adduximus. O summi numinis stupenda largitas, plura præbet nobis orantibus, quàm ipsi petimus. Nonnè rex Salomon reginæ Sabba quæcunq̃ petijt illi præbuit, munere regio excepto? En magni-

Ioã. 14. ¶

Matth. 18

3. Re. 10.

Figura.

## Annotationes

gnificētia regis nostri Christi depicta. Ecce plusquā Salomon hic, Quique nobis petētib⁹ dabit omnia charismatū dona, incrementa fidei, spei, & charitatis, cæteraſq; virtutes. Dabit sponte munus regium, cœlestem gloriam post hanc vitam præbens, cui sit honos & imperium per secula. Amen.

*PRO INVENTIONE SANCTÆ crucis euangelium legitur de Nicodemio ad Iesum nocte veniente, quod suffus in celeberrima solēnitate sanctissimæ Trinitatis pro captu nostro exposuimus, in libro de dominicis post penthecostem.*

*Lubuit tamen aliquot annotationes, de sancta Cruce hic describere.*

Annot. 1.

Deut. 21.



Rimō notandum, quā vnice Saluator patibulū crucis ob nostrā salutē amauerit, quū in lege scriptum sit. Maledictus à Deo homo, qui pendet in cruce. Itaq; nō modò cruciatus atrox quos crux ipsa pēdētib⁹ in ea præbebat, sed ignominia, & maledictionē illius spōtē ele

In festo inuentionis Crucis. 174  
elegit: quo nos à duplici malo liberaret, videlicet, à pœnis gehennalibus quibus digni eramus, ob primi parētis piaculū: & simul à maledictione illa liberi essemus, quipē quā suo magno malo audiēt improbi in extremo iudicio. Ite maledicti in ignē æternū. Ecce opprobriū, & tormētum simul, maledictio & ignis perpetuus quē inimici crucis vellint nollint subibūt. Huc facit celebris illa Pauli sentētia. Christus nos redemit de maledictō legis, factus pro nobis, maledictū: quia scriptū est. Maledictus omnis qui pendet in cruce. Sanē singula singularem emphasim habent: sat fuerit probra Christi in cruce pēdētis in mentem reducere, vt & nos pro illi⁹ amore, hominū ignominias, saltim patienter feramus. De cruce illud sapientis dicere possumus. Hanc amaui à iuuentute mea, & elegi eā mihi assumere in sponsam. Nēpē, puer Iesus crucē sic adamauit, sic solerti cura eam quæsiuit, in præsepio subinde vt natus fuit recūbens, & abūdē lachrymas pro nobis effuderit, & vagitus lachrymabiles emisit. Recolite fratres vitæ laboriosæ Iesu benedicti decursum, & nihil nisi crucem in eam uenietis, quam in sponsam elegit, quando super eam extensus, brachia sua super crucis brachia vltro protēdit. O si nos

Matt. 25.

Gala. 6.

Sapient. 8.

## Annotationes

*Galat. 6.*

nos orthodoxi cum apostolo iam corde & ore clamaremus. Absit mihi gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi. En charissimi, quomodo alumni virtutum, & Christi dilecti non crucem pati formidant, sed sub ipsa gloriam rutilare agnoscunt: & ob hanc causam in illa tantum gloriantur.

*Secundo.*

¶ Secundo, magnopere aduertendum, quam mirabili artificio filius Dei vsus fuit, per rem tam abiectam, & mundo fallaci exosam, instituens, predestinatos saluare, & aditum regni coelorum nobis referare. Nam crux sancta, clavis illa est de qua sub nomine Elia- chim pater promisit Christo, Erit quasi pater habitantibus Hierusalem, & domui Iuda, inquit. Et dabo clauem David super humeros eius. Et aperiet & non erit qui claudat, & claudet, & non erit qui aperiat. Quis vnquam misericordiarum parens habitantibus in Hierusalem, id est, in Ecclesia Romana, nisi Christus Deus noster? Is clauem David super humeros suos portauit, quando baiulans sibi crucem exiuit in montem Caluarium, quemadmodum exacte Ioannes narrat. Profecto nisi hac claue Saluator ostium coeli aperiret, latroni oranti non diceret. Amen dico tibi hodie mecum eris in paradiso. Etenim tali medicamento indigebat mundus,

*Esa. 22.*

*Ioan. 19.*

*Lucæ. 23.*

*S. Tb. 3. p.*

*q. 49. ar. 5*

## In festo inuentionis Crucis. 175

dus, qui ingenti superbia turgidus noluit agnoscere Deum, in sapietia Dei. Hinc apostolus clamat. Quia in Dei sapientia non cognouit mundus per sapientiam Deum, placuit Deo per stultitiam prædicationis saluos facere credentes. Hinc Sanctus Augustinus li. 4. de Trinitate. Quum lux luceret in tenebris, hoc est, in creaturis, & tenebræ eam non comprehenderunt, placuit Deo per stultitiam prædicationis saluos facere credentes: vt verbum caro fieret, & habitaret in nobis, obiretque tandem pro nobis in cruce. Mystereum crucis pereuntibus stultitia est, paulo ante dixit apostolus. His autem qui salui sunt, id est, nobis, virtus Dei est. Non igitur incommodè prædicatio stultitiæ, crucis annuntiatio appellatur, sine qua nemo salutem assequi potest. Verum si homines machinam hanc pulcherrimam, & creaturas omnes penitus considerarent, Deum agnoscerent: nã teste Ecclesiastico. Effudit sapientiam suam Deus super omnia opera sua. Itaque creaturæ omnes, perinde atque verba sunt, quibus Deus optimus, potentiam, sapientiam, & bonitatem suam palam facit. Inuisibilia enim Dei per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur. At homo ob suam insignem vanitatem à rectitudine diuinæ cognitionis declinauit.

*1. Cor. 1.*

*Ecc. 1.*

*Roma. 1.*



## Annotationes

navit. Quam ob causam, per quædam alia ad sui cognitionem accommodata, fideles adduxit, quæ in ipsis rationibus naturalibus creaturarum non inveniuntur. Propter quod à mundanis hominibus reputantur stulta: & huiusmodi sunt fidei documenta, ceu pulchrè Sanctus doctor in Paulum notat. Sed proculdubio verissima est illa sententia.

**1. Cor. 1.** Quod stultum est Deo, sapientius est hominibus. Id est, omnem humanam sapientiam exuperat, quod indeo homines rudes & stulti stultum reputant.

**Tertiò** ¶ Tertiò animadvertendum, quàm convenientissimum fuerit, Christum mortem crucis pati. Equidem, sapientia Dei, teste Augustino, hominem suscepit ad exemplū, quo rectè viueremus. li. 83. q. Ne ergo sancti metuerent genus tam atrocissimæ mortis pro Dei amore pati, oportuit Salvatorem patibulum crucis subire. Nihil erat tunc mortis genus æquè formidabilius execrabiliusve. Sub hæc, verba redemptoris ea sunt, quæ in psalmo legimus. Quod nō rapui, tunc exolvebam. Cū ergo Adā ex ligno vetito contra Dei præceptum ederet, fas erat, vt Adā celestis in ligno pateretur mortem, quo sic solueret, quod Adam terrestris temerè rapuit. Sanct. Thom. 3. par. quæst. 46. artic. 4.

Hinc

## In festo inuentionis Crucis. 176

Hinc dominus ad Nicodemum veniētem ad se noctu dixit. Sicut Moses exaltauit serpentem in ligno, sic oportet exaltari filium hominis, vt omnis qui credit in illum nō pereat, sed habeat vitam æternam. Ecce adumbrata erat Christi mors, multis retro seculis. Sunt & multæ figuræ quas recenset Sanctus Augustinus sermone de passione domini: quippè quæ, necem dñi in cruce præfigiebant. Enimuerò genus humanū arca lignea tēpore Noe iusti, mortē euasit. Moses tactu virgæ mare diuisit, & Pharaonem ac exercitum eius profligauit. Ligno emisso in aquas amaras, Moses eas dulcorauit. Quæ omnia & alia pleraque id genus, virtutem & excellentiam crucis Christi palā ostendebāt. O quam ardentissimis votis principes tres mysterium crucis aduētare optabant. Profectò vnanimiter omnes cū viro sancto Iob clamabāt. Vtinā appēderentur peccata mea in statera, quib⁹ irā merui. Statera crux sancta est, in qua appēsa sunt scelera totius mūdi, & sanguine redemptoris deleta. Miror sanè & iure admiratione rapior, quod inter literas hieroglyphicas, crucis figura vitam futuram significabat, vt author est Orus Apollo. Nec asbre, sed mysterij diuini alicuius signū aliquādo aut portētū diuinit⁹

**Ioan. 3.**

**Genes. 8.**  
*Figura crucis.*

**Iob. 6.**

**Orus Apollo.**

osten-

Annotationes

ostensum in crucis imagine viderant. Quid multa? figura crucis inculpta erat pectori serapidis Ægyptiorum idoli, in tēplo quod Theodosio imperante, simul cum græcanicis omnibus deletum, & solo æquatum fuit. In quo delubro passim spectabantur literæ hieroglyphicæ, figuram crucis habētes, teste Suida. Et vt compendio multa dicam, Diuo Hieronymo in Marcum contestante, thau, litera hebræa est in signum crucis depicta, qua angelus signauit in frōte, eos qui flebant ruinam hierosolymitanā, quiq; saluifacti sunt, ceu Ezechiel propheta fufius narrat. Ecce in signe salutis & vitæ, crux sancta protendit. Nec non & perfectionem designat, nam, thau, alphabetici hebraici, vltimo collocatur loco.

Suida.  
S. Hiero.  
in Marcū.

Quartò.

Hanc gemmam preciosam, imò cunctis vernantibus gemmis præcellētiorem, summo opere videre & toto corde adorare regina Helena Christianissima affectabat. Quæ hoc flāmigero tacta desiderio, muliebrē fragilitatem obliuiscēs, virilemq; animum induens, hierosolymā petijt. Quis iam fari queat, quāta sedulitate inter hebræos, locum vbi iacebat sancta crux requisit? Nēpè, fortis mulier, tum minis, tum pollicitationibus, eos exhortabatur, quò partim tremore cruciatuum,

In festo inuentionis Crucis. 177  
tuū, partim munerū amore, rei tam abditæ veritatem patefacerēt: tandē deuentum est ad locū tādīu desideratum, & inuentæ sunt sub humo tres cruces absconditæ, titulus autem regalis seorsum positus erat. Dubitanti *Ecclesiastes* bus cūctis, quæ earū esset Saluatoris crux, *historia.* hæsitacionem abstulit miraculum diuinitus patratum. Macharius hierosolymorum episcopus, vir iustus, Deo optimo precibus oblati, singulas cruces imposuit cuidā foeminae quæ graui morbo laborabat. Sed cū nihil profuissent, adhibuit tertiam, & confestim mulier sanitati est restituta. O quanta lætitia, quā ingenti gaudio, nedūm regina, sed vniuersa fidellum caterua affecta est. O quas gratiarū actiones omnes fideles Christo egerūt: nec dubito quin portento hoc intuito, plures hebræos in Christum Iesum credidisse. Salutari ergo cruce adinuēta, Helena magnificētissimam extruxit ecclesiā, in qua partem crucis benedictæ reliquit, partem verò filio Constantino detulit, & hæc pars vsq; in hodiernum diem Romæ seruata est in ecclesia sanctæ crucis. Tūc imperator Cōstātinus parta iā victoria de Maxētio tyrāno, quē signo crucis munitus deuicit, legē sancit, vt nō crux ad suppliciū cuiquā adhiberetur. Mira res, crux quæ an-

Annotationes

S. Augus.

tea ludibrio habebatur, venerationi magna esse coepit. Transiitque, vti perbellè, ait Sanctus Augustinus, à supplicio latronum, ad coronam imperatorum. O rem vbi que terrarum cunctis gentibus prædicandam. Si tantum honoris rex gloriæ Christus contulit cruci in qua pepedit, quantum laudis & gloriæ dabit dilectis suis, pro quibus in ipsa cruce obiit? Facessant iam hereticorum deliramenta, pereant eorum venenata dogmata. Illi diaboli soboles crucis signum horrent, tum è templis, tum ex itineribus cruces auferentes, quia crucis sacramentum ignorant. De quibus apostolus ingemiscens dixit. Sunt multi de quibus sæpe vobis dicebam, nunc autem flens dico, inimicos crucis Christi. Crucem Saluatoris odio habent, quia latronis pessimi crucem ipsi portant, sustinebuntque eam perpetim cum Zabulo in inferno. Nos verò fideles quos fidei lumen coelicum illuminavit, quos sua dignatione rex noster Christus dono sacræ fidei vehementer decoravit, crucis eius signum adoremus, osculantes, & amplexantes lectulum nostri Salomonis, quem ambiunt fortes Israel. Tenentes gladios ad expugnandos Satanæ incursus, & ad profligandos aduersarios, qui crucis honorem auferre moliuntur. In hoc Salomonis

Cantic. 3.

nis

In festo inuentionis Crucis. 178  
 nis lectulo, animæ sanctæ quiescunt, perinde atque fortissimum asylum crucem Christi habentes. Quiescite sub arbore dicebat Abraham angelis peregrinorum speciem præseferentibus, & postea transibitis. Dicam ego vobis charissimi, quiescite sub arbore frugifera, si vultis ab estu concupiscentiæ, superbiæ, & avaritiæ ardoribus liberari. Fugite ad crucem domini, vbi vos mundus, insectatur. Arbor est cuius altitudo tangit coelum, & rami eius replent orbem terræ. Cuius fructus nimius, nam filius Dei pendet ex ea. Cuius folia ad sanitatem gentium vehementer valent. In illius ramis cœli volucres nidificant, angeli, & cœlestes spiritus laudes concrepant, filio Dei gratias agentes pro munere redemptionis nobis impenso. Nec non & animalia sancta, homines fideles dico, in umbra eius pacem mirabilem vendicant. Nec non cum Diuo Andrea quotidie precantur. O crux benedicta, Christi Iesu membris tanquam margaritis ornata, suscipe discipulum eius, qui pepedit in te magister meus Christus. Haud dubie qui pio affectu, corde, & ore precationem hanc protulerit, Christo Iesu non vulgare obsequium faciet, & crucis fructum domino suffragate gustabit. Et hæc de festo

Genes. 18.

Danic. 4.



Z 2

huius

## Annotationes

huius diei sufficient.

**Quintò.** ¶ Quintò tandem animaduersione dignū est, quòd orthodoxo nō sufficit cum prudētissima foemina Helena crucem lignēā Christi diligenter quærere, eamque adinuentam corde sincero adorare: neque satis est, nos crucis signo in fronte, & pectore immunire, quod ex cōsuetudine ab apostolis orta, habemus, teste Diuo Basilio, sicut & consecrare aquam baptismatis, & ad orientem orare. Quæ omnia ex traditione apostolorum dimanarunt, & iure Romana seruat ecclesia. Sed necessum est, vt crucem peculiarem patienter tollamus, dicente domino. **Luce. 9.** Qui vul venire post me, tollat crucem suā, & sequatur me. Et alibi. Qui non tollit crucem suam quotide, & sequitur me, non potest meus esse discipulus. Iuxta Basilij magni sententiam, abnegatio sui nihil est quā summa rerum omnium vitæ superioris obliuio, atque à suis voluptatibus recessio. Nā maximè ad tollendam crucem, & Christum sequendum voluntas propria officit. Tollere autem crucem suam, eò tendit vt affectus prauos radicitus quis euellat, virtutes quas nobis imitandas reliquit rex noster Christus pro virili sectetur. Quod planè apostolus vel maximè suadet. **Colo. 3.** Mortificate membra

*S. Basil. lib. de Spiri. Scto. c. 27.*

*Luce. 9.*

*S. Basil. to. 2. interro. 6.*

*Colo. 3.*

In festo inuentionis Crucis. 179

bra vestra, quæ sunt super terram, fornicationem, immunditiam, cōcupiscentiam malā, auaritiam. Profectò verissima est sententia illa, & ex memoria nostra nunquam excidere deberet. Qui sunt Christi, carnem suā crucifixerunt cum vitijs, & concupiscentijs. Summa. Viam crucis iure optimo Paulus viam nouam vocat, quia postquam dominus dominantium filius Dei enixus est huic scalæ, cœlū attingenti, imò cœlos omnes penetranti, angelici viri eam acceperunt. Alioqui vas electionis non diceret, & plerique Christi agonistæ, cum illo non clamarent. Absit mihi gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi. Ecce honos & gloria nostra vbi sita sit. Nempè, non in caducis diuitijs, non in huius mundi dignitate, sed in probro, & labore, pro Saluatoris amore obeundo. Vnde Bernardus. Ser. sancti Andreæ, ait. Certè crux preciosa est, crux amari potest, crux habet exultationem. Si tamē fuerit qui colligat, semper lignum crucis vitæ tam germinat, fructificat iucunditatem, oleum lætitiæ stillat, balsamum sudat charismatū. Tādē lignum vitæ est, ijs qui apprehenderit eā, & qui tenuerit eam beatus. Arbor fructifera est, alioquin nō terrā dominicā occuparet: illā dico glebā pretiosissimā, cui cla-

*Rom. 5.*

*Galat. 6.*

*S. Bernar.*

*Pro. 3.*

## Annotationes

uorū est infixā radicibus. Sed quid mirū si cruci suauitatē dedit, qui dedit & igni? aut quomodo crux iudicatur insipida vbi dulce sapit & flāma? quid adhuc nos dicemus, inquit, hic sanctus, quibus nō sapit pro Christo tribulatio parua? etenim non gustamus māna absconditum. En fratres de inuentione crucis diximus nonnulla, de qua dño optulāte iterū dicemus in festo exaltationis eius. Interim obnixē precemur Christum Iesum, qui tantopere crucem adamauit, spiritum suum nobis impertiat, vt crucis amatores facti, cū apostolo acclamare valeamus, Christo confixus sum cruci.

*Gall. 2.*

**PRO SOLENNITATE SANCTE Monice matris doctoris egregij patris nostri Augustini, in fine libri, qui dominicas post pascha cōtinet, extat declamatio, quæ admodum explicat euangeliū de thesauro abscondito in agro, ibidemque nonnulla de historia Sanctissime Monicæ narratur. Quod si illud euangeliū Lucæ, de vidua plorāte filiū vnicum suum in ciuitate Nain legatur, vti in Missali nouo sancitū est, inueniet expositionem eius in dominica. 17. post penthecostē.**

¶ Pro

In festo sancti Ioannis. 180

**PRO FESTO SANCTI Ioannis ad portam latinam vide euangelium quod in die Sancti Jacobi cātatur. Nihilominus nonnullas annotationes de illius martyrio addidimus.**

**A**nnotatione dignum est, ni fallor, quā admirabilē fortitudinem vera Dei dilectio præferat. Quandoquidem amoris Dei robur & virtus, pulchre Spiritus Sāctus delināuit, & natiuis coloribus simulachrū eius depinxit, dicēs. Fortis est vt mors dilectio, dura velut infernus emulatio. Lampades eius lampades ignis, atque flammarum. Aquæ multæ nō poterunt extinguere charitatem. Nec flumina obruent illam. Enimuerō fratres, magna sunt hæc & annotatu dignissima, Paulatim ea exponamus oportet. Sanè hoc verbū, tā de amore ingenti, quo nos Saluator noster dilexit, quā de dilectiōe, qua nos ipsum vicissim diligere debem⁹, nō incōmodē exponit. Fortis nāq; fuit dilectio charitatis in Christo, adeo vt mortē ipsā superarit enecaretq;. O admirabilis amoris vis, ni fallor, amor flammeus eū cōprehēdit in horto, flagella-

*Prima annotatione.*

*Canti. 8.*

*Amoris vis.*

Z 4

uit

## Annotationes

*Gene. 9.  
Figura.*

uit in domo Pilati, ferto spinarum eum coronauit: & ad extremum, clauis illum cruci affixit, & mortem obire in ligno compulit. Etenim quoties Saluatorē nostrum in cruce pendentem intueor, videor mihi videre verū Noe, mero vineæ quā ipse plātauit, ebrium, & in tabernaculo suo denudatum. Vineam quippè quam filius Dei dignatus est plantare, genus humanum fuit, quod tāto pere ille dilexit, vt vino amoris illius soporatus, alapas, flagra, & crucem pati non erubuit. Quid multa, tam efficax & dura fuit Christi emulatio & zelus, vt instar inferni, qui eos cruciat quos habet, nec illos vnquā dimittit, dūm semel possidet: sic zelus, quo accensum erat pectus Christi, cor illius excruciat, diu noctuque cupiens salutē nostram. Huc pertinet illud psalmi, quod in mentem apostolorum deuenit, quando flagello è templo vendentes & ementes eiecit, & numulariorum mensas euertit. Tunc recordati sunt discipuli, quoniam scriptū est, Zelus domus tuę comedit me: & opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me. Eodem attinet, quod ore suo sacro ipse dixit. Baptismo habeo baptizari: quomodo coarctor, donec perficiatur? Nimirum baptismo aquæ iam baptizatus erat à Ioanne in

*Psal. 68.*

*Lucæ. 12.*

In festo sancti Ioannis. 181

in Iordane: sed baptismum sanguinis sitiebat, in quo nostra redemptio esset consummata. Quomodo coarctor? ait. Verūm, verbum hoc, energiam non vulgarem habet. Emulatio & zelus erga salutē hominum, vulnerabat tenerum cor illius. Væ nobis, qui tam tepidè ipsum creatorem & redemptorem diligimus. Imò, futilia hæc amantes, tāti beneficii obliti sumus. Sequitur, Lāpades eius, lampades ignis atque flammarum. Hebraicè, faces vel tedæ ignis. Equidē charitas ociosa esse nequit, quin & si est, egregia opera facit. Videte Christi Iesu opera, & agnoscetis faces accensas, & lampades flammam emittentes, ad coelum vsque attingentes. Si ieiunia, si lachrymas, si preces eius, si portenta quæ operatus est mirabili virtute sua quis altè consideret, nonne tedas ignis, & lampades ardentes videbit? Aduersus hæc faces ignis, aquæ multæ nil potuerunt, quo minus tedæ flammam suas emitterent. Perspicuum est arcanis literis candidatis: aquas aduersitates significare. Iuxta illud. Intrauerunt aquæ vsque ad animam meam. O quot flumina calamitatum illuerunt in Christum, potissimè tempore suæ mortis. Traditor Iudas eum vili pretio vendidit: sacerdotes & pharisæi atque legis doctores,

*Nota.*

*Psal. 68.*

## Annotationes

doctores, inuidiæ liuore accensi, summo pe-  
re sanguinem eius effundere conabantur:  
sic vt omnes vt leones rugientes clamarēt,  
crucifige, crucifige eū. Mirabile dictu, quo  
magis aquæ inundabant, & flumina isthæc  
crescebant, eò amplius lapades Christi inua-  
lescebant, & maiora amoris indicia appare-  
bant. In eadem nocte qua tradebatur, & cru-  
ciatus atroces ei inimici parabant, pedes a-  
postolorum lauit, & sacrosanctum eucharis-  
tiæ sacramentum in cœna instituit: vt qui  
seipsum daturus erat in pretium, exhiberet  
se nobis in cibum, & salutarem potum. O  
magnificentiam summi Dei, o largitatem  
vbiq; terrarum prædicandam: immortaleis  
tibi gratias persoluimus domine, qui tam sa-  
pienter, fertiter & suauiter, nos immeritos  
amasti, quò nos in amorem tui allectares,  
inflammaresequē.

¶ Vidistis fratres dilectionis fortitudinem,  
in rege nostro Christo Iesu hætenus: nunc  
obsecro, in apostolo dilecto eius Ioanne,  
amoris robur videte. Fortis est vt mors dile-  
ctio. Perinde dicat sponsus, eam ob rē super  
cor tuum & brachium poni volo, quoniam  
dilectio quā mihi debes, pro tam excellenti  
amore, quo te amauit prius, pro tãto benefi-  
cio quo te affeci, ita vt per mortē meā te li-  
berarem,

Nota.

Cant. 8.

## In festo sancti Ioannis. 182

berarem, illa, inquam, dilectio, quā à te exi-  
go, non tepida, non infirma, aut remissa sit  
oportet: sed vehementer intensa, flammigi-  
gera, efficax ac valida, instar mortis. Æmu-  
latio etiam & zelus pro honore meo, & glo-  
ria hæud tenuis, aut mediocris esse debet:  
sed potius fortis, constans, tenaxque propo-  
siti sancti, ad instar mortis. Quando quidem  
mors, hominem separat & euellit ab ijs quæ  
in mundo vtilia & delectabilia videntur.  
Imò ab omni vitæ huius societate atque  
commercio, hominem subito segregat. Ad  
eandem imaginem, Christi Iesu dilectio, ho-  
minem quem inuaserit ac possederit saluta-  
ri suo incendio, mundo fallaci pœnitus mo-  
ri efficit. Et hoc opus egregiū Dei est, quod  
affectum separat ab omnibus quæ carni vo-  
luptati esse solent: ita vt neque cogitare, nec  
tractare libeat aliquid eorum, quæ in mun-  
do iucunda reputantur. Res dictu mirabilis,  
iam non parentes, non fratres, non vllam  
substantiam terrenā: imò nec propriam vi-  
tam diligit, nisi in Deo & propter Deum.  
Deniq; , vniuersa quæ in hoc seculo solent  
magni fieri: vera Dei dilectio, eum cuius cor  
accēderit, prorsus nihili facere cogit. Nec nō  
cū Paulo clamare cōpellitur. Omnia arbitra-  
tus sum vt stercora, vt Christū lucrificiā. Et  
rursus,

Dilectio  
Dei.

Philip. 3.

Annotationes

**Gal. 2.** rursus. Viuo ego, iam non ego, viuit verò in me Christus. Ille planè sibi non viuit, qui nec sua lucra, honorem, aut voluptatem amat: sed Christi gloriam & honorem, in omnibus queritat. O vitam foelicem, vitam coelestem potius quàm terrenam, in qua voluntas summi Dei, nò nostra adimpletur. Æmulatione itaque & zelus sanctus, diuinam cõsequens dilectionem, non mollis sit aut flaccidus, sed rigidus & sancti propositi tenax. Sic enim infernus rigidus est, qui nec flecti precibus, aut minis cõpelli potest: vt quos tenet reddat. Ita qui verè Christum amat, nullis blanditijs, terroribus, aut rationibus flectitur, vt à fide, spe, & dilectione quam semel apprehenderit, abscindatur. **Quinimò,** corde & ore ait. **Rom. 8.** Quis nos separabit à charitate Christi? an gladius? an mors? Enimuerò strenui & imperterriti militis hæc vox est. Vtinam seriò, saltim omnes fideles, eam dicere possent. Et quia charitas latêre nequit, sed lampades, id est, opera insignia habet, **Matt. 5.** ideò Saluator inquit. Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in coelis est. Tales quidem, quinque prudêtes virgines erant, quæ in manibus suis portabant lampades, vbi exierunt obuiam spon-

so

In festo sancti Ioannis. 183

so. Exemplo sit iam nobis Ioannes dilectus Iesu, cuius cor sic igne diuino ardebat, sic amoris rogo accensus flagrabat, vt sæuitiam persequentium Christum non pauès, in monte Caluario intrepidus mansit, donec corpus sacrosanctũ Saluatoris, in mausoléo collocauit. Rursus in exilium actus in sulam Pathmos inhabitauit: vbi Apocalypsim conscripsit, & coelum apertum vidit, nec non angelos melos suaue concinentes, audiuit. Nonnè lampas ardês, opus hoc mirificum fuit, de quo sancta ecclesia, hodie celebre festum colit? In dolium olei feruentis mittitur, ob Christi amorem, quem ipse forti animo prædicabat. Quam ob rem, coelica virtute fretus, nihil iacturæ patiens, athleta Christi vnctus euasit, non exustus. Quo miraculo inspecto, plerique infideles, in Christum Iesum credentes, conuersi sunt.

¶ **Secundò** animaduertendum, quod non modo apostolus Ioannes, dilectus fuit à domino Christo Iesu, sed etiam ab hominibus: ita vt longè melius de eo dicere possimus, quàm de Moyse, dilectus Deo & hominibus, cuius memoria in benedictione est. Etenim si de Moyse legimus, magnam habuisse familiaritatem cum Deo: ita vt facile ad faciem Deus optimus cum illo loqueretur, si-

Ioan. 19.

Nota.

Secundò.

Eccle. 25.

Exo. 33.

cut



## Annotationes

cut solet amicus cum amico loqui. Itidem si quadraginta noctibus & totidem diebus, in cacumine montis Sinai, familiare cum domino habuit consortium, atque colloquium: sic sanctus evangelista Ioannes, cū Christo domino, humanis induto membris, per quam magnam habuit placidam familiaritatem, in conuersatione & conuictu quotidiano, in mutuo colloquio & assidua conuersatione, à tempore suæ vocationis ad apostolatam, vsque ad gloriosam Christi ascensionem in coelum. Deinde Moses vir Dei, clariorem cæteris ante eum prophetis, & altiore habuit diuinarum rerum cognitionem. Idque palam est, **Num. 12.** ex verbo domini dicentis. Si quis fuerit inter vos propheta domini, in visione apparebo ei, vel per somnium loquar ad illum. At, non talis seruus meus Moyse, qui in omni domo mea fidelissimus est. Ore enim ad os loquar ei palam, & non per ænigmata & figuras, Deum videt. Quæ verba proculdubio magni momenti sunt, insignemque fauorem præ se ferunt. Sed noster evangelista cui optimo iure, aquilæ volantis imago accommodatur: puriore mentis acie, intuitu acutiore, arcana diuina & generationem æternam filij Dei penetrauit. O aquilam

## In festo sancti Ioannis. 184

lam mirabilem, quæ irreuerberatis luminibus, solis iustitiæ radios aspexit. Alioquin non tam altè tonaret dicens. In principio **Ioan. 1.** erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Quod sanè pro captu paruo nostro, in die natiuitatis domini exposuimus. Tandem, præ Mose, Sanctus Ioannes dilectus fuit Deo & hominibus. Nam si Moses prophético spiritu insigniter enituit, adeo vt mundi creationem & initium scripserit, vti Geneseos liber patet, & in Deuteronomio de illo scriptum est. Non surrexit ultra propheta in Israel sicut Moyse, quem nosset dominus facie ad faciem. Similiter & Ioannes dilectus Iesu, prophetiæ spiritu fuit excellenter insignitus, quemadmodum sua Apocalypsis planè subindicat. In qua omnes insectationes, quas passura est sancta ecclesia Romana, ad finem vsque mundi, miro demonstrat stylo. Quid multa? Si Moses ad ineffabile mysterium transfigurationis contuendum, ascitus **Matt. 17.** fuit, etiam diuus Ioannes, ibidem claritatem sole ipso fulgentiorem, quæ ex facie Saluatoris oriebatur, intuitus est. Sed de ijs latius in die illius attigimus.

Tandem

## Annotationes

**Tertiò.** ¶ Tandem annotatione dignum est, quantum Saluator dilectum suum Ioannem, in sublime euexit, & quot titulis eum honorauit. Equidem sextuplicem habet sanctorum omnium titulum. Profectò insignis propheta est, vt nuper diximus, euangelista præcipuus vocatur, qui in aquila ab Ezechiele visus est, eò quòd cæteris euangelistis altiùs volauit. Imò, aquila grandis magnarum alarum, & longorum membrorum ductu, plena plumis & varietate veniens ad Libanum, & auferens medullam Cedri, ipse dici potest. Nonne varietate colorum ipse decoratur, vbi tot meritis, necnon & titulis effulget? Ad Libanum volitans, & ad essentiam diuinam deueniens, medullam Cedri tulit, æternam generationem verbi prædicans, quod à patre procedens, Deus filius de Deo patre generatur. Pullulabant eo tempore hæreses, Cherinti & Hebionitarum, diuinitatem Christi negantium, & oblatrantium ipsum fuisse purem hominem. Quapropter, rogatus ab omnibus Asiæ episcopis, suum euangelium scripsit, quo prorsus praua dogmata hæreticorum destruxit.

**Ezec. 17.** Quod fusius Sæctus Hieronymus. li. de scriptoribus illustribus enarrat. Mira res, medullam Cedri, id est, filium patris, sic in ciuitatem

**S. Hiero.**

In festo sancti Ioannis. 185

tatem negociatorum traduxit, vt omnes fideles, veritatem hanc cordi suo figentes, liberi sint ab erroribus Cherintorum, Arrianorum & Hebionitarum. O quantum honoris & laudis debemus diuo Ioanni, quippe qui hanc præcellentem doctrinam nobis reliquit. Sed vt summam dicam, martyrij palmam adeptus est, vbi sponte in dolium feruentis olei se iactauit. Confessoris & virginis corona non caruit. Propter confessionem nominis Christi, in exilium mittitur, & à Cæsare Domitiano relegatur. O mirabilem Ioannis candorem & puritatē, virgo fuit incorruptus, & ob id, virginem Mariam angelorum reginam, in custodiam suscepit. Quid obsecro hoc priuilegio altius? aut quid vnquam honorabilius esse potuit? Quin, vt doctorum sententia asserit, eam ob causam, corpus eius putrefactum non est, quia virgo electus fuit à domino. Vnde post lucem illam, quæ omnibus astantibus apparuit in sepulchro eius, nil inuentum est, quàm manna coelicum ebulliens. Hinc argumentum non leue sumitur, quòd corpus eius benedictum iam surrexit, & in coelo cum angelis collocatum est. Nos fratres, omni veneratione & affectu, beatum Ioannem honorificemus: vt

*Ioannis puritas.*

A precibus

Declamatio sexta

precibus eius & sanctis meritis, in cœlo Christi Iesu, gloria, potui mereamur.

**¶** PRO INVINDISSIMO festo Ascensionis domini, & sollemnitate celeberrima Pentecostes, sapiens lector inueniet euangelia exposita, in libro qui dominicas post pascha continet.

**¶** PRO FESTO SANCTISSIME Trinitatis, satis supraque dictum est, in prima dominica post Pentecosten: quando hoc mirabile, & à Cherubin ipsis stupendum mysterium celebratur.

**¶** IN FESTO SACROSANCTO corporis Christi. Declamatio sexta.

Isa. 45.



Lamat, & quidem probè, euangelicus vates Esaias, charissimi, & clamando, nos fideles omneis acclamare

In festo corporis Christi. 186

clamare hortatur, Verè, tu es Deus absconditus, Deus noster Saluator. Singula animaduersione sunt digna, pro modulo nostro, ea exponamus. Sat erat dicere. Tu es Deus absconditus: nihilominus affirmatiuam uoculam subnectit, quò dilucidè, firmiter, atq; aſſeueranter Christi Iesu numen, & diuinitatē ostenderet. Appellatur Christus, Deus absconditus, ob ſacram humanitatē, quā aſſumpſit ex alma uirgine Maria. Equidem, qui olim in rubo ardenti inter ſpinas & flammās uoluit deliteſcere, & inibi, ceu in throno regali loquutus eſt Moyſi, de libertate populi Iſrael diſerens. Quique legem ſanctam præbens populo ſuo in monte Sina, ſub nube, fumo & caligine, ſe abscondit, ita ut filij Iſrael nullam ſimilitudinem aut imaginem uidere poſſent, ne forſitan Deum optimum, corporeum exiſtimarent. Is, inquam, ſub uelamine noſtræ carnis, occultus apparuit, ut noſ ſua atroci morte, à morte perenni liberaret. Huc pertinet illud Apoſtoli. Loquimur Dei ſapientiam in myſterio, quæ abscondita eſt. Vbi abscondita? Nempe, in carne noſtra, nam uerbum caro factum eſt, & habitauit in nobis. Nonne hic theſaurus eſt, de quo ipſemet ait. Simile eſt regnum

Exo. 4.

Ioan. 1.

1. Cor. 2.

Ioan. 1.

## Declamatio sexta

coelorum, thesauro abscondito in agro? Fœlix & nimium fœlix homo, qui tantum tã-que mirabilem thesaurum adinuenit, planè Salomone ditior, & Dauide potentior ille erit. Quid plura? Nedum se sub forma serui abscondit, cum in forma esset Dei, sed inter latrones facinorosos, in cruce pependit.

*Esa. 53.* Hinc stupefactus Esaias clamauit. Et cū iniquis reputatus est, & alius vates. Ibi abscon-

*Abac. 3.* dita est fortitudo, ante faciē eius ibit mors. Verè tu es Deus absconditus, Deus Isrrael Saluator. Quàm pulchrè dixit Sanctus Dionysius. Bonū, est diffusiuū sui ipsius. Oportebat namq̄, vt se communicaret Deus summè hominibus. Eā ob causam similis nobis factus est, versatus inter homines, & amore captus, mortuus est pro nobis. Væ nobis, si tantam gratiam, tamq̄; mirabile donum neglexerimus. Cæterum qui mille modis se

*Nota.* abscondebat quondam, vt iam attigimus, quo fidei nostræ meritum, maiorem in modum accresceret, antequā mortē crucis oppeteret, rursus se abdere in sacrosancta hostia voluit, sicq̄; se nobis summè communicaret. Quod maius beneficium, aut magnitudine admirabilius, aut fructu salubrius, aut amplitudine magnificentius? Dicamus iubilantes, & ouantes fratres quotidie, in sa-

cro

In testamento corporis Christi. 187  
cro altari eucharistiam venerantes. Verè tu es Deus absconditus, tu es rex noster Iesus totius mundi Saluator. Te toto corde adoramus, & te candido veneramur pectore. Nec ipse vtpotè misericordiarum parens tacet: quominus suos fideles inuitet, & ad suam mensam allectet filios suos valde dilectos. Quin vociferari non desinit, ingentia munera, suis conuiuis promittens: modo dealbati, & mundo corde accedant. Quæ autem munera illa sint, diuus Ioannes perbellè, in lectione euangelica, adnumerat. Euangelium sic habet.

*¶ Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet: & ego in eo.* Ioan. 6.

*¶* Memini in secunda parte declamationis, quam pro die coenæ scripsimus, nonnulla de institutione huius mirabilis sacramenti annotasse. Nec non aliqua inibi extare, de preparatione & vsu tanti sacramenti. Ideò illuc lectorem prudentem mittimus. Sunt ibi planè multa, quippè quæ, aliquid cōmodi, pio lectori adferre possunt. Sed iam sacri

A 3

euang.

Declamatio sexta

euangelij explicationem, domino adiuuan-  
 te, aggrediamur. Caro mea (ait dñs) verè est  
 cibus. His verbis confirmat pollicitationē  
 nuperrimè factā. Panis quē ego dabo, caro  
 est mea, pro mūdi vita. Vt ergo nemo falla-  
 tur, cogitans eū ænigmaticè, aut veluti solli-  
 tus fuerat, parabolicè loquutū: lepidè seip-  
 sum explicat, dicens. Caro mea verè est ci-  
 bus. Enimverò qui æterna veritas est, quā-  
 uis simplici verbo loqueretur, incunētanter  
 credendus erat. Ego, ait alibi, sum via, veritas  
 & vita. Veritatem, quis adeò demens, qui  
 audeat mendacij arguere? Nihilominus,  
 quasi iuramento, affirmat ita esse, nostræ ru-  
 ditati, & fragilitati cupiens mederi. Verè  
 caro mea, cibus est spiritalis, & animas pias  
 viuificat, saginat & mirum in modum ob-  
 lectat: iuxta illud. Parasti in dulcedine tua  
 pauperi Deus. In dulcedine amoris exi-  
 mij, quem erga nos fideles gerebat, panem  
 è mensa accepit, benedixit & fregit, dedit-  
 que discipulis suis dicens. Accipite, hoc  
 est corpus meum, quod pro vobis trade-  
 tur. Et statim calicem suis sacris manibus  
 tenens, ait. Hic calix, est nouum testamen-  
 tum, in sanguine meo, qui pro vobis effun-  
 detur. Bibite ex eo omnes. O quàm con-  
 spicuè, quàm lucidè mysterium hoc pro-  
 palauit,

Ioan. 6.

Ioan. 14.

Psal. 67.

Iuc. 22.

Matt. 26.

In festo corporis Christi. 188

palauit, ob oculos habens satanæ assultus,  
 qui que nullas non mouet machinas, quo  
 hominum corda decipiat, & in miserabi-  
 lem suam seruitutem pertrahat. Confun-  
 dantur iam Berengarius Gallicus, Luthe-  
 rus, Zuinglus, ac Bucerus, qui ausu repro-  
 bo, Christo Iesu & ecclesiæ Romanæ, con-  
 tradicere non erubescunt. Horum impro-  
 borum typus Sapharnitæ fuerunt, qui  
 blasphemantes dixerunt. Quomodo hic  
 potest dare nobis carnem suam ad man-  
 ducandum? Verum non ab iimiles patri-  
 bus suis, qui in deserto Deum tentauerunt,  
 ore improbo clamantes. Quomodo potest  
 Deus, parare nobis mensam in deserto?  
 Ecce de potestate omnipotentis Dei du-  
 bitauerunt, quum verè omnipotens sit. O  
 tardi corde ad credendum, quomodo ma-  
 re vobis aperuit, Pharaone persequente?  
 Quo nam pacto, quadraginta annis vos  
 mannae coelico, in deserto pavit? Audite  
 fratres, de voluntate Dei dubitare nobis  
 licet, an velit nobis immeritis, munera  
 sua largiri: de potestate verò non ita, dicen-  
 te Dauide. Omnia quæcunq; voluit Deus,  
 in caelo, & in terra, & in omnibus abyssis.  
 Et Gabriel ad Deiferam Mariam, dixit. Nō  
 erit impossibile apud Deum omne verbū.

Heretici.

Ioan. 6.

Psal. 77.

Deut. 8.

Psal. 138.

Lec. 1.

Declamatio sexta

Perinde dicat, omnipotenti Deo nihil difficile esse potest, quanquam ratio humana opus eius attingere nequeat. Ibi enim, verbum, pro quavis re accipitur. Mirari igitur eos oportebat, benignitatem & largitatem Salvatoris: quod nedum in pretium sese dedit, sed in edulium, non autem de potentia illius ut cunq̄ue ambigere. Aduertendū tamen, quod caro, hoc loco corpus Christi præsignat. Ratio, quia ex vi sacramenti ibi continentur, ossa, nerui, & totum corpus domini. Quod perspicuum est in forma huius sacramenti, quæ sic habet: Hoc est corpus meum. Veruntamen quando dominus ait, Caro mea verè est cibus, totum sacrum suum corpus significat. Dicitur autem caro, tanquam magis accommodata manducationi. Homines carnibus communiter vesci solent, non ossibus nervisque. S. Thom. 3. part. quæst. 76. artic. 1. Præterea Saluator verè asserit, carnem suam esse cibū: vt quasi fictitios estimemus corporis cibos: quippe qui citò pertranseunt, & paruo tempore fatiant edentes se. Sunt quidē suapte natura, corruptioni obnoxij. Vnde dominus, in hoc sexto capitulo querentibus se dixit. Operamini cibū, nō qui perit, sed qui manet in æternū. Væ illis de quibus apostolus ait.

Matt. 26.

S. Th. 3. p. 1. q. 76. ar. 1.

Ioan. 6.

Quorum

In festo corporis Christi. 189

Quorum Deus venter est. Diues ille miser, qui splendide quotidie epulabatur, & plus nimio gulæ indulgebat, cui nil curæ erat de pauperibus, in foelicem exitum sortitus est, & in inferno sepultus. At contrà, corpus Christi verè est cibus, quoniã semper subsistit, immortale & gloriosum manet. Quam ob causam mentes nostras, fatiat ac roborat. Hac pertinet illud psalmi, Et panis cor hominis confirmet. Sed de ijs in secunda parte declamationis latius. Sequitur nunc.

Psal. 103.

*Et sanguis meus verè est potus.*

Text.

¶ Rursus de sanguine suo benedicto asserit, & iuramento stabilit, quod de carne sua astruxerat, vt certo certius sciamus, inibi sub speciebus vini, realiter ipsius sanguinē esse. Omira & miranda valde summi auminis providentia, Deus optimus, qui quondam in lege vetavit, ne sanguinem animalium ederent Hebræi, eò quòd anima eorum in sanguine est: nunc vice versa, vt pulchrè Sanctus Cyprianus notat, legis conditor præcipit fidelibus, sanguinem suum bibere. Ni fallor fratres, brutorum sanguinem prohibebat libare, ne forsitan more iumentorum, vitam suam ducerent Iudei. At vbi verbum caro factum est, sanguinem eius bibamus

Deut. 12.

S. Cypria.

A 5 mus

## Declamatio sexta

mus oportet, quò vita nostra cœlestis, ac diuina fit: quia sanguine diuino utimur. O nos foelices charissimí, qui ut pulli aquilæ, non mortuum, sed viuum Christi sanguinẽ, degustamus, hinc vir iustus Iob dixit. Et pulli eius lambunt sanguinem. Exactè dictum est lambunt, idest, omni reuerentia ac tremore eum venerantur, & si millies bibant, integer remanet cruor ille sanctissimus: non minutus aut exhaustus. Quid multa? Sanguis hic sacerrimus, ad quem accedimus quotidie, Apostolo teste, lóge melius clamat, quã sanguis Abel. De illo Deus optimus ad Cain, ait. Sanguis fratris tui clamat ad me de terra: hoc est, te fratricidam subindicat, & reum mortis esse prodit. At contrã, sanguis fratris nostri Christi Iesu, peccatorum nostrorum veniam nobis conciliat: adeò ut pendens in cruce patrem deprecetur, Pater ignosce illis quia nesciunt quid faciunt. O mirandum charitatis affectũ, his qui atrociter eum cruciabant, reirifionẽ expetit, ne Deus animaduertat in eos, quemadmodum erãt cõmeriti. Quanto magis orthodoxis, quos vnicè amat, quiq; fide & charitate ei adhærent, veniã impetrabit? Aduocatum habemus apud patrem, Iesum Christũ iustũ, ipse interpellat pro peccatis nostris,

Iob. 39.

Hebr. 12.

Lucæ. 22.

1. Ioan.

## In festo corporis Christi. 190

nostris, ait Ioannes. Cæterum adnotãdum, quod tã sub speciebus panis, quã sub speciebus vini, totus Christus est, totumq; adoramus, & in hospitium pectoris nostri excipimus. Ratio, nam & si ex vi sacramenti in hostia consecrata, corpus Christi dũtaxat fit: ita ut si in triduo apostoli consecrarent, corpus sine sanguine esset ibi: & in calice tantũmodo esset sanguis redemptoris nostri, absq; corpore. Nihil osetius postquã gloriosus è tumulo resurrexit, ex concomitãtia cũ corpore est sanguis & anima. Et de sanguine id ipsum est dicendum. Nõ utique iam effusus est, sed in venis: & venæ in corpore sunt. S. Tho. 3. p. q. 76. ar. 1. Quod plañe magnũ solatium adfert populo Christiano, nec nõ sumẽtibus hoc sacramẽtũ: dum haud dubiè sciunt, sub vtraq; specie, totum Christũ realiter esse. Vnde Dei summi spiritu afflata sancta Romana ecclesia, rectè sancit, ne seculares, sub vtraq; specie cõmunicent: eò quòd totus Christus, in hostia illa benediãta, realiter existit: & nil periculi cõtingere potest, in hoc modo cõmunicandi. ¶ Sũma. Eã ob rẽ Saluator noster, tã serio se de carne sua edẽda, & de sanguine bibẽdo loquit. Et nõ semel sed sepe eadẽ verba inculcat: ut altè infingeret memoriẽ nostrẽ passionem

S. Tho. 3.

p. q. 76.

ar. 1.

Sũmma.

Declamatio sexta

nem suam, & sanguinis effusionem, veluti  
unicum asyllum, & refugium nostrum, in  
quo queuis consolatio, & meritum sitū est.  
Necnon, vt stupendam suam dilectionem,  
erga nos ostendat: qua nimirū quicquid à  
nobis assumpsit, totū nobis lubens impen-  
dit: nedū in pretium, sed in cibum. Sciēs car-  
nem suam, filio Dei vnitam, viuificatiuam  
fore. Quod si ferrum igni admotum, tanquā  
ignis vrit & calefacit, quantò magis caro  
Christi, diuinitati in vnitatem personæ vni-  
ta, mentes nostras liquefacere, & viuificare  
poterit? Quod autem verè carnem suam ci-  
bum esse testatur, corporalem cibum notat  
corruptioni obnoxium: quem siuè accipia-  
mus siuè non, propediem morituri sumus.  
Rursus cibum mendacij, quem diabolus de-  
dit parentibus nostris, falsum fore indicat:  
nam quod serpens cruentus pollicebatur,  
haud præstitit. Hic autem panis coelicus, ve-  
rè cibus est, quoniam vera sunt, quæ Chri-  
stus suis conuiuis promittit: veraque spes  
est qua manducatur. Sed iam par erit, mu-  
nus primum quod dñs pollicetur, intueri.

Collatio.

Genes. 3.

Text.

*Qui māducat meā carnē, et bibit meū  
sanguinem, in me manet, & ego in eo.*

¶ En scopus in quem tendit Saluatoris no-  
stri

In festo corporis Christi. 191

stri animus & intentio. Nempè, vt nos si-  
bi vniat, & tanti capiti, ceu mystica membra  
illi adhærentes illius spiritu viuamus. Hinc  
Beatus Augustinus. Hoc est panem illū san-  
ctum manducare, & sanguinem Christi bi-  
bere, in Christo manere, & Christum in se  
manentem habere. O fructum mirabilem,  
quem ex cōmunionem huius sacramenti, gra-  
tia summi Dei opitulāte accipimus, fratres.  
Hoc donum inextimabile procliuiter peti-  
mus, quoties ad altare accedimus: vt in Iesu  
Saluatore nostro maneamus, & ipse in no-  
bis permaneat. Hoc thesauro nihil est pre-  
tiosius, vtilius ve. Hinc trophæa & victorias,  
ex inimicis nostris, ipso duce ac gubernato-  
re, vendicamus. Hinc tanta orthodoxorum  
fortitudo, tū aduersus principem tenebra-  
rū harum, cōtra mundum fallacem, & sub-  
dolam carnem. Qui habitat in adiutorio al-  
tissimi, ait psalmographus, in protectione  
Dei cōmorabitur. Audeo dicere, sicuti Chri-  
stus à diabolo seuiente, & mundo belligerā  
te opprimi nō potuit, sed magnificè omnes  
hostes se infestantes triumphauit, sic fieri  
non potest, vt qui in Christo manet vinca-  
tur. Alioqui apostolus non diceret, Omnia  
possum, in eo qui me confortat. Nonnè ver-  
ba robusti & constātis militis, & imperterri-  
ti athle-

S. August.  
in Ioan.

Psalm. 90.

Phil. 4.



## Declamatio sexta

*Nota.*

ti athletæ hæc sunt? Non planè quædã euin-  
cã, ait, sed omnia: tamen si innumera sint ho-  
stilia bella, Christi Iesu roborantis me gra-  
tia sua, superabo. Itaque quodammodo e-  
lecti Dei, omnipotentes sunt: non suapte na-  
tura, aut suis viribus fisci, sed diuinæ gratiæ  
confisi, à qua toti pendent. Unde obsecro,  
hæc gigãteas vires, fragiles homines forti-  
ti sunt? Equidem quia in Christo, fide & a-  
more vniti manent: & Christus in eis com-  
moratur. Notandum quod iisdem verbis hic  
vtitur, quibus se æqualem patri ostendit.  
Non creditis quia ego in patre, & pater in  
me est? Nihilominus ille per vnitatem essen-  
tiæ in patre est, & pater in eo: nos verò v-  
nitione gratiæ adhærescimus, & vnus spiri-  
tus sumus cum eo. Mira res fratres, fraudu-  
lentus serpens, deitatem primis parenti-  
bus promisit, modo de vetito ligno contra  
Dei mandatum ederent. Sed nec præstitit  
quod fallaciter sponndit: quinimò iumen-  
tis similis eos reliquit, teste Dauide. At con-  
trà, qui est æterna veritas, filius Dei, suis cõ-  
uinis quod pollicitus est dedit: ita vt iam dij  
appellentur, iuxta illud, Ego dixi dij estis,  
& filij excelsi omnes. Huc attinet illud Ioã-  
nis. Videte qualem charitatem dedit nobis  
Deus, vt filij Dei nominemur & simus. Non

*Nota.*

*Ioan. 15.*

*Gene. 3.*

*Psal. 81.*

*1. Ioan.*

cr-

In festo corporis Christi. 192  
ergo vt versipellis ille, æqualitatem Dei  
nobis promisit Dominus, sed gratiam & cõ-  
municationem Dei, atque consortium, quo  
filij Dei efficiamur. Idque dignè hoc sacramē-  
tum manducantibus, affatum impendit. Ad-  
uertendum, quod hanc vñionem stupēdã,  
nō fides sola operatur, sed charitate simul  
opus habet, qui cœlestes illas epulas edere  
conatur. Eã ob causam Paulus obnixè hor-  
tatur fideles omnes, vt seipos probent, an-  
tequam altare adeant. Ne forsitan indignè  
edentes, iudicium horrendum sibi famant.  
Non utique sanctum, fas est dari canibus,  
ceu Saluator admonet. Ideo perpetuò hoc  
habuit praxis Romanæ ecclesiæ: vt homi-  
nes fideles, præmissa peccatorum suorum con-  
fessione, & salubri absolutione à confesso-  
re accepta, ad eucharistiam sacrosanctam  
accedant. Sic fructum hunc præcellentem,  
conuiuæ vëdicare sibi possunt: vt in Christo  
maneant, & ipsum manentem in se habeant.  
Quod verò signanter, ait, in me manet, cõ-  
tendit, vt sciamus altare sanctum adire, ne-  
dum vt panem illum angelorum edamus,  
sed vt ipse comedat nos, transformet &  
sibi inuisceret. Explorauimus terram di-  
cebant illi, quæ deuorat habitatores suos.  
Verum terra sancta quæ lacte & melle  
fluit

*1. Cor. 11*

*Cõfessio.*

*Name. 13.*

## Declamatio sexta

fluit, Christus Iesus, Deus & homo rectè nūcupatur. Sub cuius lingua, vti sponsa asserit, mel & lac extant. Et quia terra viua est, imò vita æterna, habitatores suos deuorat: eos potissimè, qui per fidem & charitatem ei adhærent. Omira, & modis omnibus miranda res. Schema illud Sâsonis hîc palàm referatur. De comedente exiuit cibus, & de forti egressa est dulcedo. Equidem leo de tribu Iuda, qui victor euasit, cunctis inimicis profligatis, corda hominum manducare omnium maximè affectat. Alio qui non clamaret die ac nocte, & vociferans diceret, Fili præbe mihi cor tuum. Nec abs re in rubo ardenti Deus apparuit Moyse: & in igne Spiritus Sanctus in apostolos descendit: nam ignis suapte natura carniuorax est. De ore huius comedētis Dei, cibus hic salubris egressus est, quando se ipsum consecrauit, & apostolis suis dixit, Accipite: hoc est corp⁹ meum. Et rursus. Caro mea verè est cibus, & sanguis meus vere est potus. Nec non de ore huius fortis, dulcedo egreditur quotidie: vbi ait, Hoc facite in meam commemorationem. Hoc est memores estote, laborū meorum, probrorum & dolorum, quos luhēs pro vestra omniū salute, in cruce pertuli. Ecce pignus, & arrhabo magnæ dilectio-

nis

*Iudi. 14.*

*Nota.*

*Pro. 2 3.*

*Ioan. 6.*

## In festo corporis Christi. 193

nis meæ: vicissim vos diligite eum, qui tantopere dilexit vos, adeo vt animam dilectam suā, daret in manus inimicorum suorum, quò vos libertate donaret, & assereret in populum peculiarem. Vos fratres iam altius expendite, quātā puritatem, quem innocentia candorem nos oporteat habere, vt tanti regis pabulum efficiamur. Nec tu me mutabis in te sicut cibus carni tuæ, sed tu mutaberis in me, cibus sum grandium, Augustine cresce, & manducabis me, ait Dominus. Nō utique paruuli huc veniant, qui parua appetunt: honores seculi, futiles opes, & carnis oblectamenta quæritant. Non planè qui siliquas porcorum cupiunt edere, hoc celesti pane digni sunt. De quibus scriptum est. Vsq̄ue quò paruuli diligitis infantiam, & stulti quæ sunt sibi noxia cupiunt. Et alibi, Puer centum annorū morietur. Principes & reges veniant, qui vitam suam rectè regunt, qui moribus sanctis, pijsque operibus dant operam: qui denique terrena bona posthabent, & æterna quæ verè sunt bona, toto nisu cupiunt. Iouantes currant, & sanctam eucharistiam accipiant. Sed quia de ijs in secunda parte declamationis fusiùs, nunc sanctum euāgelium sequamur;

B

¶ sicut

*Ieræ. 12.*

*S. Augus. lib. 2. cōse.*

*Pro. 1.*

*Esai. 65.*

Declamatio sexta

Text.

*Sicut misit me vivens pater, & ego vivo propter patrem. Et qui manducat me, & ipse vivet propter me.*

Nota.

¶ Paradoxum quod nuper dixerat, nunc similitudinē mirabili probare, & nobis suadere nititur, vitam spiritalem & æternam, sumentibus se promittēs. Dixerat nūc quid satis mirabile ac novum, videlicet. Qui ederet carnem meam & biberit meum sanguinem, in me manet & ego in eo. Id est, sic mihi copulatur & cohæret, vt nec ego ab illo, nec ille à me diuelli possit. Roget iam aliquis & dicat. Qui fieri potest, vt tam fortis vnio fiat inter eum qui vti par est eucharistiam accepit, & ipsum Christum. Huic obiectioni, facit satis magister optimus, accommodatam similitudinem afferens. Fons vitæ pater est, qui me in hunc mundum misit, per quem ego vivo: nam ab illo accipio vt sim filius eius, ac proinde Deus de Deo genitus: sic qui me comederit, mihi que mystico esu & potu adhæserit, vt mecum vnus fiat, huic & ipse vitam imperitiam, non ad breue tempus duraturam, sed æternam. Profectò quicquid terrenum, idem & temporarium sit oportet, & parum effi-

In festo corporis Christi. 194

efficax: aduertendum autem, quòd hæc verba, Ego vivo propter patrem, tam de diuinitate Christi, quam de illius humanitate pulchrè exponit Sanctus Augustinus. Quia quatenus Deus ipse de illo est, & sic æqualitatem cum patre significat: iuxta illud, Ego & pater vnus sumus. Rursus secundum quod homo missus est à patre, vt homines saluaret. Et sic ad patrem refert vitam suam, ceu ad maiorem. Pater maior me est, alibi dixit. Vuit verò propter Christum, qui eum manducat: quoniam vitam habet intra pectus suum, adeò vt viuere possit in æternum. Ecce lignum vite in medio paradisi positum, de quo qui corde candido ederet, perpetim viuet. Etenim paradisius in terra, sacra ecclesia Romana est: in qua dumtaxat sacramentum hoc extat, & fideles eo victitant, inexhaustas gratias Deo agentes. Cæterum penitius verba hæc consideremus: sunt quidem omni mellita dulcedine plena. Qui manducat me, ipse vuit propter me. Quid dulcius? aut quid vtilius fratres, quam propter Iesum viuere? Qui ob spiritum Iesu vuit, vestigia eius pro virili sua sectatur. Superbiam, & quenuis fastum horret, diuitias perituras conculat, carnis spurcitas prorsus horret. De-

Ioan. 14.

Genes. 3.

Declamatio sexta

*Gala. 2.* niq̄ue sic iustitiæ candorem seruat, vt cum Paulo clamare audeat, *Viuo iam, non ego, viuit verò in me Christus. O foelicem virũ, cuius desideria & verbã, nec non & opera Christo Iesu placent, & Christum spirant.*

*2. Cor. 4.* Vita Iesu appareat in vobis, inquit Apostolus, idest, mirabilis eius patientia, benignitas & charitas, cæteraq̄ue virtutes illius, in candida vita vestra præfulgeant. Ita q̄ue, hoc est, propter Iesum, quem in sacra hostia accipimus viuere, illius egregias virtutes pro modulo nostro imitari. Ius est quidem, vt qui spiritum eius accipimus, fulgorem illius vitæ habeamus, alioqui corporis & sanguinis eius rei erimus.

*Text. ¶ Hic est panis qui de celo descendit.*

¶ Non planè frustra eadem verba repetit, sed satis vtiliter eandem sententiam inenecat. Paulo superius dixit: Ego sum panis vobis qui de celo descendit. Ac si patenter dicat. Ne amplius iactetis manna vestrum, quod corruptioni erat subiectum, & in mane seruatum vermibus scatebat. At contra, ego ipse panis sum coelestis, coelestes conuiuas meos efficiens, & spiritalem vitam eis impertiens: quod manna illud præstare nequibat, eò quod vitã in se non habebat. Nũc prope-

In festo corporis Christi. 195

propemodũ eandem repetens sententiam, panem è celo descendentẽ, tũ dogmata sua, tum sacrũ corpus suum appellat: quo sursum cor habeant, vitãq̄ue coelicã exerceãt: nã panis coelicus, vasa coelica, cordaq̄; munda exposcit: adeò vt cũ Dauide dicere possimus. Si panis sanctus est, & vasa sancta sunt: mundi namq̄ue sunt pueri. O si nobis tanta contingat foelicitas, vt serio verba hæc, sacerdoti eucharistiam ministranti, respondere possimus. Vasa puerorum & communicantium, sancta & cãdida sunt, exhibe nobis panem hunc sanctum, & animas sua virtute sanctificantem. Miror discipulorum Iesu ruditatem, post tot visa miracula, post cõsuetudinẽ actã cũ illo, nõ ultra sapere quàm rude vulgus: sed clamare, ac inter se murmurare: Durus est sermo hic, quis poterit cum audire. Salutiferus ac nimis blandus sermo ille erat: sed oculis egris, lux solis odiosa est, & palato infirmo panis hic coelestis dulcedinẽ nõ prebet: quãuis fons cuiusuis suauitatis sit. Filius de celo descẽdit, & corpus humanũ assumpsit ex virgine intacta: caro iã spiritalis facta, subducta est in cœlũ: ne semper amarẽt carnẽ, sed per carnem instituti, proficerẽt ad coelestia. Ita q̄; filius Dei, qui totũ replet orbẽ, (iuxta illud) Ego cœlum &

1. Re. 21.

Ier. 23.

Declamatio sexta

terrā impleo è sursū venit: nō q̄ venerit qui  
aberat, sed apparuit qui latebat. Prodiit fa-  
ct⁹ homo, omnib⁹ cōspicius: qui suapte na-  
tura, Deus erat inuisibilis. En quid sibi vult  
indicare, sese panem è coelo descendentem

S. Hila. li. 10. de Tri-  
de Trinitate. Se panem hic dicit, ne verbi  
natura defecisse existimaretur in carnem.

Carnem suam panem hunc esse, asseruit: vt  
per hoc qui descendens de coelis, panis est,  
non ex humana cōceptione, origo esse ex-  
timaretur: sed cū panis est, assumpti per ver-  
bū corporis est professio. Sub hęc, Theophi-  
latus. Nō enim purū Deum comedimus, nā  
impalpabilis, & incorporeus est. Neq; homi-  
nis puri carnē edimus, qui nihil posset pro-

Ioan. 6. ficere. Spiritus est qui viuificat, caro autem  
non prodest quicquā. Sed quia Deus car-  
nem sibi vniuit: caro eius viuificatiua exi-  
stit secundum quandam igniti ferri cōsuetu-  
dinem. Eandem metaphoram magnus Basi-

S. Basilus. lius refert, vt carnem Saluatoris viuificati-  
uā fore probet. Quid est enim corporis hu-  
mani moles, si non adsit spiritus? Planē ille  
est qui præstat vitam. Si tamen credentes si-  
mul & amantes auidè sacrosanctam eucha-  
ristiam sumentes, in viscera mentis traji-  
ciamus. Summa, panis hic non è terrā sed

cx

In festo corporis Christi. 196

ex coelo venit: neutiquā coelum relin-  
quens. Sic huc venit filius Dei, vt nullate-  
nus coelum desereret. Vnde nemo stupe-  
scat, si tam noua tamque magnifica, in no-  
bis operetur. Ea que nunc palām sequen-  
tia indicant,

*¶ Non sicut manducauerunt patres ve-  
stri manna, & mortui sunt. Qui mandu-  
cat hunc panem viuet in æternum.*

Text.

¶ Quando Saluator mannatibus illius sæpius  
mentionem facit, non solum in causa est, di-  
stinctionem ab hoc cibo cœlesti insinuare:  
sed magnopere cupit, illos ad fidem tanti sa-  
cramenti allectare. Verum si Deus potens  
fuit, quadraginta annis in deserto, tantam  
multitudinem pane illo pascere: procul-  
dubiò poterit filius Dei affatim impendere,  
quod hic vtrò suis fidelibus promittit. Pro-  
fectò par potentia requiritur in vtroque: ta-  
met si longè maior pietas & munificentia,  
in hoc profundo mysterio resplendeat. Sed  
notandum, quod non dixerit patres anti-  
qui, sed patres vestri comederunt manna il-  
lud, & mortui sunt. Vbi taxat tam eorū per-  
fidiā, quā patres eorum, quibus illi similes e-  
rāt, non credentes verbis Christi: vt illi non

Nota.

B 4

credi

Declamatio sexta

*Num. 21.* crediderunt. Sed procaciter aiebant. Nau-  
 feat anima nostra, supra cibo isto leuissimo.  
 Quin & cibaria Egypti appetentes, ad Pha-  
 raonis seruitutem redire decreuerāt. Illi pa-  
 tres improbi mortui sunt: sed Moses, Azrō,  
 Iosue, & Caloph, alijque complures, quip-  
 pē qui māna comederunt, spiritaliter intelli-  
 gentes vmbra esse huius sacramenti, ne-  
 quaquā mortui sunt, sed dormierunt. Sic lo-  
 cum istum Diuus Augustinus explicat, &  
*S. August.* quidem perbellē. De vita æterna verbū hoc  
 debet intelligi: sic illi mortui sunt, vt non vi-  
 uant in æternum. Nonne & nos qui panem  
 viuum hunc quotidie, domino suffragante,  
 edimus, tandem moriemur, corporalemq;  
 mortem patiemur? Nō à morte temporaria  
 seruat panis hic viuus, hoc sanē parū esset:  
 sed à morte spiritali seruat, præbetque fide-  
 libus dignē sumentibus, vitā æternā. Alio-  
*Ioan. 6.* qui Saluator non diceret. Hic est panis de  
 celo descendens, vt si quis ex eo manduca-  
 uerit, non moriatur. Ex hoc loco validum  
 argumentum sumit angelicus doctor, pro-  
 bans, quod per sumptionem huius sacramē-  
 ti præferuamur à peccatis futuris, non solū  
 venialibus, sed mortalibus. Roboratur spiri-  
 tualis vita, primo per gratiæ vnionē: dein-  
 de, repellit omnem demonum impugnationem

In festo corporis Christi. 197

nem. S. Thom. 3. p. q. 79. art. 6. Hinc Sanctus  
 Chrysostomus lepidē ait. Vt leones flam-  
 mam spirantes, sic ab illa domini mensa di-  
 scedimus, terribiles effecti diabolo. Sed quo-  
 niam præcipua figura est huius sacramenti  
 manna, in secunda parte huius declamatio-  
 nis, vberius eam explicabimus, diuino afflā-  
 te numine.

¶ Nūc fat sit, illud ob oculos habere, quod  
 caro Saluatoris, verē cibus noster est: & san-  
 guis eius verē potus existit. Quibus tum fa-  
 mes, tum sitis animæ nostræ extinguitur,  
 eo acclamante ac contestante. Qui credit in  
 me non sitiet in æternum, & qui venit ad  
 me non esuriet. Rursus fructus tanti sacra-  
 menti primus est, vt in Christo maneamus:  
 & vicissim ipse in nobis sit, vnione gratiæ,  
 illi adherentes, ita vt nec mors ipsa, nos se-  
 parare ab illo queat. Deinde profundē con-  
 sideremus panem hūc coelestem, esse viuū,  
 imò ipsam vitam æternam. Nam hyposta-  
 sis seu persona, cui vnita est humanitas illa  
 benedicta filius Dei, patri coequalis est.  
 Vnde caro illa sacrosancta habet, vt sit viui-  
 ficatiua. Denique, si quis vitam immorta-  
 lem possidere cupit, puro corde sacramen-  
 tum hoc salutiferum accipiat, nam qui di-  
 gnē manducat hunc panem, in æternum

S. Th. 3. p.  
 q. 79. ar. 6  
 S. Chryso.

Summa.

Ioan. 6.

Nota.

Declamatio sexta

viuet. Et de sacro euangelio haftenus.

*RECUNDA PARS DECLAMATIONIS. thema. Non sicut manducauerunt patres vestri manna, & mortui sunt, qui manducat hunc panem viuet in aeternum. Joann. 6.*

*Nota.*

¶ Saluator noster fratres, verbis his nititur subindicare, quam sint maiora beneficia nobis ( et si immeritis ) ab eo impensa, quanque excellentiora illis, quae olim priscis patribus collata fuerint. Quibus agnitis grati simus, & maiori vigilantia, atque solerti cura, laudes immortales, indefesse offeramus, & toto corde eum amantes, pro nostra virili, illi diu noctuque inseruiamus. Vbi enim augentur dona, fas est, vt rationes donorum crescant, quemadmodum Sanctus Gregorius testatur.

*S. Gregor.*

*Aristo.*

Scite nanque sapiens quidam absque Christo dixit: Qui beneficia inuenit, comedes inuenit. Nonne veluti funicula Adam, quae facile rumpi possunt, ea quae patres de Aegypto egredientes susceperunt, dicemus, si conferamus illa cum ijs quae nobis elargita sunt? Illi nanque signis & porten-

In festo sancti Ioannis. 198

portentis, ex Pharaonis tyrannide liberati sunt: nos vero de satanae seruitute, redemptor noster moriens in cruce, potenter eripuit, & in populum suum electum asseruit. Illis, rege versuto persequente, mare rubrum apertum est, nobis autem, Saluatoris viscera patent, in quibus visitauit nos oriens ex alto. Enimvero lateris Christi vulnus, nobis ostium coeli reserauit. Equidem si illi baptizati sunt in nube & in mari, Apostolo teste, nos in sacro baptismatis lauacro abluti sumus, & virtute sanguinis agni immaculati, candidiores niue, & sole ipso, pulchriores efficimur. Quid pluribus immoror fratres? Si illis data est terra lacte & melle fluens, habens longitudinem a Dan vsque ad Bersabe, & latitudinem a Iope vsque ad Bethleem, nobis orthodoxis, filius Dei verus Iesus terram viuientium praebuit, vt cum angelis in caelo perpetuum habeamus domicilium, facie ad faciem Deum nostrum contemplantes. Denique si illi in illa vasta solitudine, panem angelorum comederunt, & eo pasti sunt quadraginta annis, nos panem viuum qui e caelo descendit in sancto altari habemus, qui que

*Luc. 1.*

*1. Cor. 10*

*Deut. 6.*

Declamatio sexta

**Matt. 28.** qui que non deerit fidelibus, quamdiu mundus stabit: iuxta illud Saluatoris. Vobiscum sum usque ad consumationem seculi. Quæ pollicitatio mirabilis, tam est vera, ut coelum & terram transire possint, verbum autem domini transire minimè possit. Sed iam attentius videamus, quàm sit accommodata figura huius sacramenti, manna illud antiquum. Triplex fuit quondam figura sacramenti eucharistiæ sacræ. Agnus ille paschalis, quo immolato, libertas data est populo Dei, per cuius sanguinem immunes fuerunt Hebræi, exterminatore enecante primogenita omnia Ægyptiorum. Eam ob rem **1. Cor. 5.** Apostolus ait. Pascha nostrum immolatus est Christus. Itaque epulemur in azymis sinceritatis, & veritatis. Itaque agnus ille occisus, Christi passi typum gerebat, quippe qui realiter præsens est in hoc sacramento. Quantum ad id quod est sacramentum tantum, potissima figura fuit oblatio Melchisedech, quia panem & vinum obtulit. Si effectum huius sacramenti inspiciamus, quæ theologo vocant rem sacramenti tantum, præcipua figura extat in mannate, quod habebat omnis saporis suauitatem. Sapiente hoc contestante. **S. Thom. 3. p. q. 74. art. 6.** Est igitur sacramentum tantum, id est, materia

In festo corporis Christi. 199  
 materia sacramenti, panis & vinum. Res & sacramentum, corpus Christi verum. Res sacramenti tantum, effectus eius. Cæterum manna dictum est, propter stuporem & admirationem Hebræorum. Quique videntes panem illum dixerunt. Manhu. Quod interpretatur, quid est hoc? Erat hoc quid nouum eis, & nunquam tale viderant audierant. Ad eundem modum miseri hæretici, & Hebræi insolentes, subinde ut vident populum Christianum, coram parua hostia, in qua rex omnipotens Christus est, tanta lætitia affectum, ubi humi prostrati creatorem mundi & redemptorem fideles adorant, admirantes aiunt. Quid est hoc? Quænam ratio huius gaudij & iubilationis? Quibus nos longè melius quàm Moyses respondebimus, verba eius proferentes. Hic est panis quem dedit vobis dominus ad vescendum. Erat quidem Man, quasi semen coriandri, album, gustusque eius quasi simile cum melle, uti sacra scriptura asserit. Omnes illud colligebant manè, veruntamen ad mensuram Gomor vnusquisque ex eo seruabat. Defecitque manna, ubi terram promissam ingressi sunt. Sabbato autem non inueniebatur in agro. Omnia & stupenda summi numminis sapientia. Adeste charissimi,

Exo. 16.

Exo. 16.

Nota.



## Declamatio sexta

fimi, & omnes Christum Iesum oremus, ut ipse arcana hæc palam faciat. Balbutiens & veluti elinguis, nonnulla dicam. Man illud è cælo descendebat, angelorum ministerio factum. Quam ob rem citharædus regalis dixit. Pluit illis manna ad manducandum, panem cæli dedit eis. Panem angelorum manducauit homo. Non quod angeli eo vescerentur, sed quia illorum opera in aère manna fiebat. At panis hic sacer, non è terra, sed de cælo descendit: quem pater cœlestis nobis sua gratuita dignatione, nobis exhibuit. Non Moyses dedit vobis panem de cælo, sed pater meus dat vobis panem de cælo verum. Quod est dictu. Ille ymbra præbuit, ego veritatem & lucem. Panis ille typicus erat, & ad horam cõuiuas suos satiabat, paulatim virtutem corporibus præstans. At contra, panis quem ego dabo cœlicus est, & vitam æternam dat dignè se sumentibus. Rursus, man illud, nocte descendebat in castra, nemine vidente, in ò Hebræis dormientibus, Deus optimus pluebat illud. Ad eãdem imaginem corpus Christi, in hostiam sanctam descendit, nemine intuente. Sed statim prolatis verbis illis à sacerdote, substantia panis locum dat creatori suo, ita vt illa deficiente accidentia  
subsi-

*Psal. 77.*

*Ioan. 6.*

*Num. 11.*

## In festo corporis Christi. 200

subsistant absque subiecto. Non quod anihilatur, eò quod corpus Saluatoris succedit. Vnde pulchrè Augustinus ait. Deus non est causa tendendi in non esse: sed hoc sacramentum virtute diuina perficitur, ergo substantia panis aut vini, nõ anihilatur. S. Tho. 3. part. quæst. 75. articu. 3. Si quis roget, quod sit peculiare nomen huius mirabilis conuersionis? Theologi respondent, quod vocatur propriè transubstantiatio. Fit de pane corpus Christi, per consecrationem, veluti Sanctus Ambrosius inquit, lib. de sacramentis. O execrandam dementiam neo christianorũ, qui ob id realem præsentiam Christi, in hoc sacramento negãt, quia oculis corporis eum non vident. Nonne in Iride, vel arcu cœlesti, varij colores apparent, quippè qui, vt Philosophia docet, delusio quædã est? nam à parte rei colores nõ sunt. In speculo facies nostra apparet depicta nihilominus facies vera non est. Nos vero fratres, qui oculos plusquàm lineas sacrae fidei habemus, penitus abdita penetramus, Christũ Iesum adorantes, parua sub hostia, & cum Isaac clamamus: Vox quidem, vox Iacob est, manus autem, manus sunt Esau. Quandoquidem Salvatore dicente. Hoc est corpus meum. Hic est calix sanguinis  
mei.

*S. Augus.  
lib. 83. q.*

*Quæstio.*

*S. Ambro.*

*Gene. 27.  
Figura.*

Declamatio sexta

Rom. 10.

mei, vel sacerdote eadem verba proferentē, vocem fortissimi atque potentissimi filij Dei fore non dubitamus, quia fides, ex auditu, auditus autem per verbum Dei. Manus verò profitemur Esau esse, nam accidētia panis & vini, perinde ac pelliculæ sunt, quibus obductus rex noster Christus existit. Voluit dominus noster, vt ibi ei honorem deferamus, & quod in pectus nostrum ipsum excipiamus. Et quia si in sua maiestate, & splendore gloriæ ipsum videremus, nullatenus ad ipsum accedere potuissemus: dignatus est se sub accidentibus illis abde-

Hester. 15

re. Regina Hester subinde vt regem Assue- rum in throno regali sedentem aspexit, timore ingenti correpta, in ancillæ humeros corruit, & planè homo mortalis, & vermiculus humi reptans, ille erat. Quantomagis vires nostræ deficerent, si dōminum gloriæ, & totius orbis molitorem conspiceremus? Quid multa? Ezechiel coram angelo, secreta sibi reuelante, in terram cecidit viribus destitutus. Quod ni fallor, Ioanni in insula

Ezec. 20

Apo. 1.

Pathmos contigit. Tantum abest, vt nos fragiles angelorum dominum Iesum, in fulgore gloriæ suæ intueri valeamus. Iesu bo- be grates clemētiæ tuæ innumeras agimus, quod non nisi velatum, & panis ac vini te-  
gumentis

In festo corporis Christi. 201

gumentis operum, te nobis edendum tribuisti. Volens infirmitati nostræ, modis omnibus mederi. At insolentia hæreticorum, & Hebræorum, nolens captiuare intellectum suū in obsequiū tuū, credere nō vult, quod nō videt. Ecce quid sacramenti habeat tempus, in quo mā illud typicū descēdebat. Nec aliud significabat præceptum summi Dei, quo sacerdotes antiqui astricti, vasa tabernaculi Leuitis tradebant inuoluta, ne portantes ea morerentur. Num Bethsamite, qui arcam dñi nudā prospicere ausi fuere, morte repētina perierūt? Iterū, ad coenam suam magnā, homo ille potens, cæcos accersiri fecit. Cæterum, panis ille albus erat, cuius albedo Saluatoris puritatem, & iustitiæ candorem adumbrabat. O quanta puritate nitet manna nostrum, charissimi, quod quotidie, summo patrocinate numine, in sacro altari edimus. Enimverò sanctorum omnium, & angelorū mūditiā & pulchritudo, à Christo, sicuti à fonte inexhausto dimanat: adeo vt insectatibus se, audacter dixerit: Quis ex vobis arguet me de peccato? Illi verò obmutuerunt, nō valētes quicquā cōtra eū loqui. Huic sententiæ adstipulatur Petrus dicens. Qui peccatū nō fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Sed vt vno verbo omnia di-

Num. 4.  
Figura.

Ioan. 8.

1. Pet. 2.

C dam,

## Declamatio sexta

**Sap. 7.** *eam fratres, cādor est lucis æternæ, speculū sine macula, imago bonitatis illius. Singula aī uocata sunt digna, sed nō uacat cuncta rī marī. Sat hoc scire sit, quod nisi Christus ab omni peccato, suapte natura immunis foret, totius mundi peccata non deleret. Talis enim decebat, ut esset nobis pontifex innocens, sanctus, impolutus, segregatus à peccatoribus, excellior cœlis factus. Ecce Apostolus ad fabre nobis deliniauit, mirabilem Saluatoris candorem, à quo queuis sanctitas & puritas, in cœlo & in terra profluit. Vnde licet coniectari, quā puritate & sanctimonia, nitēre oporteat eum, qui sumere instituit totius puritatis fontem, & sanctitatis cuiusuis oceanum, in hospitoliū pectoris sui excipere conatur.*

**Summa.** ¶ Hactenus fratres pro modulo nostro tria de manna antiquo tractauimus. Primo de loco unde descendit, quia ex media regione aeris, quæ cœli nomen in arcanis literis sortitur: iuxta illud, Volucres cœli comederunt illud. Manna uero nostrum, & panis uiuus qui dat vitam mundo, è sinu patris ad nos uenit. Secundo, de loco diximus, in quo datum est. Non plane in Ægypto sed in deserto, & nocte Hebræis dormientibus descendebat. Sic sanctum

## In festo corporis Christi. 202

Etum hoc sacramentum, in hoc exilio nobis itinerantibus, & in patriam coelestem pergentibus datur: unde iure optimo uaticum appellatur. Tertio, de colore illius mannatis diseruimus, cuius albedo præcellentem puritatem panis nostri Christi Iesu præsignabat. Superest ut de dulcedine illius, vel aliqua dicamus.

¶ Gustus eius, ait Moses, quasi simile cum melle. Mirabile est, quā seriosè, spiritus describat proprietates mannatis illius, quod olim populo suo ultro dedit: erat quidem tanquā imago, & simulacrum huius mirabilis sacramenti, & ob id tot encomia de illo conscripta sunt. Præcipuè de dulcedine illius nūc dictū est, quod panis hic coelitus datus, saporem habebat simile & mellis. Quo pertinet illud, substantiam enim tuam, & dulcedinem tuam, quam habebas in filios ostendebas, & deseruiens uniuscuiusque uoluntati, ad quod quisque uolebat conuertebatur. Ecce pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, oblitus non est populi sui, in deserto commorantis. Et ideo panem illum eis præbuit, ut palam faceret dulcedinem suam. Et ob hanc causam, nobis peregrinis, corpus suum sacrum & sanguinē benedictum, exhibuit, quo suauitate eius

Declamatio sexta

allesti, mundi carnisue delicias, prorsus spernamus. Nēpē, gustato eo desipit omnis caro. Notandū quod filiorū est panis hic, non seruorū, qui sceleribus suis inseruiūt, & diaboli mācipia sunt. Quā ob rē Sapiens dixit. Vt dulcedinē quā habebas, in filios ostēdebas. Equidem omnes qui corde in Ægypto sunt, quāuis corpore in deserto habitēt, mel litā dulcedinem sacramēti huius degustare nequeunt. Quin euestigiō cū improbis Iudæis clamabunt. Nauseat anima nostra, supra cibo isto leuissīmo. Heu, iumentorum in morem vitam ducentes, filiquas porcorum appetunt, allia, pepones, & vilia Ægypti pabula desiderāt, per quæ varia delictorū opera signātur. Ij miseri eō stultitiæ deuenerūt, vt temerē verba illa effutiant. Vtinā mortui essemus in Ægypto, quando sedebamus super ollas carniū, & comedebamus panē in saturitate. At contra, qui summi Dei filij sunt, & mūdo corde ad altare accedūt, ingentē dulcedinē delibātes, sese continere nō valēt, quo minūs cū regali vate admiratione rapti clamēt. Quā magna est multitudo dulcedinis tuæ, quam abscondisti timentibus tē. Planē hac exclamatione laudat infinitam beneficentiam Dei, & est exclamatio admirationis plena. Tam est dulcis Deus

Num. 11.

Num. 14.

Psal. 30.

In festo corporis Christi. 203

Deus optimus, vt eius magnitudo, nec oculis cerni, neque aurium sensu percipi, neque animo comprehendī possit. Et ob id nō quāta suauitas in eo sit sita declarat, sed quasi extasim passus, suspensus & veluti attonitus māsit. Quā magna est multitudo dulcedinis tuæ dñe. Et ad experimentū nos mittēs alibi dixit. Gustate & videte quoniā suauis est dñs. Enimuerò nisi quis hoc sacramētū mirabile sumat, scire non poterit stupendā suauitatē, quā Saluator abscondit ijs qui cādido corde ad altare accedunt. Gustate & videte, nā hic est panis vite, & intellectus: de quo Sapiens. Cibavit illum pane vite, & intellectus. Imò panis viuus est de cœlo descendens, vt mundo vitam det. Nonne virga princeps Ionathas fauum mellis ex arbore accepit belligerans, & fame fatiscens? Quo quidem degustato, astantibus dixit. Vos vidistis quia aperti sunt oculi mei. Agite charissimi, & in hac vita, quæ iugis militia est, teste Iob. 7. Ne forsitan irruentibus inimicis, satana, mundo, & carne, succumbatis: virga fidei & charitatis, fauum hunc magnopere suauem accipite. Quo roborati hostilia bella vincatis magnificē. Fauus hic oculos intellectus aperit, affectum inflammat, & cor nostrum vehementer roborat.

Psal. 33.

Eccles. 15.

Ioan. 6.

1. Reg. 14  
Figura.

## Declamatio sexta

Iudi. 7.  
Figura.

Et tandem, gladius Gedeonis, in libro Iudicum appellatur, destruens Madianitarum castra. Mirabile dictu, ethnicus ille homo, sub cineribus panem somniabat se videre, descendente in castra Madiam, cui nar-  
ranti alter respondit. Non est hoc aliud, nisi gladius Gedeonis. Tradidit dominus in manus eius Madiam & castra eius. Obseruandum insuper quod gustus huius manna-  
tis, quasi simile cum melle dicitur esse. Simila medulla tritici est, mel verò faui fructus. Sic in hoc stupendo sacramento duplex natura inuenitur. Simila quæ humanitatem Christi iure significat, & mel diuinitatē designat. Itaque gustus nostri man, quasi simile cum melle est. Eo quod in sacramento hominem & Deum suscipimus Christum Iesum communicantes. Imò, idem Saluator, qui in ligno pro nobis pependit, & victoria parta de satana gloriosus surrexit, ille met qui coelos omnes conscendit, & ad dexteram patris sedet, ille, inquam, realiter in hoc sacramento extat, & cibus noster efficitur. Mira res & vehementer miranda, quanuis sacramentaliter Christus ibi sit, & per modum substantiæ, quantitas dimensua eius & omnia accidentia ibi sunt. Ratio, quia quantitas dimensua corporis Christi, non realiter di-  
uiditur

Nota.

## In festo corporis Christi. 204

uiditur à substantia corporis eius. S. Thom. 3. p. q. 76. ar. 6. Sed ad scholas maximè concernit hoc.

S. Th. 3. p.  
q. 76. ar. 6

¶ Cæterum si quis roget, quorsum tante dulcedinis saporem dum eucharistiam accipimus non sentimus, & tam immenso igne in pectore nostro clauso charitatis calorem haud experimur? Planè erubescēs loquor, & intra me valde cōfundor, charissimi, hæc narrans. Ni fallor, sæpenumero in causa est, onus peccatorū, saltim venialiū, quo grauamur. Memētote fratres quod nisi mare rubro trāfacto, & farina Egypti prius cōsumpta, māna cœlicū Hebræis nō Deus imperitiuit. Quo in uolucro erudimur, mare poenitentiae adire, antequam panem angelorum edamus. Huc pertinet quod sancitum est in lege, agnum cum lactucis agrestibus comedetis, quippè quæ amaritudinem innatā habēt. Etenim quo magis quis antea cœta scelera deflet, eò plus suauitatis communicans recipiet. Hinc diuus Paulus ait. Probet autem se ipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Ecce pueros, & amentes ab hac mensa cœlesti arcet, nam cum expertes sint rationis, se probare, ac examinare non valent. Summa. Quisquis malæ conscientie suæ conscius eucharistiam

Exo. 12.  
Figura.

1. Cor. 11

## Declamatio sexta

accipit, is indignè accedit, & proinde iudicium sibi manducat & bibit. Non utique rex Assuerus, qui tertio anno regni sui grāde parauit conuiuium in horto, manu regia confito, non omnes vocauit, sed tātum principes, & pueros fortissimos Persarum, atq; Medorum. Ecce rex noster Christus non in lege naturæ, aut scripturæ hoc magnū conuiuiū fecit, sed in tertio anno regni sui, hoc est, in lege noua. Hortus manu regia confitus sancta ecclesia Romana est, in qua tantummodò sacramentum hoc mirabile celebratur. Tentoria que hinc & hinc pendent, accidentia panis & vini sunt. Quippè quæ Saluatoris nostri virtute, absque subiecto manent, nam substantia panis in corpus Christi facta cōsecratione cōuertitur. Principes Persarum atque Medorum, angeli, & homines pij sunt. Angeli sanè in hoc sacramento suum creatorem adorant, & adorantes hoc cibo pascuntur. Vnde Raphael ad Tobiam. Videbar vobis comedere, sed ego inuisibili cibo & potu vtor. Id est, visione summi Dei fruor. Nos verò fideles quibus gratuita dignatione datū est hoc sacramēto victitare, nedum cum angelis Christū adoramus, sed eo præcipiente ipsum ouātes accipimus. Oportet tamen conuiuas principes

Hester. 1.  
Figura.

Nota.

+

Tob. 12.

In festo corporis Christi. 205  
pes & reges esse, alioqui indignè accedent. Pinguis est panis asser, & præbebit delicias, Gene. 49. ait Iacob, sed quibus? Equidem regibus, non seruis & mancipijs, vt iam tetigimus in explanatione euangelij. Hinc Sanctus Gregorius explicans illud Iob. Qui exaltat reges in sublimi. Bene sancti viri reges appellantur, quia prauis suis affectibus imperant. Reges ergo sunt, quia suarum tētationum motibus non assentiendo succumbere, sed regēdo præesse nouerunt. libr. mora. 26. cap. 26. Talibus planè regibus panis hic asser, id est, Christi, ineffabiles delicias præbet. Alludit hoc, ad illud Apocalypsis. Vincenti dabo manna absconditum, quod nemo nouit nisi qui accipit. Veruntamen, venialia peccata quibus peculiare est, feruorem charitatis, non ipsam charitatem extinguere, non modicam iacturam afferunt, quia suauitatē huius sacramenti tollunt: modò vt actu exercita sint & complacentia in illis adsit. Nam si vt præterita fuerint, per esum tanti sacramenti delentur. Sanct. Thom. 3. par. q. 79. art. 8. Hinc vt ego reor, sponsa in cāticis ait. Comedite amici & inebriamini charissimi. Amici sunt qui se probantes per pœnitentiam veram, eucharistiam accipiunt. Charissimi verò qui perfectionis metā attigerūt,

Iob. 36.

S. Grego.

Apoc. 2.

S. Th. 3. p.

q. 79. ar. 8.

Canti. 5.

## Declamatio sexta

**Psalm. 22.** & ij inebriantur, mellifluam dulcedinem sacramenti inibi sentientes. Calix meus inebrians, ait dñs, quā præclarus est. O ebrietatem mirabilem totis votis appetendam, in qua terrenarum rerum omnium obliuio sita est, in qua mundi contemptus extat. Ad eò vt anima suauitate quadam rapta, nihil dicere valeat quàm duo illa verba. Dilectus meus mihi & ego illi. Inter vbera mea commorabitur. O si tam faustissimus dies, vel hora nobis contingeret fratres. Vtinam cõtemplantes hoc stupendum mysteriũ, quod Hæbrei dicebant in deserto, millies quauis hora iubilantes repeteremus. Nihil vident oculi nostri nisi man.

**Canti. 2.** ¶ Sed quid de vsu & frequentatione huius sacramenti dicemus? lectorem prudentem precor vt ea quæ in sermone cœnæ domini, de institutione tanti sacramenti attulimus legat. Nam etsi nonnulla, quæ illic extant in hac declamatione retulimus, sunt pleræque alia quæ intacta reliquimus. Ad rem nunc veniamus. Diuus Hieronymus sic **S. Hiero.** inquit. Quotidiè communicare nec vitupero nec laudo, scio Romæ hanc consuetudinem esse. Conscientias autem eorum conuenio, qui eodem die post coitum eucharistiam accipiunt. Sanctus Augustinus. libr. **de ver-**

In festo corporis Christi. 206  
verbis domini, inquit. Iste panis quotidianus est, accipe quotidie quod quotidie tibi proffit. Sic viue, vt quotidie merearis accipere. Quãdoquidẽ charissimi si seculum aureum inspicere volumus, quãdo sacer Christi sanguis in cordibus fidelium feruebat, Lucas in actis apostolorum narrat, orthodoxos omneis quotidie fuisse in fractione panis sacri, audientes verbum Dei. Quã ob causam Anacletus papa dicit. Peracta consecratione, omnes cõmunicent: qui noluerint ecclesiasticis careãt liminibus. Sicut apostoli statuerũt, & ecclesia Romana tenet. Fabianus verò postea diminuto fidei feruore indulfit, vt si nõ frequẽtiũs, saltem ter in anno omnes cõmunicẽt. Videlicet, in pascha, pentecoste, & natali domini. Denique Soter summus pontifex, in cœna domini dixit cõmunicandũ. de conse. dist. 2. in decre. Innocẽtiũs. 3. vidẽs quia vbi abundauit iniquitas, refrigescit charitas multorũ, semel in anno præcepit fidelibus communicare in pascha. Nihilominus Beatus August. cũ Diuo Hieronymo, quotidie accipere eucharistiã, nec laudat nec vituperat. Dominicis diebus hortatur fideles, vt cõmunicẽt. De Ecclesiasticis dogmatib⁹. ca. 53. & habetur in decre. de consecra. di. 2. Est magnopere aduertendum,

**S. August.**  
li. de verb.  
domini.

**Acto. 2.**

**Anacletus.**

**Fabianus.**

**Soter.**

**Innocenti⁹**  
3.

**S. August.**

## Declamatio sexta

*Nota.*

dum, quod non de sacerdotibus quibus ratione officij incumbit celebrare hoc sacrum mysterium, quæstio locum habet, sed de secularibus. Ideò sancti non aiunt. Quotidiè celebrare, sed quotidiè communicare, quod ad seculares pertinet. Hoc eò dixerim, ne quidam sacerdotes tepescât, & ansam accipiât, ex sancti Hieronymi, & Augustini sententia, nō nisi rarò celebrare. Verùm ex domini instituto, sacerdos quotidiè ligna subijciebat, ne in altari ignis extingueretur. In quo typo sacerdotes nostri, qui tam eximiã dignitatem acceperunt dogma habêt, ministerium suum exercendi. Equidem nisi corporalis, aut spiritalis infirmitas aderit, à celebratione tanti sacramenti abstinere sacerdos non debet. Quod fufius Sanctus doctor expendit. 3. p. q. 80. art. 7.

*S. Tho. 3.  
p. q. 80. ar.  
7.*

*Iob. 36.*

¶ Summa, vbi tot dona nobis rex noster Christus pollicetur, si mundo corde carnē & sanguinem eius bibamus, ius erit, omni pigritia posita, ad altare sacrum frequenter accedere, accedentesq̄ue cum iusto Iob dicamus, Ecce Deus magnus vincens scientiã nostram. Nec mirũ si sapientiã æterna & immensa, scientiam parvam nostram euincat, quippè quæ in conspectu Dei, perinde atq̄; mera ignorãtia est. Magnus dñs & laudabilis

## In festo corporis Christi. 207

lis nimis & sapiëntiæ eius nō est finis, Atqui, Sanctus Gregorius. li. Mora. 27. c. 3. exponens sententiam beati Iob ait. Bene eũ vincere scientiam nostrã narrat, quẽ videri ab omnibus hominibus paulè superiũs dixerat. Quia et sic ex ratione conspicitur, vt magnitudo tamen illius nulla nostri sensus subtilitate penetretur. Quicquid autem de claritate eius magnitudinis scim⁹, infra ipsum est. Et tanto ab eius scientia longe repellimur, quanto eius potentiam nos comprehendisse suspicamur. Verũtamen charissimi, si primi parentes serpenti mendaciter loquenti crediderunt, & comedentes de ligno vetito, miserè prolapsi sunt, morti obnoxij, cur Christo Iesu dicenti hoc est corpus meum, & caro mea verè est cibus, ac sanguis meus verè est potus, non credamus, & credentes panem hunc coelicum comedamus, vt vita æterna potiri possimus? Dæmon vt fur fraudulentus, ex alieno mensam parauit Adæ, at rex noster magnificus sese nobis dedit in cibum. Vnde liquidò comprehendimus veritatem Satanæ dicētis, quod Deus optimus inuidia accensus, prohibuit primis parentibus, ne sumerent de fructu ligni scientiæ boni & mali. En, dire tyrãne, seipsum dominus præbuit electis suis in edulium. Tantum abest,

*Gene. 3.*

*Gene. 3.*

*Gene. 3.*



## Declamatio sexta

abest, vt inuidia tactus fructum ligni prophoplasto prohibuerit. Agite charissimi, & frequenter ad hanc mensam opiparā regis nostri Christi cōuolemus, en clamat in hoc **Matt. 11.** mirabili sacramento & ait. Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. O refectio stupenda in qua bonus pastor amore vehementi, pabulo corporis sui pascit oues vnicē dilectas, & cruore sanguinis suæ sitim earum funditus extinguit. Equidem eucharistia reficit mentem nostram, adeò vt citra Deum nihil cupiamus. Nedum reficit, vt de mōnate diximus, sed vehementer fulcit, ac roborat, vegetatque corda nostra, ne in quotidiano bello succumbamus. Parasti in conspectu meo mensam, ait regius Psalter, aduersus eos qui tribulant me. Enimuerò fratres mei, nulla romphea, nullumque acutissimum iaculum cōmodius in hac mortali vita inueniri potest, ad coercendos Satane assultus, ad prosterneñda mūdi, carnis, atq; demonis hostilia bella, conterendaque inimicorū visibilia & inuisibilia molitiones, & varias machinas, quā hoc sacramentum in quo virtus Dei, Christus Iesus realiter assistit. Ita que mensam hanc salutiferam Deus optimus parauit coram fidelibus suis, tanquam asyllū & propu-

## In festo corporis Christi. 208

propugnaculū inexpugnabile. Ecce panis vitæ & intellectus est, intellectū nostrū illustrās, affectū magnopere charitatis suæ immēsa igne inflāmās. Nempē, si corpus Elisei **4. Reg. 3.** quīs mortuū subinde vt hominis cadauer in mausoleo tetigit, reuixit, cur caro Christi, & panis viuus qui ē cœlo descēdit, dignè sumētibus se, non vitam præstet? Qui manducat **Ioan. 6.** hunc panem viuet in æternum, ait Saluator: ei incunctanter credamus, nam æterna veritas est, ipsum auidē frequenter edamus, quia fons vitæ est, conuiuis suis bifariam vitam affatim impertiens. In hoc exilio largiens vitam gratiæ, & in cœlo vitam dabit nobis gloriæ. Quam ipse sua gratuita dignatione nobis impertire dignetur. Qui cum patre, & spiritu sancto regnat, vnus Deus. Amen.

¶ Qui fusiùs de hoc ineffabili mysterio orthodoxis tantummodò à Christo dato, voluerit videre, legat Diuum Basilum. to. 2. regula. 21. capit. 3. & 4. videat etiam. Chrysolto. in Ioannem. home. 45. August. de verbis dñi secundū Lucam. ser. 28. Sanctū Ambro. li. 5. ca. 4. denique. Sanct. Chryf. ho. 61. ad populum. Ecce fontes ex quibus prudēs lector quā plurima annotata digna haurire poterit. Nec aspernādē sunt annotatio-

nes

propu-

S. Basilus.

## Declamatio septima

nes quas addidimus secundę parti declamationis coenę domini, quę in quadragesima li nostro extant.

### IN FESTO PRÆCURSORIS domini declamatio septi-

ma.

**M**ulta & propè innumera priuilegia sunt fratres, quibus Christus Iesus ornauit Ioannem præcurso-  
rem suum, quorum vnum potissimè in signe fuit amoris præcipui quem erga eum filius Dei gessit. Verùm ad presentiam sacerrimę suę matris puer sanctificatus fuit, & natalitio illius. Deipara virgo adfuit, brachijs quę suis virgineis tenuit, & eum benedixit. Eam ob rem signanter Lucas, tempus quo alma virgo in domo Zacharię fuit non tacuit, vt Marię præsentiam intelligamus. Sunt quidem, perfecta Dei nostri opera, vt in arcanis literis legimus. Et suo modo Deifera Maria semper perfectè operata est. Vt ergo Ioannes nasceretur, & Zacharias mutus, linguę usum acciperet, antequã domo exiret, oportebat maximè eam tribus mēsis inibi manere. Itaque, cum Gabriel summi Dei para-

nim-

## In festo Ioannis baptistę. 209

nymphus almę virgini dixerit. Hic est mensis sextus, illi quę vocatur sterilis, perspicuum est, vt Sanctus Ambrosius testatur, quòd virgo Sancta natali Ioannis interfuit, & tanquã filium ipsum habuit. Vt ergo aliquid de mira ac præcellenti sanctitate præcursoris loqui valeamus, matrem Dei pro uoluntate precemur, vt suo interuentu Christus gratiam nobis impertiat, dicentes. Ave Maria. &c. S. Ambro.

¶ Equidem charissimi vehementer stupeo de hoc egregio sancto sermonem habere, quem tantopere rex regũ Christus sic euexit, sic mirabiliter ore suo sacro encomia eius deprõpsit. Quid obsecro homuntio, nē dicam vermiculus humi reptans de tam præclaro viro fieri possit, vbi filius Dei verbum æterni patris; eius facinora, non cursim, aut breui methodo, sed longo sermone narrauit? Inter natos mulierum, inquit dominus, non surrexit maior Ioanne baptista. Sed qui minor est in regno cœlorum maior est illo. Quid vnquã gloriofius, præcellentiუსve, de Beato Ioanne dici potest? Vnde iure optimo Diuus Hieronymus, respondens duodecim quæstionibus, quas mulier sancta Algasia ei proposuit, in prima respõsione sic ait. Cumque inter natos mulierũ,

D

Chri-

Luce. 1.

Matt. 11.

S. Hier. to.

3. ad Algasiam.

siam.

Declamatio septima

Christus nullum asserat Ioanne surrexisse maiorem se, qui de virgine procreatus est maiorem esse commemorat. Siue omnem angelum in coelis qui minimus est, in terris cunctos homines anteire. Itaque qui maiorem Ioanne inuenire cupit, vel angelum in caelo quaerat, vel in terra Christum Iesum angelorum dominum intueatur. Erat quidem tunc Saluator non magnae famae in hoc regno caelorum, idest, in hac ecclesia. Imò filius Ioseph fabri putabatur, idcirco se minorem in regno caelorum appellat, hominum aestimationem recensens. Nilominus Ioanne longè maior erat, quia ipse rex, Ioannes verò miles eius, ille sponsus ecclesiae, Ioannes amicus sponsi. En fratres, quàm sit magnus vir iste de quo solenne festum celebramus hodie, de cuius natiuitate orthodoxi mirum in modum exultant, quin & infideles Sarraceni, & Tarcæ; huius lætitiæ expertes non sunt. Dicente Gabriele. Multi in natiuitate eius gaudebunt. Faxit Deus optimus, vt in hac celebritate spiritali gaudio affecti, aliquid de ingenti sanctitate præcursoris fari possimus, eumque pro modulo nostro imitari. Sacra euangelij lectio sic habet.

Mar. 6.

Luce. 1.

¶ Heli-

In festo Ioannis baptistæ. 210

¶ *Helisabeth impletum est tempus parie-  
di, & peperit filium.* Euangeliū  
Luce. 1.

¶ Mirum sanè, quàm amussim euangelistæ beati Ioannis, describant, tum natiuitatem, tum circumcisionem, nomen, habitationem in eremo scilicet, victum & vestitum, denique prædicationem eius, & mortem. Quæ omnia non nisi spiritu domini afflati, tã exactè euangelistæ dictarunt. Equidem eosdem habuit chronistas baptista, quos & Saluator mundi habere dignatus est. Id quod nõ parũ cumulũ gloriæ, & laudis sancti huius adauget. Ait ergo Lucas. Helisabeth impletũ est tẽpus pariendo, & peperit filiũ. Ac si dicat, aduentante tempore, quo foetum suũ ederet Helisabeth, infans nat⁹ est. Vnde certam fidem pueri ortus fecit oraculo diuino. Paranimpho Gabriele dicente Zachariæ. Vxor tua pariet tibi filium. Tam sunt vera, & infallibilia summi numinis promissa, vt caelum, & terra, quippè quæ in æternum stant, transeant, verba autem Dei defficere non possunt. Vnde dominus ipse ait. Quæ procedunt de labijs meis non faciam irrita. Et in alio psalmo. Fidelis Deus in omnibus verbis suis, & sanctus in omnibus operibus suis. Utinam talem ac tantum

Nota.

Luce. 1.

Psal. 88.

## Declamatio septima

*Genes. 3.* parentem nos filij imitemur, fidelitatem quam in sacro baptisimo Christo promissimus in operibus sanctis seruantes. Vñ nobis quique vt posteri Adæ, serpenti fallaci credimus, mundi iniqui promissiones vtrò amplectimur, regis nostri Christi mandata, & promissa post habētes. Exclamat regalis propheta, & quidem rectē. Filij hominum, vsquequò graui corde? Vt quid diligitis vanitatem & quæritis mendacium? hæbraicè, Filij viri. Sic appellare solent hæbrei, homines claros, atque insignes. Vanitatem ac mendacium, conatus irritos, & inanes vocat, quibus frustra impij assiduè excruciantur. Fallunt planè eos cogitationes illorum, & passim seducunt. Vsquequò piger dormis? Vsquequò dormitabis? Paululum dormies, paululum dormitabis. Mendacium dimitte & veritatem sectare. Mandata Dei imple, & pollicitationib⁹ eius fidens. En quod Zachariæ spondit Deus compleuit, quauis Helisabeth sterilis & annosa erat. Quando quidem opes, voluptates, & honores mundi vani sunt, & amatoribus suis mentuntur. Tantum abest, vt nos fideles quæ vana sunt diligamus. Cæterum, iuxta Beatū Ambrosium plenitudo dierum nusquā in sacra scriptura legitur, nisi in generatione iustorum,

rum,

In festo Ioannis baptistæ. 211  
rum, plenitudinem habet iusti vita, inanes verò sunt improborū dies. Nam ob rem de Helisabetha Lucas ait. Impletum est tēpus pariendi. Huc tendit quod de Abraham legimus. Mortuus est in senectute bona plenus dierum. Sub hæc si altius rem contem- *Gene. 25.*  
plemur, Helisabeth anima sancta est, quæ sanctum desiderium, siue in oratione, siue verbum Dei audiens dño opitulante cōcipit. Hinc in Esaia scriptū est. A facie tua dñe cō- *Esa. 25.*  
cepimus, & quasi parturiuimus, & peperimus spiritū salutis. Mira res, à facie dñi anima concipit, nā nisi dominus respiceret Petrum ter negantem, optimum suum magistrū, ille neutiquā egressus foras, amarè fletet. Tunc sane fidelis quisque quauis cum dolore, foetum, id est, sanctū desiderium edit, quando iustè operatur. Atqui, impij præposterè se habentes, & si sanctum aliquādo concipiunt desiderium, opere illud non cōplent. De quibus perpulchrè dixit Esaia. *Esa. 37.*  
Venerunt filij vsque ad partum, & non erat eis virtus pariēdi. O quot sunt fideles, quippe qui magna & excelsa operari decernunt, nihilominus tempore operandi veniente, deficiunt nihil bonum operantes. Ij veluti *Figura.*  
Rachel in partu moriūtur. Quoniā declina- *Gene. 35.*  
uerunt in te mala, cogitauerunt consilia

D 3

quæ

Declamatio septima

**Psal.** quæ non potuerunt stabilire. En ratio propter quam operari nequeunt impij quod institerant. Quando quidem antea cta mala eorum vita, impedimento illis est. De probis viris autem scriptum est. Habentes fructum vestrum in sanctificatione, finem verò vitam æternam. Quantum autem gaudij Helisabeth partus vicinis conciliauerit, sequentia indicant.

**Text.** *Et audierunt vicini, & cognati eius, quia magnificauerat dominus misericordiam suam cum illa, & congratulabantur ei.*

**S. Ambro.** Meritò accurrunt complures & puerperæ congratulantur, quippè quam sterilem sciebant, atque annosam. Equidè ratio ipsa postulabat, vt in ortu illi<sup>9</sup> iubilaret omnes, qui ad plaximorum bonum natus fuerat. Vnde Ambrosius dicit. Habet sanctorum editio lætitiã plurimorum, quoniam cõmune est bonum. Iustitia enim cõmunis est virtus, & ideò in ortu iusti, futuræ vitæ insigne premittitur. Nec absre communionem sanctorum in simbolo profiteamur, nam regalis propheta perbellè ait. Particeps sum ego omnium timentium te. Obmutescant hæ-

rati-

In festo Ioannis baptistæ. 212

ratitici nostræ tempestatis, qui ore improbo merita sanctorum negare audent. Omnes vnun corpus sumus in Christo, ipse verò caput nostrum est, de cuius plenitudine omnes recipimus gratiã, pro gratia. Quid plura nedum Christus Iesus caput nostrum est, nosque membra eius, sed etiam caput angelorum dicitur, iure optimo. Sanct. Thom. 3. part. quæst. 8. artic. 4. Adhæc cognatorum & vicinorum charitas hinc clarescit, quia de bono Helisabeth vehementer gaudet. Charitas, ait Paulus, non est inuidiosa, nec agit perperam. O lethalem pestem, quæ penè omnes inuoluit. Cauete fratres nè fortè in hoc labyrinthum, & diaboli laqueum dilapsi pereatis. Scriptum est. Inuidia diaboli, mors introiit in orbem terrarum. Videte authorem inuidiæ, non alium nisi dæmonem fuisse. Qua tactus parentes primos tentauit, & prorsus euicit. Nempè, tristari de bono alieno potius dæmonis, quam hominis est. Quod autem hoc scelus sæpè mortale sit, indicat Sanctus Iob dicens. Paruum occidit inuidia. Eam ob causam inter capitalia delicta inuidiam adnumerat. Sæct. Grego. libr. 3. 1. mora. Itaque ex suo genere inuidia peccatum mortale est, quanquam ex imperfectione actus, vel consensus,

Ioan. 1.

S. Th. 3. p. q. 8. ar. 4.

1. Cor. 8.

Sapient. 2.

Iob. 5.

D 4 ali-

## Declamatio septima

S. Th. 2. 2. q. 36. ar. 3. aliquādo venialis culpa sit. Sunt planè multi motus in sensualitate existentes, qui tantum peccata venialia sunt. S. Thom. 2. 2. q. 36. ar. 3. Nos ergo fratres invidiam omnem depellentes, charitatem habeamus. Cui peculiare est, gaudere cum gaudentibus, & flere cum flentibus, ceu Paulus apostolus testatur. Et quia cognati, & vicini Helisabethę omnis invidię erant expertes, & charitate sincera flagrabant, gaudent cum puerpera gaudente, atque exultant valde. Gratias in exhaustas Deo optimo reddunt, quippè qui sua gratuita donatione sic magnificarat misericordiam suam cum illa. Magnificè quidem cum illa operatus est dominus, nedum sterilitatis oprobrium ab ea auferēs, nā sterilis in Israel maledicta erat, sed prolem virilē dedit ei, quod magis lætificare solet parentes. Nunc de circuncisione, & nomine infantis accuratè scribit euangelista.

Text. ¶ *Et factum est in die octavo, venerunt circuncidere puerum. Et vocabant eum nomine patris sui Zachariam. Et respondens mater eius dixit. Nequaquam, sed vocabitur Joannes.*

¶ Iuxta

## In festo Ioannis baptistę. 213

¶ Iuxta legis præscriptum infans circuncidendus erat die octavo à partu matris, alioqui quicumque ille esset peribat de populo Dei. Quę quidem circuncisio, siue puerorū tormētum immane, à tempore Abrahę cepit. O iugum graue nimis, o legem terribilem, quam olim dedit dominus populo illi, vt aliam legem amoris auidius obtarent, & gemitibus, & lachrymis assiduis expeterēt. O Iesu bone, & hominum amantissime, grates tibi fideles tui innumeras impēdimus, quod tam seueram legem in te implens, nos ab onere legis liberaſti. Prebens nobis sacramētum baptismi, in latices illo sacro abluti, nedum noxa originalis tollitur, sed abundè gratia orthodoxis vtriusque sexus infusa, ianua cœli è vestigio nobis aperitur, dicente Apostolo. Quotquot baptizati estis, Christum induistis. Sed de ijs vberius in festo circūcisionis pueri benediſti Iesu discernimus. Sat sit, ad obstruenda Hebręorum, & hæreticorum ora, illud ob oculos habere, quod Apostolus comminatur. Si circuncidamini, nihil Christus præfuit vobis. O nimium infortunatam, cui ieiunia, orationes, sanguis, & mors filij Dei nil prodest. Mirares, medicamen quod olim salubre erat, versa vice factum est lethale venenum in præ-

Gene. 17.

Baptismus

Galt. 5.

D 5 clara

## Declamatio septima

**S. Th. 3. p. q. 37. ar. 1.** clara lege nova. S. Thom. 3. part. quæst. 37. artic. 1. Circuncisus ergo fuit Ioannes, qui circuncisione minimè indigebat, eò quòd originale peccatum non habebat. Imò sacra virgine salutante Elisabeth, Ioannes repletus Spiritu sancto, velut angelus promissus Zachariæ, iã amicus Dei effectus aliquid melius circuncisione accepit. At qui, ob scãdalũ, quòd maximè vitandũ docet Saluator, puer sanctus aliorũ puerorũ more circuncisus fuit. Erudiant nos in hoc parentes eius, vt cuncta quæ in lege præcepta nobis sunt adimpleamus. Quin & legislator ipse Christus, octauo die cruorem sacrũ suum fudit, nedum vt factus sub lege, eos qui sub lege erant, redimeret, & liberaret ab onere legis, vt tetigimus, sed vt nobis exemplo foret, in mandatis Dei adimplendis. Caterum, cognati contendebant, vt puer Zacharias appellaretur, quò memoria patris in filio remaneret. Talis est hominum genius, & natura talem affectum in seuit animis eorum, vt memoriam sui relinquat, quanuis mortales se agnoscant. Celebremus nomen nostrum, aiebant homines illi post diluuium, antequam diuidamur in vniuersas terras. Ideò dominus linguas eorum diuisit, & sic confusi ab ædificatione cessauerunt. O superbiam

**Dogma.**

**Genes. 11.**

214

In festo Ioannis baptistæ.

perbiam filiorum Adæ, audite vel improbos viros quid dicant. Nomen nostrum obliuionem accipiet per tempus, & nemo memoriam habebit operum nostrorum. Et in Psalmo. Domine in ciuitate tua imaginem eorum ad nihilum rediges. Quærite ergo nomen & memoriam, non in mundo labenti, sed in coelis, vbi nomina electorum conscripta sunt. Nam in memoria æterna erit iustus, & ab auditione mala non timebit. O quot labores, quot pericula rex Alexander pertulit, quatenus memoriam sui in hoc seculo relinqueret. Idque Romanis contigit, post tot partas victorias. Veruntamen frustra labores & impensam consumpserunt, funditus deleta est memoria eorum. Enimuerò comminatio illa adimpleta est. Cessare faciam ex hominibus memoriam eorum. Pulchrè autem vir iustus Iob de superbis inquit. Memoria vestra comparata est cineri, & redigentur in lutũ ceruices. Quæ omnia sancta Elisabeth numine afflata diuino apprimè intelligens, viriliter obfistens cognatis dixit. Nequaquã Zacharias vocabitur filius meus, sed Ioannes. Perinde dicat. Nouus homo est missus à Deo, nouum arcanum mundo nuntiaturus, nouo nomine appellandus venit.

Notat

**Sap. 2.**

**Psal. 72.**

**Psal. 111.**

**Deut. 32.**

**Iob. 13.**

**Nota.**

## Declamatio septima

Notat hic Sanctus Ambrosius quod Elisabeth per prophetiam dicit, quod non didicerat à marito. Quique ob incredulitatem suam, non modo affatu, sed auditu orbatus est, Gabriele asserente. Eris mutus & nō poteris loqui, donec, hæc omnia fiant. Vos fratres verbis Dei credite, & incunctanter sententiæ sanctæ Romanæ ecclesiæ acquiescite, ut loqui valeatis magnalia Dei. Credidi, ait David, propter quod locutus sum. Verum causalis illa dictio, propter quod magnam emphasim habet. Haud dubito, tam infideles quàm hæretici muti sunt, & linguæ usum habere nequibunt, quandiu, fidem non habuerint. Mira res, non cognati decreto mulieris sanctæ cōsentiunt, sed adhuc instant dicentes.

*Text.* ¶ *Nemo est in cognatione tua qui vocetur hoc nomine.*

¶ Quod non cesserint authoritati matris consanguinei, sed è regione contenderint, mirum non est, sunt planè cognati nostri nisi spiritum Dei habeant, satis onerosi, quin & Saluatorem nostrum fratres eius adoriri sermonibus ausi sunt dicentes. Ostende te ipsum mundo. Vèh qui hodie plaris faciunt nomen Zachariæ quàm Ioannis. Veterem circum-

In festo Ioannis baptistæ. 215  
circumcisionem obseruantes, neomenias & lotiones, dies festos, delectum cibo & alia id genus, quæ planè Christo obeunte in cruce abolita sunt. Ij stultè clamant. Nomē nouū Ioānis, nolumus, veterem Zachariam volumus. Quos sanè redarguit Petrus & meritò eos taxat. Quid tentatis Deum imponere iugum super ceruices eorum, quod nec nos, nec patres nostri portare potuimus? In lege quidem sancitum erat. Aduenientibus nouis, vetera proijcietis. Quod Hebræi efficere nolunt, mordicus legem suam veterē tenentes. In controuersia hac quæ inter puerperā & cognatos erat, patrem pueri consulunt, etsi mutum.

¶ *Innebat patri eius quem vellet vocari eum, & postulans pugillarem scripsit dicens. Ioannes est nomen eius. Et mirati sunt uniuersi.*

¶ Videtis quomodo auditu priuatus fuerat, alioqui non nutibus ei loquerentur. De re dubia interrogantes cognati. Hic magno pere notandum est, potissimè apud religiosos, quod vates mutus, vocem domini generat. Ut quàm sit frugiferum, atque proficuum silentium monacho intelligant. Verum qui à collo-

Acto. 15.

Text.

Religios.

Luc. 1.

Psal. 115.

Ioan. 7.



## Declamatio septima

à colloquio humano non abstinere, cum domino multum loqui haud potest. Quo attinet illud Esaiæ. In silentio, & spe, erit fortitudo vestra. Vnumquodque verbum suum habet pondus, & annotatu dignissimum est. Tacente utique lingua mens fortior fit, & altius volat orationi vacans. Hinc spes suboritur sancta, qua mirum in modum cor nostrum roboratur. Omnia silentij virtus, in qua victoria nostra, & fortitudo sita est. Sabbatho discipuli siluerunt, teste Luca. 23. Nam sabbatum delicatum, & faustinus dies pacis nostræ, tempore silentij celebratur. O fratres mei quas delicias Deus optimus largitur eis qui linguam suam omni solertia custodiant. Nempè, aquæ Siloæ cum silentio currunt, & has horret garrulus, & linguosus. Nonne lingua ignis est? Et vniuersitas iniquitatis? Videte diram beluam, lenum & serpentum feritas domatur, linguam autem nemo, nisi ope coelesti fretus, domare potuit. Summa. Bonum est cum silentio præstolari salutare Dei. At qui, Zacharias tabellas pugillares, intellecta re, proposcit, vt literis indicaret, quod lingua non valebat. Quibus allatis, in hunc modum scripsit. Ioannes est nomen eius. Equidem Ioannes gratia Dei, vel gratiofus, authore Chry-

## In festo Ioannis baptistæ. 216

Chryso, interpretatur. Et rectè à gratia s. Chryso. nomen sortitur, qui ultra legem communem, sterili, & vetulæ datus est à Deo. Rursus iure à gratia nomen ei est impositum, qui fontem gratiarum omnium ostensurus venerat, adeò vt in ripa Iordanis voce magna grandique affectu tonaret. Ecce agnus Ioh. 1. Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Itaque accommodatum nomen ei datum est, non ab hominibus, sed à Deo. Obseruandum quod olim dominus solebat illis nomina imponere antequàm nascerentur, qui magni apud eum futuri essent. Sicut Isaac, Iosias, & alij nomen suum antedem natalis sui habuerunt. Hinc Ioanni qui Christum præsentem iam orbi indicare & prædicare debebat, nomen hoc impositum fuit diuinitus, ante natiuitatem suam. Nos autem hic discamus charissimi, in rebus prosperis, in temporibus lætitiæ, Dei mandata non obliuisci. Magna enim erat apud Zachariam & Elisabetham alacritas, pro puero nato, nihil secius non negligebant summi numinis mandatum. O quàm præposterè ipsi agimus, sanè dum omnia arident, & quæ cupiebamus à domino accipimus, subinde præcepta Dei post habentes

Declamatio septima

habētes stertimus, ac negligimus. Quid plura? Spiritalem circumcissionem non negligamus, sed omnia superflua amputemus oportet. Itavt nec os loquatur quam deceat, nec auris, vana aut lubrica verba sponte audiat, oculus item illicita non videat. Tunc haud dubiè, nomen gratiæ accipiemus, quin potius filij altissimi vocabimur. Et mirati sunt uniuersi. Mirantur omnes, tum ex nouitate nominis, tum ex mutua concordia parentum. O quantum admirationis conciliat unitas, & pax coniugatorum. Quantum horroris adfert litigium & contentio inter eos, quos dominus coniungit. Oraculum sapientis attentius audiamus. In tribus beneplacitum est spiritui meo, quæ sunt probata, coram Deo & hominibus. Concordia fratrum, & amor proximorum, & vir & mulier sibi bene consentientes. Singula, nisi fallor, singularem energiam habent, & latissimus campus concionatori patet. Nobis verò non vacat cuncta prosequi. Vxorati sibi bene consentiant, vehementer oportet, ne honorabile connubium ad iudicium eis sit. Ne forte eis contingat quod infœlici homini euenit, quippè qui ad cœleste conuiuium vocatus procaciter respondit. Vxorem duxi, ideò non possum venire. O execrandam impudentiam,

Ioan. 1.

Eccle. 25.

Heb. 13.

Luc. 14.

In festo Ioannis baptistæ. 217

dentiam, matrimonium sanctum est, & à Deo in paradiso institutum, à Christo Iesu in Cana miraculo magno honoratum, & constitutum. Quid causaris? Nèpè, humana nequitia causa est, vt antidotum vertat in venenum, & quod sanctum est, homo improbus eo vtatur perperam. Hæc sunt gemina viperarum, vt baptista zelo mirabili accensus dicebat. At Zacharias & Elisabeth incedebant in mandatis Dei, sine quareliuantes, vt i pulchre Lucas narrat, eam ob rem bene sibi consentiebant, & in ijs quæ grata erant Deo non dissidebant. Admirantur hæc intuentes, perinde ac de re noua, & stuporis digna.

*Apertum est os Zachariæ illico, & lingua eius, & loquebatur benedicens Deum.* Text.

¶ Mirabile dictu, quam sit potens sancta fides, linguam quam incredulitas ligauerat, fides mirabiliter soluit. Enimvero sententia illa veritatis plena est. Per quæ quis peccauerit, per hæc & torquetur. Lingua signum à Gabriele petijt dicens, in quo cognoscam hoc? & in lingua signum ei datur, vt nos caueamus, & nullatenus signa aut miracula, ad fidem vendicandam poscamos. Signa, ait Apostolus, data sunt, non fidelibus, sed infidelibus.

Sapient. 11

Nota.

E

delibus.

## Declamatio septima

*Matt. 12.* delibus. Hinc dominus in suos persequuto-  
res inuehitur. Generatio praua & adultera  
signum querit. O summi numinis largitatē,  
o totis visibus laudandam Dei nostri mun-  
ficentiam, non solum ablata restituit Zacha-  
riae iam credenti, ut probè Sanctus Ambro-  
sius notat, sed insperata prestitit, prophetie  
donum illi impertiens. Quandoquidem mi-  
sericordiae parens Deus noster, dum corri-  
pit suos, tunc maiora beneficia illis lubēs-  
sim pendit. Exemplo nobis sit vir iustus Iob, cui  
post calamitatem illam magnam, Deus cun-  
cta duplicia restituit. Nouit dominus muta-  
re sententiam, si nos in melius mutemus vi-  
tam. Sic Zachariae contigit. Quamprimū  
oraculo Gabrielis credidit, Deus optimus  
eius misertus est. Præterea obseruate mecū  
fratres, & altiūs expendite, quā fuerit Ioā-  
nes sanctitate & virtute præditus, quando  
nomē eius tantā vim habuit, ut illo mortuis  
literis exarato patris lingua mirabiliter solu-  
ta est. Planè subinde ut pater scripsit Ioan-  
nes est nomen eius, os illius apertum fuit.  
Cæterum videtur mihi fides Zachariae non  
absimilis fidei Thomæ, quippè qui aliud vi-  
dit & aliud credidit, hominē vidit, & tetigit,  
& Deū verū mūdi huius Saluatorē fore cre-  
didit. Quas ob res stupēs exclamauit. Dñs  
*Ioan. 20.* meus,

In festo Ioannis baptistæ. 218  
meus, & Deus meus. Ad eundem modū Za-  
charias credens, aliud vidit, quia puerum si-  
bi natum iuxta angeli vaticinium intuitus  
est, tamen quod esset futurum Christi Pro-  
phetam & præconem spiritu Dei afflatus af-  
feruit & credidit: ideò Spiritu sancto reple-  
tus clamauit. Et tu puer Propheta altissimi *Luc. 1.*  
vocaberis, præbis enim ante faciē dñi para-  
re vias eius. Loquebatur benedicēs Deū: iu-  
xta illud. Laudationē dñi loquetur os meū. *Psal. 33.*  
Et iterū, semper laus eius in ore meo. Vtinā  
tale exemplar ipsi sectantes nobis alius lin-  
guæ vsus nō esset. O si semper loqueremur  
rectè, sanctè, & magnalia Dei nostri perso-  
nantes, pro tot beneficijs susceptis ei grates  
ageremus, virum sanctū Zachariam immitā-  
tes. Ni fallor, ob id linguæ vsus à domino *Linguae*  
accepimus, ut laudes innumeras creatori *vsus.*  
nostro persoluamus, ut peccata nostra quā-  
libet atrocia, confessori referemus, ut proxi-  
mis salubria consilia exhibeamus. Quis fa-  
piēs & custodiet hæc? Agite charissimi, &  
sum opere cōtendite, habenas linguę vestre  
ne laxetis, ne forsitā execratio illa in vobis  
locū habeat. Sicut nouacula acuta fecisti  
dolos: & iterū. Lingua tua tota diē cōcinabat *Psal. 49.*  
ait. Venenū aspidū sub labijs eorū. Memen-

Declamatio septima

**Luc. 16.** tote fratres in scelicis diuitis, qui cum totus gehennæ flâmis vreretur, signanter de lingua cruciatu conquæstus aiebat. Crucior in hac flamma, obsecro pater Abraham, vt mittas Lazarum, qui digito suo in aquam intincto, refrigeret linguã meam. Ecce plus tormenti patitur improbus in lingua, qua haud dubie plura patrarat scelera. Quid quod in Apocalypsi legimus de dånatis. **Apoca.** Mā ducabunt linguas suas præ dolore. Summa. Qui ergo vult vitã & diligit dies videre bonos, coërceat linguam suam à malo. **Psal. 33.** Et labia sua ne loquantur dolum. Notanter ait, coërceat linguam suã, eò quòd nisi timoris Dei fræno eã quis cohibeat, ceu leena vinculis confractis, omnia dilacerat atque deuorat. Loquebatur Zacharias, benedicens Deum, quoniam Spiritus sanctus in illo erat, cuius ope lingua gubernatur. Sequitur.

**Text.** *¶ Et factus est timor super omnes vicinos eorum, et super omnia montana Iudæe divulgabantur omnia verba hæc. Et posuerunt omnes qui audierunt in corde suo dicentes. Quis putas puer iste erit? Etenim manus domini erat cum illo.*

¶ Ratio

In festo Ioannis baptistæ. 219

¶ Ratio id deposcebat, vt populus qui in citurnitate Zachariæ miratus est, stuperet etiam ipso loquente. Timor ille sanè admirationem ingentem indicat, quæ tot gestis nouis orta est. Admiramur dum effectum intuentes causam ignoramus, vt in eclipfi contingit, de quo vehementer admiratur rure vulgus, viri autem literis candidati non ita, eò quòd causam haud ignorant. Itaque timor ille qui astantes inuauit, non fuit seruilis, aut mandatus, sed filialis, quippe qui, ex ipsa charitate tanquam ex matre generatur. De quo timore scriptum est. Initium sapientiæ timor domini: & alibi. Timor domini expellit omne peccatum. Quid multis immoror? Timor hic nedum in via hac calamitosa, sed in patria manet: iuxta illud. Timor domini sanctus permanet in seculum seculi: quin & in Iob legimus. Columnæ coeli contremiscunt, & pauent ad nutum eius. Vbi Sanctus Gregorius lib. 17. mora. De virtutibus cœlestibus hoc exponit, qui admirantur Deum supra se existentem, & eis incomprehensibilem, nec erit timor ille à malo quod accidere potest, sed tenens in bono quod amitti non potest. Sanctus Augustinus lib. 14. de ciuitate. Quod vberius tractat Sanctus Thom.

Nota.

Timor filialis.

Eccle. 1.

Psal. 18.

S. Gregor. li. 17. mor.

S. Th. 2. 2. q. 19. ar.

11.

## Declamatio septima

2.2. quæst. 19. art. 11. Timeamus & nos fratres, nam proculdubio horrendum est incidere in manus Dei viuentis, vt optimè admonet Apostolus. Timeamus, inquam, et si Saluatorem nondum vti patrem benemeritū amamus, saltem vti iudicem venturum, qui quæ reddet vnicuique iuxta opera sua: metuamus sic, vt mandata eius seruemus. Nonne Moses & Aaron quia non glorificauerunt Deum ad aquas, arcentur ab ingressu terræ tam diu desideratæ? Beatus homo qui semper est pauidus, ait Sapiens. Timebāt ergo cognati & vicini, per montana Iudææ audientes tot mirabilia, quæ dominus operabatur in domo Zachariæ, ponentes ea in corde suo. Ecce charissimi vbi collocanda sunt opera Dei & illius verba, nempe, in corde, non in aure, aut in lingua tantum, sed in visceribus nostris, tales quidem arbores, tali terra opus habent, quò fructus vberri-  
mos proferant. In corde meo, ait Propheta, abscondi eloquia tua, vt non peccem tibi. O foelix anima quæ vbi quæ ceu sagittas acutas egregia Dei opera, & candida verba gestat. Sponsi dogma iam audiamus, & audientes, quàm primùm opere illud impleamus fratres. Pone me vt signaculum super cor tuum, vt signaculum super brachium tuum: quia

Heb. 10.

Deut. 32.

Dogma.

Psal. 118.

Cant. 8.

In festo Ioannis baptistæ. 220

quia fortis est vt mors dilectio. En cor nostrum postulat, in quo sponsus quiescere sum opere cupit. Rursus in brachio morari petit, vt non modò internè eum diligamus, sed externè vitam nostram amore eius componamus. Sed iam quid inuicem admiratione rapti homines illi loquantur videamus.

*¶ Quis putas puer iste erit? Etenim manus domini erat cum illo.* Text.

¶ Manus domini alicui fauet, dū in signem gratiā, & opē ei tribuit: vnde in Exodo scriptū est. In manu forti eduxit nos dominus de terra Ægypti, & de seruitute Pharaonis. Ecce manum domini vocant Hebræi singularem gratiam, quam ab illo susceperūt: sed huic quæstioni, admodum graui, in secunda parte huius declamationis latius respondere nitentur.

Exod. 13.

¶ Et apertum est os Zachariæ, dixerat prius Lucas, nūc subnectit maiora valde, dicens.

*¶ Et Zacharias pater eius, repletus est spiritu sancto, & prophetauit dicēs. Benedictus dñs Deus Isrrael: quia visitauit & fecit redemptionem plebis suæ.* Text.

E 4

¶ Agite

## Declamatio septima

**Ezec. 18.** ¶ Agite fratres obsecro, & posthac nemo diffidat, nemo veterum delictorum conscius diuina premia desperet: est planè Deus noster suapte natura pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, qui quæ per Ezechielem quotidie voce grandi tonat. Nolo mortem peccatoris, sed magis ut conuertatur, & viuat. Quis adeò stupidus, qui non admiretur? Zacharias, eloquio, & auditu orbat, quia fidem angelo Gabrieli non dedit, non modò loquitur, sed affatim Spiritus sancti gratiam nactus; tum de Messia Christo Iesu, tum de Ioanne encomia egregia depromit. Fulgebat in eo prophetiæ donum, eò quòd plenus erat Spiritu sancto, veluti euangelista contestatur. O mira & modis omnibus laudanda Dei nostri bonitas, cum scœnore ablata restituit. Miror sanè & stupeo quoties verba illa lego. Si gens illa egerit poenitentiam à malo suo, agam & ego poenitentiam super malo quod cogitavi facere eis. Vidistis faueritatem quæ loquelam ademit, videte iam bonitatem Dei, quippe quæ cum dono prophetico illam restituit. Benedictus dominus Deus Israel, quia visitauit, & fecit redemptionem plebis suæ: ubi Origenes. Plenus Spiritu

**Hiere. 18.**

**Origenes.**

In festo Ioannis baptistæ. 221

Spiritu Sancto Zacharias, duas prophetias generaliter nuntiat, primam de Christo, alteram de Ioanne, in quibus quasi de præsentiam versarentur in mundo, loquitur. Visitauit quidem plebem suam, perinde atque longa infirmitate tabescentem, & quasi venditam sub peccato, vincti filij sui sanguine redemit: id quæ, quia proximò Zacharias faciendum putauit, more prophetico, tanquã iam factum enarrat. Visitauit Israelitas, quia ad oues venit quæ perierat domus Israel: nec non & visitauit spirituales Israelitas, id est, fideles qui digni fuerint hac visitatione. En. *Genes. 37.* fratres, frater noster Ioseph, quem pater misit in mundum ut redimeret nos, & assereret in populum suum. Iam arca Dei venit in castra vlulenti Philistin, ingemiscant demones cruenti, & cœlorum ciues iubilent, gratias innumeras Christo Iesu exhibentes, qui sua gratuita dignatione, nos intuisere dignatus est. Et de euangelio hæc tenus.

*¶ SECUNDA PARS DECLAMATIONIS. the. Quis putas puer iste erit?*

*Etenim manus domini erat*

*cum illo.*

E 5

¶ Gra.

Declamatio septima



**R A V I S V T I Q V E**  
 quæstio, inter vicinos & cognatos sanctæ Helisabeth versatur, nec abs re, cum tam mira, tamque stupenda, & à seculo non audita, de puero benedicto Ioanne rumor hac & illac spargebat. Anus sterilis filiū quē ediderat lætabat, pater Zacharias alioqui mutus, arcana Dei optimi vaticinatur, de Messia tamdiū desiderato faustissimum nuntium insonat, & alia id genus noua per montana Iudææ enarrantur: quas ob res iure stupefcunt populi, & velut attoniti rogant dicentes. Quis putas puer iste erit? Tanquam si dicerent: nihil non præter morem videmus in natali huius infantis fieri, nihil non præ se fert diuinam virtutem. Quid volunt sibi tot prodigia, quibus puer hic insignitur? Quis nam futurus est puer iste? Quandoquidem nemo prophetarum æquè prodigiōse vitam hanc auspiciatus est. Verū ipsa rerum miracula palam indicant, hæc omnia geri ope diuina, quæ puero adfit ad res summas delecto. Nec temerè hæc ratiocinabantur, nam verè manus Dei summi comitabatur eum, & erat in puero, ac per puerum in parentes sese exercebat, longè mirabilia suo tempore

Nota.

Ioannis  
 laus.

In festo Ioannis baptistæ. 222

pore proditura. At qui, vti in natalicio principis accersiri solent sapientes viri, & literarum callentissimi, qui de infante nato futura coniectari valeant: quippè qui, inter vera quædam, multa falsa miscere solent. At nos sapientissimos viros, omni fide dignos vocabimus, qui verissima nobis de puero sancto Ioanne recenseant. Principiò ergo Gabrielem Archangelum accersamus, qui que Salomone sapientior, à domino creatus est. Is, inquam, optimè depinxit Ioannis raras virtutes, & magnitudinis sanctitatem, velut pinicilo deliniauit.

Collatio.

¶ Ait ergo Gabriel sacerdoti Zachariæ ministerio suo in templo fungenti. Vxor tua Helisabeth pariet tibi filium, & vocabis nomen eius Ioannem. Erit enim magnus coram domino: vinum & siceram non bibet. Et Spiritu Sancto replebitur, adhuc ex vtero matris suæ: & multos Israel conuertet ad dominum Deum ipsorum. Ipse præcedet antè illum, in spiritu & virtute Eliæ: parare domino plebem perfectam. Nisi fallor, egregia sunt & cognitu digna quæ in laudem Diui Ioannis nunc cœlestis nuntius enarrauit: quæ quidem vel sola sufficerent, vt præcursoris domi.

Luce. 16.

Luce. 1.

## Declamatio septima

domini, tūc sanctimoniam, tūc præclaram dignitatem, omnes orthodoxi intelligant. paulatim ea rimari incipiamus, quāquā prodignitate encomia sanctissimi baptistæ recensere nemo valeat. Gabriel è cælo mittitur, vt conceptionem, & natiuitatem tanti viri adnuntiet. Quid, quod in veteri testamēto id de paucis memoriæ proditum est. De

*Genes. 17.* Isaac, & Sāone hoc legimus, qui viri famosi

*Iudi. 13.* fuere. Quid quod idem nuntius qui sacerri-  
mæ virgini faustissimum nuntiū, & vniuerso orbi stupendum attulit, is ipse Beati Ioā-  
nis natiuitatem lætabundam patri suo retu-  
lit? Quod, teste Bernardo, plurimum excel-  
lentia Ioanni confert. Millia millium mini-  
strāt Deo nostro, veruntamen nullus mis-  
sus est Zacharię, nisi archangelus Gabriel.

*Dani. 7.* Vocabis nomen eius Ioannem. En ingens  
argumentum sanctitatis huius pueri, cœli-  
tus nomen datur, quo nomen illius magni  
æstimetur, dum non ab hominibus, sed à  
Deo per angelum pronuntiatur. Ecce non  
modo Gabriel natiuitatem præcursoris nū-  
ciat, vt de Samsonē scriptum est, sed nomē  
eius protulit, vt eximia sanctitatis eius sit  
symbolum. Sic de Cyro rege Persarum

*Esa. 45.* Esaias vaticinatus est. Hæc dicit dominus  
Christo meo Cyro, cuius apprehendi manū  
dex-

In festo Ioannis Baptistæ. 223  
dexteram, vt subijciam ante faciem eius gē-  
tes. Hic libertate donauit populum domini,  
& typū habuit Christi Iesu, qui vniuersum  
orbem liberauit. Itidem Iosias rex, cuius no-  
men per quendam virum Dei fuit reuelatū,  
sedulo cultum Dei auxit, qui & figurā præ-  
tulit Saluatoris nostri. Ad eundem modum  
Beati Ioannis nomen, ante natale eius præ-  
nunciatum est: quoniam magna Dei vni-  
uerso orbi erat nunciaturus. Vbi aduertē-  
dum, quod nomina debent proprietatibus  
rerum respondere. Hinc. 4. matha. habetur.  
Ratio quam significat nomen, est diffinitio,  
quæ designat propriam rei naturam. Vnde  
liquet, quod nomina quæ aliquibus diuini-  
tus imponuntur, semper significant aliquod  
gratuitum donum eis datum: vt in Abrahamā,  
& in Petro perspicuum est. Abrahamæ dixit  
dominus appellaberis Abraham, quia patrē  
multarum gentium constituit: Petro ve-  
rò ait Saluator. Tu es Petrus, & super hanc  
petram edificabo ecclesiam meam. S. Tho. S. Tho. 3.  
3. par. q. 37. ar. 2. Cæterum fratres si paulo  
altius annunciationem Baptistæ considera-  
re lubet cum Bernardo, profecto alme virgi-  
ni intra lares proprios angelus loquū<sup>9</sup> est.  
At Zacharię sacerdoti in templo sancto Ga-  
briel apparuit, & præconia mira de Ioanne  
affa-

3. Re. 13.

Nota.

Gene. 27.  
Matt. 16.

S. Tho. 3.  
p. q. 37. ar.  
tic. 2.



Declamatio septima

affatur. Sed de annūtiatione & nomine præcursoris sit satis. Sequitur.

Text.

*Erit magnus coram domino.*

**Ioan. 10.** ¶ Vidistis fratres, quàm commodè datum est nomen nouum ei qui doctorem legis nouæ Christum erat ostensurus. Par enim erat vt nomen à gratia acciperet, & Ioannes appellaretur, qui fontem gratiæ indicare venerat, & agnum Dei demonstrare, de cuius plenitudine omnes accepimus gratiā pro gratia. Lex & prophetæ, ait dominus, vsque ad Ioannem. Ergo limes & terminus veteris legis, & initium nouæ Ioannes fuit. Hinc scriptum est in Esaia. Ne memineritis priorum, & antiqua ne intueamini. Ecce ego facio noua & nunc orientur. Quid lucidius de lege gratiæ dici potuit? ad rem. Erit magnus coram domino. Ecce magnum & inæstimabile elogium Beati Ioannis. Enimuerò parui refert, vt quis magnus sit coram hominibus, quorum excellentia & magnitudo frustranea est. Nonne omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quasi flos fœni? Quid fragilius, aut inanius fœno, aut flore eius? Hinc Alexander magnus qui tot victorias ingenti labore vendicauit, & Cæsar qui quinquies triumphauit, instar fœni

In festo Ioannis baptistæ. 224  
ni arescentes euauerunt, & ferè eorum memoria extincta est, dicente Dauide. Perijt **Psalm. 9.**  
memoria eorum cum sonitu. O miseranda cæcitas, o dementia vehementer deploranda, amatores seculi, honorè apud homines, qui vermiculi sunt humi reptantes, ingentilabore quæritāt, & in conspectu altissimi gloriam suam habere non volunt. Ioannes verò magnus fuit in spiritualibus: nam temporarijs rebus abundantia neminem efficit magnum coram domino. Sed quis magnus coram illo, cuius magnitudo incomprehensibilis est? magnus dominus, & laudabilis nimis, inquit regius Psalter, & magnitudinis eius non est finis: & illud. **Psalm. 144.**  
**Esa. 40.** Omnes gentes in conspectu eius, quasi non sint. Et nihilominus verum est quod angelus asserit, erit magnus coram domino: quandoquidem sanctus hic magnus fuit vita, magnus officio, magnus denique doctrina. Magnus fuit vita, nam septennis parentum delicias & diuitias reliquit, & scalentem eremum adiit, cum propheta decantans. **Psalm. 54.**  
Ecce elongauit fugiens, & mansit in solitudine. Expectabam eū qui saluum me fecit à pusillanimitate spiritus, & tepestate. Agite charissimi, infantis sanctissimi huius vestigia imitemur oportet, non lentè aut tepidè mundum

## Declamatio septima

*Genes. 19.* dum fallacem deseramus, sed feruido spiritu desertum poenitentiae intremus. Ne forte dū lento aut testudineo gradu incedimus, retro respiciamus, & (vti vxor Loth) ob incōstantiam nostrā, in statuā salis cōuertamur. Memētote (ait dñs) memētote vxoris Loth, Illius simulachrum ob oculos vestros versa te. Quare in solitudine mora trahebat Ioānes nunc aperit. Expectabat quidem Christum Iesum in deserto, quippe qui saluum eum fecerat à culpa originali, quæ nihil aliud est, quàm pusillanimitas quædam, & tempestas seua. Expectabat, inquam, donec manus domini fieret super eum, & spiritu diuino actus, veniret in Iordanem prædicās regnum Dei, & digito ostendens filium Dei, spōsum ecclesiæ. O quos cruciatus viginti quinque annis perpeffus est Ioannes, flāmigero affectu cupiens, videre Christum Iesum speciosum forma, præ filiis hominū, filium Dei, & Deiparæ virginis vnigenam. Cogitet qui potest, ego quidem atrociorē dolorem hūc credo, quàm illum, quem passus est in vinculis, & in morte. Ratio, quia fortis est vt mors dilectio, dura velut infernus æmulatio. Plus amor excruciat animū, quàm gladius corpus. Fuerunt mihi lachryme meæ panes die ac nocte, aiebat cum Da-  
uide.

*Nota.*

*Canti. 8.*

*Psal. 41.*

In festo Ioannis baptistæ. 225

uide. Sed quā ob rem? quia dicitur mihi quotidie in hoc deserto, vbi est Deus tuus? vbi Christusamicus tuus? Vexabat eū eremus scalenus, vestis hirsuta, pillis camelorū contexta, cibus austerus, & parcus, nēpe, locusta, solis ardor, rigidus frigor. Sed hæc omnia delitiæ ab eo computabantur expectatione vidēdi Saluatorē roboratus. Quid plura? Iacob videbantur Dies pauci præ amoris magnitudine, quē erga suā Rachel habebat. Quātomagis de Beato Ioāne qui summopere Saluatorē amabat, id dicere poterimus? Sed, o nos miseros, quā lōgē absum⁹ à poenitentia præcursoris. Nec in pueritia, nec in iuuetute nec & in senectute eā amplectimur: terrenis affectib⁹ lora laxamus, futilibus rebus iniuriamus, quæ eterna sunt bona posthabentes. Pudeat pudeat nos, delitijs posthac vacare, vbi puerū delicatū septēnē, in deserto austerimā poenitentiā agētē intuemur. O mirabilē eremitā, o puerū senes omneis superantē: quod scelus patraisti? quod piaculū comisti, sanctificatus antequā natus? verū nos peccatores erudit, nos stertentes, & dormientes excitat, vt quā ocysimē resipiscētes poenitentiā agamus. Quippe quā primò ipse prædicauit opere, & deinde sermone suavit. Erat enim vt Aioth ambidexter, *Iudi. 3.*  
F potens

*Nota.*

753 Declamatio septima

potens opere & sermone. Utinam tales haberemus in ecclesia pastores, & prædicatores. Deinde fuit magnus officio sicut infra audiemus, vaticinium patris sui exponentes.

¶ Fuit tandem magnus doctrina, adeo ut omnes status hominum erudiret, milites, publicanos, phariseos, qui ad baptismum confluebant miro artificio docebat. Militibus aiebat, neminem edocuiatis, neque calumniam faciatis, contenti estote stipendijs vestris. Publicani venientes rogabant eum: magister quid faciemus? quibus ipse. Nihil amplius quam quod constitutum est vobis. Turbae interrogati dicebat: qui habet duas tunicas det unam non habenti, & qui habet escas similiter faciat. O prudentisimum virum, o medicum coelestem, qui sic unicuique egroto salutis monita dabat. Hoc qui per modo quam multos Christo lucrabatur.

Luce. 3.

Text.

*¶ Vinum & siceram non bibet, & Spiritu Sancto replebitur adhuc ex utero matris sue.*

¶ En angelus multifariam coram Deo magnitudinem Ioannis recenset. Vinum & siceram bibere nequibant qui se voto Deo astringebant, & Nazarei vocabantur, id est, Deo sacrati,

Nume. 6.

& dica-

In festo Ioannis baptistae. 226

& dicati. Ratio quia tali poculo inebriantur aliquando homines. Ad literam ergo vult angelus dicere. Puer hic Nazareus erit, & totus Deo sacratus. Rursus, non siceram aut vinum bibet, hoc est, ab omni quod inebriare potest se continebit, quia a quibusvis vitijs, quibus solet ebrietas fomenta ministrare erit immunis, Nec erit ut addamus, Qui cum in honore esset, non intellexit, & relationis vino inebriatus cecidit, comparatusque est iam etiam insipientibus, & similis factus est illis. O vinum lethale, o venenum execrandum, & valde horrendum, quod meretrix illa purpura ornata, quam vidit Ioannes, superbis posteris Adae propinat. Proh nefas, ex hoc vino omnes gentes biberunt, & reges terrae cum illa meretrice, id est, cum voluptate, fornicati sunt. Vos charissimi non sic, sed summo studio caute, siceram aut vinum lethiferum bibatis, quod scelerum omnium seminarium est.

Psal. 48.

Apo. 17.

et. 18.

Nume. 6.

*¶ Ceterum, Spiritu Sancto replebitur adhuc ex utero matris sue.*

Text.

O mirabile privilegium, quod apostoli post tot annos, postque tot labores, in die Sancto pete costes, Christo Iesu ad dexteram patris regnante, hoc Ioannes in aluo matris existens, domino opitulante, & sacra virgine salutante, acce-

Acto. 2.

F 2

pit.

Declamatio septima

pit. De illis Lucas, ait. Repleti sunt omnes Spiritu Sancto, & cœperunt loqui magna- lia Dei. Et ad eandem imaginem Ioannes re- plētus est Spiritu Sancto, & cœpit loqui, per- os matris pertonantis magnalia Dei, quip- pē quæ, omnipotens in sacerrima virgine patrauiti Exultatione & gaudio festiuum ce- lebrauit diem adorans Christum Iesum, & perinde ac digito eum demonstrās dicebat.

**Canti. 2.** En ipse stat post parietem nostrum, prospi- ciens per cancellos, respiciens per fenestras. Hoc est, per sensus benedictæ suæ matris, tā- quā sol splendens, mirificis suis fulgoribus

**Canti. 2.** omnia perlustrans. En dilectus meus loqui- tur mihi. O quā melliflua, quā dulcia verba, verbum Dei loquebatur amico suo Ioanni.

**Ioan. 3.** Amicus sponsi stat, & gaudet, ad vocem spō- se dicebat ipse. Iam sequitur in euangelio.

**Textus.** *¶ Et multos Israel conuertet ad domi- num Deum ipsorum.*

**Iudi. 3.** Videte quā frugifera fuerit prædicatio Ioannis. Equidem vt paulo antè attigimus, ambidexter erat, & vt alter Aioth vtraque manū præliabatur, opere & sermone pœ- nitentiam hominibus suadens. Hic est spi- ritus duplex quem tantopere Eliseus acci- pere optabat. Fiat in me duplex spiritus

**tuus.**

In festo Ioannis Baptistæ. 227

tuus. Hoc obsecro, hoc tantum imploro, vt non verbo tenus alijs prædicem, sed candi- da vita, & opere prius quod doceo, adim- pleam. Nonne plus opera quàm verba mo- uent? plures lucratus est Ioannes, quia exē- plo simul & verbo clamabat. Pœnitentiam agite & appropinquabit regnum cœlorū. Utinam nos qui eodem ministerio fungi- mur, & si non multos, saltem vnum peccato- rem Christo lucremur.

**Matth. 3.**

**¶** Quod verò in virtute Helix dicit eum vē- turum, tantundem est ac si dicat. Ille aggres- sus est ardua, dū regem in probum palam re- prehendit. Ille audacter omneis prophetas Baal interfecit, & per deserta peregritaba- tur. Et ad eundem modum Ioannes eodem spiritu fretus quo Helias, haud Herodis ty- ranni iram timebat, sed publicè cum pecca- ti sui redarguet dicens. Non licet tibi habe- re uxorem fratris tui. Verba Helix vt facu- la ardebant, & sic Ioannis eloquium flam- migerum, corda audientium inflamabat, ad pœnitentiam capeffendam. Signanter, ait Gabriel. Veniet in spiritu & virtute Helix. Enimverò quod Helias iram reginæ fune- stæ Iezabel, fugerit, infirmitatis insignè fuit, quanquàm forti animo pseudopro- phetas enecauit. At noster præcursor, nil

**Marci. 6.**

**Nota.**

## Declamatio septima

*Prob. 24.* infirmum habuit, nec Herodiadis irā timuit, sed intrepidus mansit, & leonis instar, vincula, scalentē carcerem, & gladiū sustinuit, iuxta illud. Iustus vt leo confidit. Nunc aliū sapientē accersamus, postquam angelus tot præclara testimonia dedit de Ioanne.

*Luce. 1.* ¶ Quis putas puer iste erit? etenim manus domini erat cum illō. Pater eius Zacharias cum Gabriele facit satis huic quæstioni, ita vt nihil supra. Et tu puer propheta altissimi vocaberis, præbis enim antè dominum parare vias eius. Mirabile dictu, vates sapientissimus cum puero octo dierum loquitur, ac si iam perfectæ esset ætatis, quod mysterio non caret. Planè alma virgine salutante Elisabetham, infans intrā matris viscera miro affectus gaudio exultauit, & iuxta sanctorum doctorum censuram tunc agnouit, & adorauit Salvatorem mundi. Itaque, vir perfectus factus est, in tenero corpore. Quod, ni fallor, præcellentissimum donum fuit, & fortè nemini sanctorū datum. Et cum mos vsitatus sit, apud reges, nō seruos suos beneficio exhibito priuare, nisi demeritum adsit, nescio quam ob causam Ioannem, qui semel agnouit Christum, & rationis vsu fuit decorat⁹, hoc priuilegio dominus mulctarit: cum Beato Ambrosio

asse-

## In festo Ioannis baptistæ. 228

asseuerare audeo, Ioanē nunquā rationis vsu amisisse, postquā in vtero matris sue tāto thesauro fuit ditatus. Hoc enim Zachariā nō latebat, & ideò cum filio paruulo affatur, ministerium & dignitatē illius palam faciens. Itaque nemo imprudentiæ arguat patre, qui infantē lactentē alloquitur, & corā omnibus functionem eius insinuat. Obseruandum quā consentiat oraculum patris, vaticinio Gabrielis. Ille clam dixit Zachariæ. Ipse veniet in spiritu & virtute Heliae parare domino plebē perfectam. Sacerdos pius ait. Præbis antè faciem dñi parare vias eius. Quod verò prophetā eum appellat verū profert, imo Salvatore teste, plusquā propheta Ioānes fuit. Primò, quia antequā natus, pphetare cœpit, Salvatore mūdi agnoscēs, & procliuiter eū adorās. Quod nemini prophetarū contigit. Secundò, quia in ripa Iordanis, quē alij vates prædicarūt venturū, ille digito monstrauit. Ecce agnus Dei, ait, Ecce qui tollit peccata mundi. Tertiò, plusquā propheta fuit, quoniam nedū in hac mortali vita, sed in limbo Christi aduentū priscis patribus annuntiauit. Hanc ob rem, vt placet Diuo Hieronymo ad Algasiam, per discipulos interrogauit. Tu es qui venturus es, an alium expectamus? non quòd

E 4 ipse

*Luce. 1.*

*Ioan. 1.*

*S. Hiero. ad  
Algasiam.*

## Declamatio septima

*S. Gregor. in ho.* ipse dubitaret Messiam iam venisse in mundum, sed ei notum non erat, an per seipsum ad subterranea descenderet, ut educeret viros suos ex lacu in quo non erat aqua. Quod fusi Diuus Gregorius differit. Quarto, plusquam propheta fuit, eo quod de illo alij vates vaticinati sunt. Quod de Messia & eius candida matre dumtaxat gestum est. *Esai. 40.* Esaias propheta euangelicus dixit. Vox clamantis in deserto, parate viam domini. Quod sane oraculum Ioannes de seipso exposuit, Hebraeis interrogantibus. Tu quis es? Rursus *Malac. 4.* Malachias angelum eum fore dixit ceu Saluator expressit. *Matt. 11.* Amen dico vobis plusquam prophetam, hic est de quo scriptum est. Ecce ego mitto angelum meum. ¶ Sed nunquid Ioannes euangelista, aquila grandis magnarum alarum, quaestioni iam *Ioan. 1.* proposita non respondit? Fuit homo missus a Deo cui nomen erat Ioannes. Hic venit in testimonium, ut testimoniū perhiberet de lumine. Non erat ille lux, sed ut testimoniū perhiberet de lumine, ac si patenter dicat: vultis scire quis puer iste erit? Sane apostolus vniuersalis, & totius mundi praedicator. A Deo missus est, ut mirabili ministerio fungatur, & palam lumen verum, & filium Dei latentem sub velamine carnis ostendat. O virtum

In festo Ioannis baptistae. 229  
rum ineffabilem, o illustrem hominem, angelum potius appellem, vel angelicum hominem, ignoro. A Deo missus est ut luci verae testimonium praebet. Non erat ille lux, ait Ioannes, id est, ne utiquam fallamini heroicis virtutes eius videntes, non est ipse illa lux aeterna, quae illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Seruus tanti regis est, non dominus, praecursor non Messias, amicus sponsi, non sponsus ecclesiae. Vnde ut fidelis paranymphus dixit. Medius vestrum stetit, quem vos nescitis. Ipse est qui ante me factus est, cuius non sum dignus, ut corrigiam calci meae soluam (quod est dictum) ob suam miram humilitatem, petulantia vestra Messiam non videt. Dignior me est Iesus Mariae filius, eum sequimini, & vnicum eum diligite: ipse totius mundi molitor, & moderator est, ipse noster redemptor, cui vel minimum obsequium impendere indignus sum, quinimo illum oportet crescere, me autem minui. Vbi Sanctus Augustinus. Verè ita gestum est, nam Ioannes minutus est in capite, Christus verò dominus noster creuit in corpore, pro mundi salute pendens in cruce. O si quisque nostrum plaris faceret honorem Saluatoris, quam propriam gloriam, planè ore & opere cum Ioanne clamaret:

Declamatio septima

mare: Christum Iesum oportet crescere, & eius honor augeatur, me autem oportet minui. Allusio est ad illud. Non nobis domine, non nobis sed nomini tuo da gloriam. Adhæc, satis laudabilis foret contentio, si viciisim proximi nostri amore accensi, cum diuo Ioanne diceremus: Fratrem meum oportet crescere, me autem minui. Sed ambitio cruenta præposterè se habes, clamat è contrario, crescant opes meæ, augeatur meus honos, quavis proximus iacturam patiatur. Quid meâ de fratris mei cõmodò ait, dira superbia, quasi nõ scripta sit: Vni cuiq; mandauit Deus, de proximo suo: & dñs in euangelio: Diliges proximum tuum sicut teipsum. Vnde conspiciendum est, quã simus tepidi erga fratrum nostrorum commodum, quãq; solliciti circa peculiarẽ utilitatẽ. Nunc superest vt qui sapientes audiimus magna de hoc puero vaticinantes, sapientiã Dei summi attentiùs audiamus. ¶ Mirabile est quã serio se filius Dei laudes Ioannis depromat: non cursim eum laudauit, vti de Nathanaele, Cananea, & Petro memoriae proditum est: sed morosè sermonẽ integrum habuit coram populo. Quid existis in desertum videre? arundinem vèto agitatam? ecce constantiam mirabilem Ioannis exaltat dominus. Sed quid existis videre? hominem

Psal.

Dogma.

Eccles. 7.

Matth.

Matth. 11  
uide S. Gre.  
bo. 9.

hominem mollibus vestitum? Qui mollibus vestiuntur in domibus regum sunt. Quibus verbis austeram poenitentiam illius subindicat. Aut quid existis videre? prophetam? Amen dico vobis plus quam prophetam. En ministerium Ioannis vehementer extollit, vaticinio Malachie vtens, in quo angelus nuncupatur. Sed de ijs largitas diximus in Domini nica secunda Aduentus: ad illud veniam quod magnò opere diuus Bernardus amplificat, sermone huius festi. Ille erat lucerna ardens & lucens. Verborum seriem annotate fratres, prius oportet ardere internè, & deinde lucere externè. Non ceu hypocritæ lucere studeamus tantum, ardore charitatis posthabito, ne forsitan de nobis dictum sit. Amen dico vobis, omnia opera sua faciunt, vt videantur ab hominibus. Tale fuit luciferi scelus, lucere voluit, gloriam falso sibi rapere conabatur, ardere in amore summi Dei noluit. Ne obsecro similes simus sepulchris deauratis, quippè quæ foris speciosa apparent, intus autem plena sunt omni spurcitia. O quo dilectionis igne ardebat Ioannes, sanè vt facula verba illius ardebant, & corda audientium cremabant. Luxit humilitate, patientia, pietate, & omnium virtutum operibus. Fulsit

Vide dom.  
2. adu.

Dogma.

Nota.

Matt. 23.

## Declamatio septima

Fulfit non miraculis, quia nullum signum fecit, veruntamen, conceptio eius, natiuitas, nominis impositio, eremitica vita, vestis & victus illius, miraculum magnum spirabāt.

*Orige. ho. 7. in Lucā.* Quid, quod per Ioannem mater Spiritu sancto plena fuit? Origenes hom. 7. in Lucam.

*7. in Lucā.* Prolato illius nomine Zacharias propheta effectus, stupenda tum de Messia nondum nato, tum de Ioanne vaticinatus est. Nunquid, hæc omnia vulgaria sunt? An non admiratione dignissima? Equidem miraculis non indiguit, cuius insignis vita miraculo fuit omnibus aspectantibus. Quin & miracula aliquando per improbos fieri possunt.

*3. Augus. lib. 15. de Trinl.* Sanctus Augustin. lib. 83. q. 79. Ratio, quia inter gratias gratis datas adnumerat Apostolus hanc virtutem. 1. Corin. 12. Alioqui dominus non diceret. Multi dicent in die illo.

*S. Th. 2. 2. q. 178. ar. 2.* Nonne in nomine tuo prophetauimus, & demonia eiecimus? De hoc fufius S. Tho. 2. 2. q. 178. ar. 2. ¶ Sunt & alia plurima, quæ in laudem tanti viri adduci possunt, in die mortis eius nonnulla narrabimus. Gaudeamus fratres, sed spiritali gaudio lætemur primordia baptistæ hodie celebrantes, qui aliorum sanctorum necesse celebrare consueuimus, & hoc propter insignem dignitatem, & ministerium,

## In festo Petri & Pauli. 231

rium, quo Ioannes fuit decoratus. Inspiciamus eius austerrimam vitam, & tam politicum speculum intuentes, vitam nostram componamus: atque fructus dignos poenitentiae vestigia tam præcellentis viri sectemur: quo cum illo in coelesti regno Christum Iesum videre mereamur. Cui sit honos, & imperium cum patre, & sancto flamine semper, & ubique. Amen.

## IN FESTO SANCTORUM PETRI & PAULI. Declamatio octaua.

**B**isaria solennitas nobis fratres occurrit, ut non simplici, sed duplici gaudio, sancta Romana ecclesia affecta, inexhaustas laudes, & grates Christo Iesu offerat. Quid obsecro de ijs heroicis viris Petro & Paulo dicere poterimus, quos, ni fallor, rex regum Christus, iure principes constituit super omnem terram? Ex ore sapientis verba sumamus, quæ optimè eis conueniunt. Hi sunt viri misericordie, quorum iustitiæ obliuionem non acceperunt. Vbi diuus Bernardus. ser. 3. huius festi. Viri misericordie Petrus & Paulus sunt, siue quia

*Psal. 44.*

*Eccles. 44.*



Declamatio octava.

quia misericordiam consecuti, siue quia mi-  
 sericordia pleni, siue quoniam misericordi-  
 ter à Deo nobis dati. Nempè, diuus Petrus  
 nedum in uocatione facta in mari, quando  
 nauim & retia reliquit, misericordiam do-  
 mini expertus fuit, sed ubi ter negauit Ma-  
 gistrum, eum respexit Saluator, & statim  
 egressus foras fleuit amare. Tunc sanè plu-  
 uiam voluntariam segregauit Deus hære-  
 ditati suæ, & infirmata est, agnoscens fra-  
 gilitatem suam, quam in cœna non agno-  
 uerat uerbis Saluatoris obfistens, & di-  
 cens. Etiam si oportuerit me commori  
 tecum, non te negabo. Bona infirmitas  
 quæ segregatur hæreditati Dei, quæ me-  
 dicum non repellit. Hæreditas infirmata  
 est, tu uero perfecisti eam. Huc pertinet  
 illud. Deus superbis resistit, humilibus  
 autem dat gratiam. Ecce uir misericordiæ,  
 qui per poenitentiam post lapsum mise-  
 ricordiam Dei conciliauit. Cæterum, Pau-  
 lum confitentem auscultemus, quid de se  
 loquatur. Qui blasphemus fui, & persecu-  
 tor: sed misericordiam consecutus sum,  
 quoniam ignorans feci. Ecce quantam mi-  
 sericordiam uerque accepit, quam ob rem  
 uiri misericordiæ merito appellati sunt.  
 Quin & ipsi pietate pleni fuere, & chari-  
 tatis

M. 26.

Psal. 97.

Iac. 4.

1. Tim. 1.

In festo Petri & Pauli.

232

tatis rogo accensi varia mundi climata lu-  
 strantes, omnium hominum animas Chri-  
 sto lucrari sum opere conabantur. Vnde  
 quod de uiris sanctis Helia & Enoch Ioan-  
 nes dixit, hoc Apostolis Petro & Paulo  
 rectè accommodare possumus. Hi sunt  
 duæ oliuæ, & duo candelabra lucentia in  
 conspectu domini terræ stantes. Imo qui-  
 libet eorum cum Dauide dicere potuit. Ego  
 quasi oliua fructifera in domo domini. O  
 quam exuberantes fructus Apostoli ij in  
 ecclesia, quæ est domus Dei fecerunt, ne-  
 mo profectò etsi Demosthenis, Maronis uel  
 eloquentia polleat, horum apostolorum egre-  
 gia gesta narrare poterit. Sat sit hoc unum  
 scire, quod candelabra fuerunt ante do-  
 minum splendentia. Fuit sanè Petrus lu-  
 minare maius in mundo, ut præesset diei,  
 id est, ut Iudæis prædicaret euangelium,  
 qui Deum agnoscebant. Notus in Israel  
 Deus. Paulus autem ueluti luminare, mi-  
 nus præfuit nocti, hoc est, gentibus quæ  
 cæcitate & tenebra idolorum laborabant.  
 Vnde seipsum doctorem gentium uocat.  
 Et iterum. Qui operatus est Petro in  
 Apostolatu, operatus est mihi inter gen-  
 tes. Hos uiros misericordiæ, & benedictas  
 oliuas, uehementer frugiferas, & hæ lumi-  
 naria

Apoc. 11.

Psal. 51.

Psal. 75.

1. Tim. 2.

Gal. 2.

naria

## Declamatio octaua

naria magna in hac celebritate veneramur, & perinde atque totius ecclesie columnas ingenti honore colimus, ut ipsorum precibus ad coeleste regnum cum ipsis conscendere valeamus. Cæterum quibus splendoribus sacrae fidei beatus Petrus effullerit, in sacro sancto euangelio iam intaeamur, cuius lectio hæc est.

*Euangelium  
Matt. 19.  
Luc. 9.*

*¶ Venit Iesus in partes Cæsareæ Philippi, & interrogabat discipulos suos dicēs: Quem dicunt homines, esse filium hominis? At illi dixerunt. Alij Ioannem baptistam, alij autem Heliam, alij vero Ieremiam, aut unum ex prophetis.*

¶ Haud frustra tam exacte Matthæus locum describit ubi Saluator mundi, tam grauem ac frugiferam quaestionem protulit. *Nota.* Sanè aliquid mysterij habet, quod iuxta Cæsaream ciuitatem in lignem, quippe quam Philippus tetrarcha Ituræ & Trachonitidis regionis, in honorem Tiberij Cæsaris, nec non in sui memoriam, Cæsaream Philippi appellauit. Par enim erat, ut propè ciuitatē gētilium, fides sancta palàm fieret, quippe quam multitudo gentium, tempore præstito

## In festo Petri & Pauli.

233

tuto, sequutura erat. De Messia utique uaticinatus est Iacob. Ipse erit expectatio gentium. Et in Psalmo. Laudate dominum omnes gentes, laudate eum omnes populi. Et rationem adnectens, ait. Quoniam confirmata est super nos misericordia eius. Idque Esaias non tacuit plerisque in locis suæ prophetae, iuxta Cæsaream à Philippo instaurata, quæ fuit alia, quam pater eius Herodes in honorem Octauiani cōstruxit, quippe quæ in Palestina est, & ab illa milliariibus. 120. distat, hæc interrogatio facta est, non abs re, ut attigimus. Quid quod historiae tradunt reges solitos esse in hac ciuitate, tributum exigere, ab uniuerso regno? Quod proculdubio non malè conuenit, quod Iesus rex regum ibidem censum fidei exposcit, à discipulis. O tributum sanctum, & persoluentibus satis proficuum, ut credamus Christum filium Dei, & virginis almæ fore. Sine fide, ait Apostolus, impossibile est, placere Deo. Hoc tamen de fide uiua, & charitate coniueta, ubique intelligamus oportet. Cupiens ergo sum opere Saluator, suam ecclesiam fundare, stabilem que perpetuò manere, firmissimum fundamentum ponit. Quam ob rem interrogat Apostolos.

*Gene. 49.*

*Psal. 116.*

*Esa. 60.*

*Nota.*

*Heb. 11.*

G

Quem

Declamatio octaua

Text. *¶ Quem dicunt homines esse filium hominis?*

¶ Iuxta Marcum. cap. 8. Quem me esse dicunt homines. Nec ob id iactanter de se quærebat, vulgi opinionem, vtpotè qui angelorum & hominum vera gloria est. Imò quatenus homo aiebat. Ego non quero gloriam meam, est qui quærat, & qui iudicet, id est, habeo patrem omnipotentem in caelis, cui curæ est, de honore meo. Cæterum, eam ob causam Saluator longè discipulos abduxit à Iudeis, vt ab omni timore eruti, liberius dicant, quæ mente conceperant, hæc ex sententia Chrysostrami. Et rectè de hominum opinione exquirat, quò illorum errore euulso veritatem sacrę fidei in eis stabiliat. Profectò agricola sapiens primò tribulos & fentes euellere molitur, & deinde terram optimè excultā, optimo tritico occupat. Hinc dogma illud Ieremiæ omni acceptione dignum. Nouate vobis nouale, & nolite ferere super spinas. Ad eundem modum dominus vulgi imperiti errores funditus euertit, & subinde semen selectum seminavit. Cæterum, homines, vtpotè rudes, ea quæ foris sunt tantum iudicantes, Christum non filium Dei, sed virginis sanctæ vnigenam

s. Chryso.  
in Matth.

Ierem. 4.

In festo Petri & Pauli. 234

nam fore asserunt. Vnde discipuli optimo Magistro sic dixerunt. Alij Ioannem baptistam &c. Quod Ioannem baptistam quidam esse dicunt, regis Herodis assertionem sequebantur. Ille audiens tot prodigia à Christo patrata dixit. Ioannes quē ego decollavi, ipse surrexit, & ideò virtutes operantur in illo. Mirum tamen, quòd homo ethnicus, resurrectionem assereret esse. Existimo quòd ab ipso Ioanne hoc didicerat, quem sponte audiebat, & eo audito multa faciebat, teste Marco, sed quàm variè vulgus imperitum de domino sentiat, mirabile est. O beluam non vnus sed multiplicis capitis. Vnusquisque abundat in suo sensu, ait Apostolus. Planè turba sic errare potuit, sicut Herodes errauit in Ioanne. Vnde ait Hieronymus. Miror quosdam interpretes causas requirere singulorum. Ad hæc quòd se nunc filium hominis, alijsque in plerisque locis appellat, humilitatis signum est. Notat Hieronymus & pulchrè. Vbicunq; scriptum est, filius hominis, Hebraicè habetur, filius Adæ: & quia verbum caro factum est, filium Adæ sese nominare non dedignatur. Honorauit mirum in modum naturam, quæ ex nobis suscepit, vt vicissim nos honorificemus, quod accepimus ab ipso. Videlicet,

Matt. 14.

Rom. 14.

S. Hieron.

Declamatio octaua

vt filij Dei nominemur, & simus: idque opere adimplebimus, si gestus eius sequentes,  
**Matt. 5.** perfecti fuerimus, ceu pater noster coelestis perfectus est. Obseruatione dignum est, quod Saluatorem non latebat, quid populus de eo cogitaret: nuda & aperta sunt ei omnia antequam fiant: at voluit interrogare, vt doceat reges & praelatos id facere, quò occasiones cuiusuis mali auferant. O si rex inquireret, quem dicunt homines me fore? in quo grauatur regnum? quis quærelam habet quòd iuste non egerim? Enimvero plurima scandala rescinderentur in populo. Vtinam & praelati hoc ipsum efficerent, omnifaria vigilantia requirentes, quid erga oues suas minus bene agatur. Melius est tibi nomen bonum, quam diuitiarum multarum, & rursus. Curam habe de bono nomine, non de congerendis diuitijs contra fas, non sollicitè honores accumulare nitaris, sed de fama bona curam habe: in omnibus operibus tuis præcellens esto, ne dederis maculam in gloriam tuam. Elaborare in hoc & omnes fideles debent, vt cum Apostolo dicere queant. Bonus Christi odor sumus in omni loco. Illud tacendum non est quòd non dominus, ait, quem me esse dicunt pharisæi & scribæ? Nam ij liuore accensi,

In festo Petri & Pauli. 235

censi, inuidiaque obcæcati, nunc Samaritanum, nunc dæmonium habentem, nunc potatorem vini procaciter vocabant. Ab inimicis non est quærenda opinio, sunt vti cæci, qui malè iudicant de coloribus. Imò eorum probra, & conuitia, aure surda pertraheamus: alioqui Christi Iesu imitatores non erimus: quippè qui cum malediceretur, non maledicebat, & cum pateretur non comminabatur. Sub hæc audiens Saluator vulgi erga se opiniones varias, quanuis in ciuitate Naim, iuvene suscitato, populus acclamaret. Propheta magnus surrexit in nobis, & Deus visitauit plebem suam, iam veluti oblitus miraculorum eius, non Messiam fore ipsum testantur, sed aliquem eximum prophetam dicunt: ergo illa non erat fides, sed opinio dumtaxat. Auocat nunc apostolos, vt aliquid maius profiteantur de illo.

*¶ Vos autem quem me esse dicitis? Respon- Text.  
 spondens Simon Petrus dixit. Tu es Christus filius Dei viui.*

*¶ Vidimus paulò superiùs, quomodo humana opinio Saluatorem nostrum Christum non confitetur, sed prophetam: & quidem*

Declamatio octava

Nota.

hæc suapte natura mutabilis & inconstans est. Sunt quidem erroris viæ plerique, veritatis verò via vna. Quam ob causam varia fuit vulgi responsio. Homines erant, & ceteri homines iudicantes de humanitate Salvatoris loquebantur. Sed non erant ij, ex quibus ecclesia, regalis aula construeretur. At Christus alios voluit interrogare, qui supra hominum captum illuminati altius de ipso sentirent. Equidem optimè norat illorum synceram fidem, quæ eam cordibus ipsorum inseuit, nam fides donum Dei est, & non ex nobis, ne quis gloriatur. Placuit autem illi quæstionem hanc proponere, ut perspicuum sit cunctis quantum Apostoli Christum sequendo, audiendo, & miracula eius videndo, ipsi profecerint. Rursus non fat est corde credere, nisi ore id profiteamur. Quo attinet illud Pauli. Corde creditur ad iustitiam, oris autem confessio fit ad salutem. Quin & tunc res nostra tractabatur, & totius ecclesiæ thesaurus reseratus fuit, dicente domino. Hæc est vita æterna, ut cognoscant te Deum verum, & quem misisti Iesum Christum. Vos autem quem me esse dicitis? Ac si diceret. Illi ut homines rudes non rectè de me sentiunt, cum nec Ioannes baptista sim, sed eius dñs, uti ille

Rom. 10.

Ioan. 5.

In festo Petri & Pauli. 236

ille testatus est. Neque Helias aut Hieremias, aut aliquis ex prophetis, sed cui omnes prophetae testimonium iure perhibent. Vos verò quibus altius dignitatem meam agnoscere incumbit; quibus datum est penitus nosse mysterium regni Dei, vos qui non homines, sed filij Dei estis, ob gratiam meam susceptam, quem me esse æstimatis? Iam prædicatores discant, quomodo oporteat eos scire ea quæ docent, ne aliorum scriptis tantum ad hærentes, ea quæ loquuntur ignorent. Ne forte eis eueniat quòd pharisæis, quos redarguens dominus ait: Sinite eos, cæci sunt, & duces cæcorum. Cui sententiæ ad stipulatur Paulus. Volunt esse legis doctores, cum nesciant quæ dicant, aut quæ affirmant. Rursus prælati excellentius subditis suis de Christo sentiant, & maiorem ac clariorem de eo sententiam habeant. Speculatorem dedi te domui Israel, dixit dominus Ezechielis, quæ verba cui libet prælato commoda sunt. Fas enim est, ut qui in altiori loco est, plus alijs videat. Huc tendit illud. Vos estis lux mundi. Non ciuitatis vnus, aut regni, sed totius orbis lux estis, ut candore vitæ & doctrinæ, corda hominum

Ioan. 3.

Act. 10.

Matt. 13.

Matt. 5.

1. Tim. 1.

Ezech. 3.

Matt. 5.

## Declamatio octaua

**1. Tit. 1.** illuminare possitis. Hinc admonet apostolus discipulum suum Titum. Potens sit episcopus exortari in doctrina sana, & contradicentes arguere. Sed nunc fratres ad nos nostra se vertat oratio. Quem me esse dicitis hodie clamat Christus? Vos fideles superbi, qui honores tantopere diligitis, & crucis meae probra solerti cura fugitis, quid de mea humilitate iudicatis? Vos auari, quippe qui auaritia idolo, noctu diuque obsequium offertis, quid de mea paupertacula sentitis? Nonne ex ore meo audistis. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum caelorum? O caecitatem desendam eorum qui tametsi fide integra Christum Iesum filium Dei confitentur, operibus autem sanctis non vacant. Contra quos apostolus inuehitur dicens. Qui confitentur se nosse Deum, factis autem negant. Sanè qui huiusmodi sunt, nisi resipiscant, poenas commeritas in gehenna ignis perpetim dabunt. Quid vero apostoli responderint iam sequentia indicant.

**Text.** *Respondens Simon Petrus, dixit, tu es Christus filius Dei viui.*

*O mirabilem summi numinis erga homines munificentiam, o piscatoris stupendam theolo-*

In festo Petri & Pauli. 237  
 theologiam. Planè philosophorum caterua, aut rethorum scola, arcanum hoc nunquam attigit. Imò dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt, vt probè Apostolus asserit. Obseruandum magnopere est, quòd vulgi opiniones, omnes apostoli narrarunt, at cū omnes interrogasset secūdò, non vtiq; omnes, sed Petrus maior natu, qui futurus pastor ecclesiae erat, perinde atque omnium ore respondit. Facebat haereticorum temeritas, & prorsus fatiscat eorum stultitia, diaboli suggestu exorta, nostra hac tempestate. Summo pontifici incūbit ea quae sunt fidei, & quae ad mores bonos expectant diffinire. Qui nō obedierit sacerdoti, morte moriatur, in lege veteri praeceptum est. Cui sententiae consonat illud. Qui vos audit me audit: et qui vos spernit me spernit. Vnus igitur respondit, quia vna est fides, vnum baptisma, vna columba electa, & haec est ecclesia Romana, regalis Christi Iesu domus. Tu es Christus filius Dei viui. Paucis cōplexus est Petrus vtrāque naturam in Christo, scilicet, humanam & diuinam. Paulisper haec criari oportet, nam totius fidei nostrae fundamentum & basis haec confessio egregia Beati Petri est. Quādo quidem breui methodo nedum Saluatoris humanitatem, sed diu-

Rom. 1.

Contrahæreticos.

Deut. 17.

Luce. 10.

Ephe. 4.

Nota.

Declamatio octava

nitatem amplectitur. Christum ipsum fo-  
re asserens, humanitatem profitetur, nam  
Christus Græcè, unctus dicitur. Nempe,  
Christi humanitas uncta fuit, non oleo quo  
reges Israel, prophetae, & sacerdotes un-  
gebantur, sed oleo illo de quo in psalmo,  
multis retro seculis regius Psaltes pro-  
phetarat, dicens. Propterea unxit te Deus,  
Deus tuus, oleo lætitiæ præconfortibus  
tuis. Quo oraculo usus est Apostolus ad  
Hebræos scribens, ut verum Messiam pro-  
batet iam venisse, & non falso alium Hebræi  
expectarēt. En oleum vocat propheta spiri-  
tū Sanctū, qui oleū est exultationis, & mi-  
rabilis lætitiæ. Unde in templo dominus va-  
ticiniū Esaiæ legens, palam dixit. Spiritus  
domini super me, eo quod unxit me. Euan-  
gelizare pauperibus misit me. Et confestim  
addidit. Hodie completa est prophetia hæc  
in oculis vestris. Hinc Petrus clamabat re-  
darguens crucifixores. Quem unxit Deus  
de Spiritu Sancto. Equidem noster Aaron  
Christus est, sacerdos in æternum secun-  
dum ordinem Melchisedech. Ideo unguen-  
tum eius defluit in barbam, etiam usque ad  
oram vestimenti eius: nam de eius plenitu-  
dine nos quotidie accipimus gratiam pro  
gratia, ceu pulchrè Ioannes ait. O verum  
Israel

*Psal. 44.*

*Esai. 61.*

*Luce. 4.*

*Acto. 10.*

*Ioan. 1.*

In festo Petri & Pauli. 238

Israel regem, qui non ut David Salomon,  
& cæteri principes corpora dumtaxat, sed  
animas nostras ex ore leonis funesti Sata-  
næ eripuit, & populum suum proprio san-  
guine asseruit. Summa. Hic verè Messias &  
mundi Salvator est, quoniam non est ali-  
ud nomen datum nobis sub cælo, in quo  
oporteat nos saluos fieri. Idque optimè  
sciens sponsa, nedum unctum dilectum  
suum Christum vocavit, sed oleum ipsum.  
Oleum effusum nomen tuum: ideo ado-  
lescentulæ dixerunt te. Perinde dicat. Quo-  
niam vehementer clemens, benignus, &  
pius es, nec non totius misericordiæ fons,  
eas ob res fideles animæ, te Iesu bone to-  
to diligunt corde, & rebus futilibus spre-  
tis, vestigia tua sectantur. Ecce quomo-  
do Petrus dicens, tu es Christus, tam hu-  
manitatem Salvatoris, quam functionem  
eius subindicavit. Et quia fat non est ho-  
minem eum fateri, nisi filium Dei & ve-  
rum Deum confiteamur, subinde adnectit.  
Tu es filius Dei vivi. Mira res, Petrus om-  
nium orthodoxorum sententia, hic typum  
præ se tulit unius ecclesiæ. Verum, sine hac  
fide nemo potest placere Deo, nec hæres re-  
gni cœlestis fieri. Huc attinet quod Sanctus  
Augusti. dixit. lib. de correctione & gratia.

*Nota.  
Acto. 4.*

*Canti. 1.*

*S. Augus.  
li. de corre.  
Illa*

Declamatio octaua

illa fides sana est, qua credimus nullum hominem, siue maioris, siue paruae ætatis liberari, à contagio mortis, & obligatione peccati, nisi per vnum mediatorem Dei & hominem Iesum Christum. Sanct. Thom. 2. 2. q. 2. art. 7. Cæterum signâter ait. Tu es filius Dei viui. Idest, cui pater tam in Iordane quàm in monte testimonium efficax Dei. Hic est, inquit, filius meus in quo mihi bene cõplacui. Siquidẽ mysterium trinitatis hisce verbis Petrus pandit. Pater Deus viuus est, qui generat filium suum vnigenam Christum, quippè qui alterutrum sese amantes, Spiritum Sanctum spirât. Quod verò Dei viui eũ filium testatur, gentium deos mortuos, & nihil ferè indicat. Allusio est ad illud, quod sæpè in sacra scriptura extat. Viuo ego dicit dominus. Et illud. Qui viuit in æternũ creauit omnia simul. Nec non in psalmo dictum est. Cor meum, & caro mea exultauerunt in Deum viuum. O infœlices, qui idolis suis inserviunt, superbix, auarix, gulæ que famulatum præstant, hoc fonte viuo relicto. In quos ipse inuehitur, & quidem recte. Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas dissipatas, quæ non valent retinere aquas. Obseruandum quod solus Christus est filius Dei viui, quia naturalis filius,

In festo Petri & Pauli. 239

is filius, nos autem omnes filij Dei sumus non viui, sed mortui. Profectò verus Deus, & viuus, Christus est, qui pro nobis obiit in cruce, per quem adoptionem filiorum recepimus. Alio qui omnes nascimur filij iræ, ob piaculum Adæ: à quo summi Dei gratia sola virgo Maria immunis fuit: imò ipsa contriuit serpentis caput, gloriose de illo triumphans. Summa. Beati Petri confessio mirabilis, non modò plurimorum hæreticorũ errores labefactauit, sed hebræorum falsas opiniones taxabit palâ faciens, eum nec Ioãnem baptistam, nec Heliam, aut Hieremiã esse, quin potius prophetarum dominum, & Messiam promissum in lege, & filium Dei altissimi fore. Et quia iam Diui Petri egregiam confessionem audiimus, nunc par erit, gratulationem & benedictionem Saluatoris attentius consideremus.

*¶ Beatus es Simon Bariona, quia caro et sanguis non reuelauit tibi: sed pater meus qui in cœlis est.* Text.

¶ Ecce quã beneficus sit dominus, in eos qui fide, dilectioni cõiuncta, laudes eius personant. Falluntur improbi dicentes Christũ mercedem procrastinare seruis suis, verum longè



## Declamatio actaua

longè aliter res se habet. Nonne vox eius  
**Iere. 2.** ea est? nunquid solitudo factus sum Israeli,  
aut terra ferotina? Exemplo nobis sit rex  
**2. Re. 12.** David, qui subinde ut clamauit. Peccaui  
domino, ex ore Natham prophete audiuit.  
**Luce. 22.** Dominus transtulit peccatum tuum à te,  
non morieris. Idque de latrone sancto ag-  
nouimus, facta illa precatione. Domine  
memento mei, dum veneris in regnum  
tuum. E vestigio meruit audire. Amen dico  
tibi hodie mecum eris in paradiso. Sic sa-  
nè confestim vbi Petrus fide integra Chri-  
stum verum Mariæ filium, & æterni pa-  
tris verbum confessus est, ex ore optimi  
magistri benedictionem hanc accepit, Bea-  
tum illum appellans. Hinc Hilarius. Di-  
gnum autem confessio Petri premium con-  
secuta est, quia Dei filium in homine vi-  
dit. Cui assertioni subscribit Diuus Hiero-  
nymus, quanuis alijs verbis. Non est ter-  
ra ferotina Saluator noster, fratres, sed  
festina, & ferax, committamus ei operum  
bonorum, & laudum semina. Notandum,  
quod Bariona, non vna sed duæ sunt dictio-  
nes. Bar, idest filius, Iona. hoc est, Ioan-  
**Iean. 20.** nes. Sic pater Petri vocabatur. Iuxta illud  
Simon Ioannis, diligis me plus his? sunt  
qui Iona, columbam interpretari voluerunt:  
ita

## In festo Petri & Pauli 240

ita vt Bariona idein sit, quod filius colum-  
bæ. Ad hæc, si mūdus vos fratres vocat bea-  
tos, ne efferamini obsecro, sed caucte, ne  
vt Ægyptij assolent, foelices quosdam nun-  
cupant, quo eorum supellectilem, aut pecu-  
nias furari queāt. Huc planè pertinet quod  
dominus ait. Popule meus qui te beatum di-  
cunt, ipsi te seducunt. Nonne homines men-  
daces in stateris, videntes tot millia ouium  
& boum dixerunt. Beatus homo cui hæc  
**Esai. 3.** sunt? At cōtra regalis propheta eū populū  
beatū dixit, cuius dñs Deus est. Is nimirum  
beare valet, tūm angelos in coelo, tū etiam  
homines electos suos qui mandatis eius obe-  
diunt glorificare potest. Quid multa? sal-  
tū inchoatiuè seruos suos etiam in hoc exi-  
lio viuentes dominus beat, iuxta illud. Bea-  
**Psal. 118.** ti immaculati in via, qui ambulant in lege  
domini. Et Saluator, foelices appellat, pau-  
peres spiritu, mites, misericordes, nec non  
cādidos, ac mūdōs corde. Sed iā fas erit quæ-  
rere, quid subest causæ, quod dominus Na-  
**Questio.** thanaelem, nec Martham, beatam vocarit, à  
quib⁹ similia verba audiuit, quæ Petrus de-  
promptit? Nēpè, vt pulchrè Chrysosto. ait,  
Nathanael & Martha haud Christū filiū dei  
naturalē cognouerunt, sed adoptiuū. Quod  
ni fallor, ex verbis Nathanaelis claret. Tu es  
filius

Declamatio octaua

**Ioan. 11.** filius Dei, inquit, tu es rex Israel. Qui ergo non totius mundi principem sed Israel dūtaxat regem esse dixit, non nisi filium Dei per adoptionem eum agnouit. At Martha, quamquā dixit. Ego credidi quia tu es Christus filius Dei, qui in hunc mundum venisti, nō continuo addidit, tu es filius Dei viui. Eam ob rem de eius potentia dubitans, dicente domino: Tollite lapidem, restitit dicens. Quatriduanus est iam foetet. Praecellens ergo Petri fides commeruit, benedictionem hanc mirabilem, quæ ei à Christo data est: ea quæ nobis orthodoxis dabitur, modò non claudicemus partim Christum ore, partim mundum opere sequētes. Fides enim viua qualis fuit Petro, opera bona nō horret, imo ea est quæ transformat in Christum: quippè quam nemo habet, qui non secundum Christum ambulat. Beatus es Simon, nam remissæ sunt tuæ iniquitates, & testata cuncta peccata. Beatus es inquā, quia per fidem hanc viuam operabor in te totius beatitudinis rationem. Ita vt iam ex munere meo, sis spiritu pauper, mitis, ac mundus corde, &c. Mirabile dictu, fidei perfectæ, quæ charitate formatur, nihil beatitudinis deest. Imò qui confitetur filium, patrem

**1. Ioan. 2.** habet, teste Ioanne. At vbi pater coelestis, quid

**S. Chryso.**  
**ho. 62. in**  
**Ioan.**

**Ioan. 11.**

**3. Re. 18.**

**Psal. 31.**

**1. Ioan. 2.**

In festo Petri & Pauli. 241

quid deesse poterit? quis verò magister fuerit Petri, iā Christus aperit. Quia caro & sanguis nō reuelauit tibi, sed pater meus qui in cœlis est. Nullus tibi arcanū suppeditauit affectus, non in synagōgis per Scribas sacramentū hoc didicisti. Sed patris cœlestis instinctu tā excelsa verba personasti, qui quæ solus nouit filium. Ecce quā pulchrè apostolus dixit. Fides donum Dei est, & non ex nobis. Verū nisi pater reuelaret Petro hoc mysterium, Petrus minimè tam egregiè de Christo sentiret. Vide iam librum apertum, qui intus & foris scriptus erat, nec inueniebatur qui eum aperiret. Quam ob rem Ioannes ait. Ego flebam multum. Externam, & internam scripturam huius libri legerat Sanctus Thomas, postquam viso dño exclamauit. Dominus meus, ecce humanitas Christi, & Deus meus, en diuinitas illius. Rursus improbus Pilatus, externe legens in hoc libro dixit. Ecce homo. At contra præcursor cui pater reuelarat veritatem longè fecus aiebat. Ecce agnus Dei. Ecce qui tollit peccata mundi. Quibus verbis vtrāque scripturā amplexus est, videlicet, internā & externam. Sic sanè Petrus apprimè doctus, quem pater docuit, vtramque naturam in Christo explicuit. Obseruandum, quod quantum fi-

H des

**Nota.**

**Eph. 2.**

**Apoc. 5.**

**Ioan. 20.**

**Ioan. 1.**

Declamatio octaua

Rom. 8.

fides donum Dei sit, & ex reuelatione data, non spernenda sunt media, quæ Deus instituit ad hunc thesaurum capeſſendū. Quos præciuit Deus prædeſtinauit, & etiã vocauit. Quæ vocatio bifaria eſt, interna & externa. Prædicatores ſacrū euangelium tonantes, exterius pulſant, Deus verò interius clamat. Vnde David ait. Audiam quid loquatur in me dominus. Summa. Diſcamus vbi ſit ſapientia fratres, nempe, in Chriſto Ieſu, nec eſt qui poſſit inuenire vias eius, ſed qui ſcit vniuerſa nouit eam, & tradidit ea Iacob puero ſuo, & Petro apoſtolo ſuo. Proinde apprehendamus eam vti propheta ſuadet. Beati ſumus o Iſrael, quia quæ Deo placent, manifeſta ſunt nobis. Equidem quæcunque Saluator audiuit à patre, nota nobis fecit, quemadmodum ore ſuo ſacro ipſe aſſeruit: nihil quod nobis proficuum erat tacuit. Cæterum tempus depoſcit vt architecti ſapientiam intueamur, qui que ad conſtruendam eccleſiam fundamentum ſtabile atque immobile delegit.

Baruch. 4.

Text.

*¶ Et ego dico tibi, quia tu es petrus, & ſuper hæc petra ædificabo eccleſiam meam. Et porte inferi nõ preualebũt aduersus eam.*

¶ Ad

In feſto Petri & Pauli.

¶ Adhuc mercedem amplificat, & vehementer dominus dona auget, pro egregia cõfeſſione Petri. Ego dico tibi, tu es Petrus. Ac ſi patenter dicat. Tu nuper cœlica illuminatus luce, & patre meo doctore, filium Dei viui & patri cœqualẽ me aſſeruiſti, ego viciffim, ne gratis me tam magnifico teſtimonio ornaris, illud teſtor, te verẽ Petrum eſſe, hoc eſt, ſolidum lapidẽ: nõ huc, vel illuc vacillantem varijs vulgi opinionibus. Ideo huic ſaxo tuæ profeſſionis eccleſiam meam ſuper ſtruam vnice dilectam. Vnde Sanctus Auguſtinus. libr. de con. euangelifta. perpulſenre ait. Nullus arbitretur quod hic Petrus nomen acceperit: non enim accepit illud, niſi vbi Ioannes commemorat ei dictum eſſe. Tu vocaberis Cæphas, quod interpretatur Petrus. Quænam petra hæc ſit, ſuper quam Chriſtus ædificauit eccleſiam ſuam, nunc expendamus. Diuus Hieronymus ſic ait. Secundum methaphoram petre, recte dicitur ei. Ædificabo eccleſiam meam ſuper te. Hoc eſt, ſuper ſedẽ tuam, quæ nunquã excidet. At qui Beatus Auguſt. alia via incedit. libr. retracta. ſic ait. Dixi in quodã loco de apoſtolo Petro, quod in illo tanquam in petra ædificata eſt eccleſia, ſed ſcio me poſtea ſapiffimẽ ſic expoſuiſſe q̃ à dño dictũ

S. Augu. li. de cõ. euãg.

S. Hieron.

S. Aug. li. retracta

Nota.

dictū est. Tu es Petrus, & super hāc Petram  
 edificabo ecclesiam meā, vt super hūc intel  
 ligeretur. quē confessus est Petrus, dicēs. Tu  
 es Christus filius Dei viui. Ac si Petrus ab  
 hac Petra appellatus personā ecclesiæ figu  
 raret, quæ super hāc Petrā edificatur. Non  
 enim dictum est illi, tu es Petra, sed tu es Pe  
 trus, Petra autē, teste Paulo, erat Christus,  
 quem confitetur Petrus. Verū hoc loco nō  
 digladiādū est. Saluator fundamentū princi  
 pale dicitur ab apostolo. Nā fundamētū a  
 liud nemo potest ponere, præter id quod po  
 sitū est, hoc est Christ⁹ Iesus. Verū tamē fun  
 damēta secūda in ecclesia, apostoli vocātur.  
 Iuxta illud. Supra fundamentū apostolorū  
 & pphetarū. Ratio, quia fundatores illi fue  
 rūt. Vnde duodecim lapides pretiosi, quos  
 enumerat Ioānes in Apocalypsi, fundamen  
 ta ciuitatis Hierusalē iure appellat. Cæterū  
 qui de fundamēto ecclesię, Christo Iesu mul  
 ta & notatu digna videre cupit, Esaiā legat  
 ca. 28. vbi sic ait. Hęc dicit dñs. Ecce ego mit  
 tā in fundamētis Sion lapidē, lapidē proba  
 tū, angularē, pretiosum, in fundamēto fun  
 datū. Quo vaticinio vtitur Petrus in sua pri  
 ma epistola, dicēs. Ad quē accedētes lapidē  
 viuū, ab hominib⁹ reprobātū, à Deo electū,  
 & honorificatū. Et ipsi tāquā lapides viui su  
 per

1. Cor. 3.

Apoc. 2 1.

Esai. 28.

1. Petr. 2

per edificamini domos spirituales. Et paulo  
 post. Qui crediderit in illū non cōfundetur.  
 Plura sunt quæ sese offerebant erga prophe  
 tiam hāc exponēdā, tempus tamē deest, nā  
 vereor valde, ne fastidio sim lectori. Sat fit,  
 quod dū dñs nomen nouum dat Simoni, vo  
 cās eū Petrum, firmitatem & stabilitatem fi  
 dei eius indicat. Quippè quā nullatenus ha  
 buit, eò quòd filius Ioāna, sed quia firmam,  
 & insuperabilem fidē confessus est. Ac si di  
 cat. Petrus rectē appellaris, quia ego te Pe  
 trū, firmū ac stabilem efficio, cuius dicere fa  
 cere est. Videte Petri fastigium charissimi,  
 quē admodū Abrahā vocatur, quia fide, pa  
 ter multarum gentiū futurus erat: ita Simō,  
 Petri nomen accepit, quoniam omnium fir  
 missimè fidei professorum typum gerit. S. S. Th. 3. p.  
 Tho. 3. p. q. 37. ar. 2. Nomina quæ imponun  
 tur aliquibus diuinitus, semper significant  
 aliquod donum gratuitum eis datum. Nūc  
 sequitur. Et portæ inferi, non præualebunt  
 aduersus eam. O firmam & tutam Christi Ie  
 su domum, o sacrosanctā Romanam eccle  
 siam, contra quā nulla potestas, nullę Sata  
 nę machine, aut technę præualebūt. Ratio,  
 quia fundamēto innititur præpotēti, quod  
 Deus & homo est. Monarchia Chaldeorū ce  
 cidit, Græcorū potētatus periit, Romanorū

Genes. 17.

S. Th. 3. p.

p. 37. ar. 2.

Principat⁹

hominum

labascit.

Declamatio octaua.

amplissimum imperium breui admodū euauit. Cur ita? nempe ditiones illæ perituræ erant, quia labile fundamentum habebāt, & hominum viribus adhærebant. At, Saluatoris nostri ecclesia, extat annis. 1571. iam trā factis, stabit que ad finem vsque mundi, dicente domino. Petre, ego orauipro te, ne deficiat fides tua. Hinc ego reor quod Petro negante Christum, ob vehementiam timoris dixit. Non noui hominem, verumtamen, interne fidem seruauit. Aut si ore & corde negauit, satis sit, quod, nedum in alia virgine tunc fides Petri illæsa seruata est: sed dum princeps apostolorum Christum negat, latro illum confitetur in cruce. Portæ inferi non præualebunt aduersus eā. Labet fratres iare tam proficua, tamque omnibus orthodoxis iucunda, tantisper immorari. Sic filius Dei ecclesiam suam communiuit, innixam immobili fundamento effecit, vt mille vires regni tartarei, non valeant eam expugnare. Multis machinis, innumeris anfractibus, Satanas impetet fideles, plures concitabit aduersus sponsam Christi cohortes, sed virtute & ope Dei, domus hæc stabit ad mundi finem vsque. O ingens gaudium, & mira consolatio orthodoxorum, qui que nil timere debent, scilicet

Luce. 22.

Corde retinuit fidem.

Luce. 22.

Ecclesie sanctæ firmitas.

Nota.

uitiam

In festo Petri & Pauli. 244

uitiā diaboli, modò Petri fidē charitati adiunctam habeāt. Scilicet daemonum cunei, insurgāt hæreticorum exāmina, tyrannorū phalanges reboent, nā tot hostilia bella, instar fumi euanesçēt, Christo pugnatē pro dilecta ecclesia sua. Imò cūcta inimicorū tela, Ephē. 6. quālibet ignea, scuto fidei confestim extinguitur. Videre est, quot hæreticorū scōmata, quot tyrannorum exercitus, quot schismata hætenus irruerūt contra sanctā ecclesiam, nihilominus ipsa stat incolumis. Omne vas quod fictū est contra te, nō dirigetur, ait dñs. Equidē vas fictū, hæreticorū fictitia argumēta sunt, & tyrānorū atque infidelium tormenta. Hæ sunt inferi portæ, quoniā adiūtū, & viā ad inferū præstant. Quid plura? scelera omnia quæ etiā improbi christiani quotidie committunt, ecclesiam obruere non valebunt, quanquam scādala innumera excitēt. Vtinam fratres mei quotidie q̄ Diua Magdalena summē laudata à Christo nos efficeremus. Etenim omniū maximē nostrā refert, ad pedes Iesu nostra delicta flere, & lachrymis scelera nostra diluere, et pedes eius, vnā & caput vngere. Equidē caput Christi Deus est. Ergo qui Deū ipsum esse fatet, caput illius vnxit. Deinde pedes ei⁹ vngēdi, q̄ nō phariseus superciliosus, sed nos facim⁹

Esai. 34.

Nota.

Luce. 7.

H 4

huma

## Declamatio octaua

humanitatem eius contra Manicheos profi-  
tentes. Hæc fides Petri est, hanc sponte am-  
plectitur orthodoxorum caterua, hanc nos  
mordicus teneamus, vita comite. Denique,  
stat fixa sententia, & firma pollicitatio. Po-  
Zacha. 12. nam Hierusalem lapidem oneris cunctis gē-  
tibus: omnes qui leuabunt eum, concisione  
lacerabuntur. Ecce triumphus christianorū  
quā optime depictus. Nūc pergit dominus  
magis ac magis opimis donis Petrū decorās.

Textus. *¶ Et tibi dabo clauēs regni cœlorum, &  
quodcūq; ligaueris super terram, erit li-  
gatum, & in cœlis. Et quodcumq; sol-  
ueris super terram, erit solutum & in  
cœlis.*

¶ Siquidem qui se edificatorem ecclesiæ vo-  
cauit, quod obiens in cruce effecit, Iudæorū  
synagōgam destruens, quiq; suam appel-  
lauit ecclesiam, ne pastores perinde ac pro-  
priam eam habeāt, austerā dominatione re-  
gentes, sed forma facti gregis sui sint, uti Pe-  
1. Petr. 5. trus admonet, is clauēs regni cœlorū, id est,  
scientiam, & potentiam vicario suo Petro  
potissimè tradidit, thesauros suorum meri-  
torum ei, necnō & cunctis apostolis & præ-  
latis

## In festo Petri & Pauli. 245

latis confidens. De quo thesauro haurien-  
tes ditare valeant animas omnium, quippè  
qui à peccatis suis resipiscentes, veram pœ-  
nitentiam amplexantur. Sed cum prælatis  
& ecclesiæ ministris clauēs hæc Christus *Questio.*  
Iesus impendat, quorsum vni Petro, ait. Ti-  
bi dabo clauēs regni cœlorum? Sanè cui  
post resurrectionem dicturus erat. Pasce o- *Ioan. 20.*  
ues meas primatum eius inter Apostolos  
subindicans, par fuit ut nunc eidem clauēs  
ecclesiæ promitteret. Itaque, quauis hæc li-  
gandi atq; soluendi potestas soli Petro vi-  
deatur data à domino, tamen & cæteris apo-  
stolis, episcopis, & ministris ecclesiæ fuit col-  
lata. Sed ob id Petrus potissimū clauēs re-  
gni cœlorum accepit, ut omnes credentes  
per orbem agnoscant vnicū esse caput ec-  
clesiæ, vniq; vicario obediant. Et ad ipsum  
tanquā ad patrem confugiant, quoties ali-  
qua dubitatio suboritur. Equidem si diuer-  
sa capita essent in ecclesia, vnitatis vinculū  
rumperetur. Notandum, ecclesiæ regnū cœ- *Nota.*  
lorum sæpenumero vocatur, ratio, quia in  
ea dumtaxat regnat rex cœlorum Christus,  
non in synagoga Satanæ folium suum col-  
locavit. Vel ideò regnū cœlorum domi-  
nus eam vocitat, quia iisdem legibus guber-  
natur, quibus cœlestes mentes, & omnes

H 5 beatl,

Declamatio octaua

Matth. 22

beati, in coelo reguntur. Haud dubie dilectio Dei & proximi, duae leges sunt, quas nobis redemptor noster sancit, adhuc inter mortales homines degens. Ex duobus mandatis (ait) dominus, vniuersa lex pendet & propheta. Est utique interim regnum coelorum in terris, sed commercium habens cum coelo, eodemque rege, eisdem & sanctionibus gubernatum. O mirandam rem, o summam Dei optimi largitatem, Deo peculiaris est potestas peccata condonandi; iuxta. Ego sum, ego sum qui deleo iniquitates tuas propter me, nihilominus ubi uerbum caro factum, & habitauit in nobis, sic homines ad tam mirabile fastigium euegit, ut saltem ministerialiter ministri ecclesiae peccata remittant. Adeo, ut quod illi ligauerint in coelo sit ligatum, & quod soluerint, clauae non errante, in coelo sit solutum. Quod autem dictum sit super terram, eo tendit ut agnoscamus, in coelo nihil esse, quod soluendum sit aut ligandum, dicente Ioanne. Nihil coinquinatum in illam ciuitatem intrabit. Nec aliò tendebat mandatum regis. Assueri, quo prohibitum erat, ne quis sacco indutus aulam regalem intraret. Obseruandum quod fidelium animarum, quae in purgatorio poenas luunt indulgentijs gaudent, & potestas haec

Esa. 43.

Theologi. 4. d. 18.

Apo. 21.

Hester.

In festo Petri & Pauli. 246

haec in ipsis locum habet. Sic sacrosancta ecclesia nos filios suos docuit, quae nullatenus errare potest, sic & ratio ipsa dicitur. Enimvero si vnus adhuc uiuens, pro altero satisfacere potest, quod vniuersa doctorum schola asserit, cur ex thesauro ecclesiae, qui meritis Christi Iesu, almae suae matris, & omnium sanctorum constat, summus pontifex, & praelati, videlicet, archiepiscopi & episcopi, id per modum suffragij cum animabus fidelium non possint facere? Oblatrent haeretici incoelices, quibus gehenna ignis parata est, nisi resipiscant. Vt uolent daemones, qui nullum non mouent lapidem, ut mendacium, & cizania inter optimum triticum diseminent, sancta ecclesia Romana spiritu Christi afflata, iure indulgentijs utitur, tum erga uiuentes, tum etiam erga eos qui in domino mortui sunt. Huc pertinet potestas clauium, quae data est Petro & praelatis, nec non & sacerdotibus, quibus tantum clauae exhibentur. Sanctus Thomas 3. part. quaestio. 19. articulo. 3. Si quis roget quando haec pollicitatio de clauibus largiendis adimpleta fuit? Sanè locus alius non occurrit nisi ille. Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata remitt-

Contra haereticorum factiones.

In additio.

Declamatio octaua

**Ioan. 20.** remittuntur eis, & quorum retinueritis re-  
**S. Hiero.** tenta erunt. Cæterum illud beati Hierony-  
**in Matth.** mi opere pretium erit annotare. Istum lo-  
 cum episcopi & presbyteri quidam non in-  
 telligentes, aliquid sibi de pharisæorum as-  
 sumunt supercilio, vt vel damnet innocen-  
 tes, vel soluere se noxios arbitrentur. Cum  
 apud Deum, non sententia sacerdotum, sed  
 reorum vita quærat. Ecce, minister non  
 suo, sed Christi nomine, clauibus utitur.  
 Agamus gratias Deo fratres, qui talem po-  
 testatem dedit hominibus. Obnixè oran-  
 tes, vt sic sapienter ministri ecclesiæ illis utā-  
 tur, quod nobis regni cælorum ostia ape-  
 riant. Quibus referatis fideles ingrediantur,  
 videantque regem regum Christum Iesum  
 in decore eius. Cui sit gloria & imperium,  
 cum patre, & Spiritu sancto, Amen.

*ANNOTATIONES QUÆ-  
 dam in laudem beati Pauli  
 Apostoli.*

**P**ostquam nonnulla encomia in  
 honorem Sancti Petri apostolo-  
 rum principis ex ore Saluatoris  
 nostri profecta, sanctum euangelium expli-  
 cantes

In festo Petri & Pauli. 247

cantes narrauimus, placuit aliqua in laudē  
 sanctissimi doctoris gentium Pauli adduce-  
 re. De cuius excellentia, & mirabili charita-  
 te, stupendaque doctrina, quisquis fufius  
 scire cupit, octo illas homelias legat, quas  
 miro eloquio, os auri Chrysoftomus, iure  
 sic appellatus edidit. Quod si doctor ille  
 præstantissimus, post tot egregia facinora  
 Pauli conscripta, imparem se appellauit ne-  
 gocio suscepto, quid pauperculus ipse de  
 electionis vase dicere possum? Veruntamē  
 balbutientis in morem, loquar quod domi-  
 nus Iesus mihi suggesserit. Principiō notan-  
 da est nobilitas huius apostoli, qui se ciuem  
 Romanum vocauit coram iudice, imò iure  
 suo vsus Cæsarem appellauit. Non quòd **Act. 22.**  
 mortem vllatenus trepidaret, qui per om-  
 nia horarum momenta clamabat. Quis me **Rom. 7.**  
 liberabit de corpore mortis huius? Et ite-  
 rum, desiderium habens dissolui, & esse cū  
 Christo. Nihilosecius, vt plures animas do-  
 mino lucrifaceret in sancta ecclesia, magis  
 ac magis fideles in fide roboraret, spiritu do-  
 mini afflatus, ad Cæsarem appellare insti-  
 tuit. Vnde Lucas non filuit, quantum com- **Act. 25.**  
 modi attulerit Romanis, in carcere Christū  
 Iesum prædicans cunctis ad se venientibus.  
 O quis tam præcellentem virum inuisere  
 merere-



Declamatio octaua

mereretur? Quis tam foelix, qui ex ore illius verba Dei igne charitatis accensa audiret? Quis inquam, sic fortunatus foret, ut viacula eius ferrea, quibusuis aureis catenis regum meliora, deoscularetur. Alligatus erat sanctus vir, attamen verbum Dei non erat alligatum, veluti ipse contestatur. Quin potius inter catenas, euangelium sanctum resonabat, currebatque vehementer per corda hominum, quos Spiritus sanctus accersebat. Ecce quam ingenuus fuerit genere, nam ex tribu Benjamin ortus, & ad pedes doctoris disertissimi Gamalielis nutritus, atque literis sacris imbutus. Hunc Saluator elegit, & iuxta ciuitatem Tarsensem mirabiliter conuertit, quod gestaret nomen eius admirabile coram regibus, & gentibus, & filiis Israel. De cuius mirabili conuersione iam satis supraque tractauimus, domino opituante.

*Secundo.* ¶ *Secundo*, obseruanda maximo opere est eius profunda humilitas, quippe qua nos omnes utpotè filij Adæ opus habemus. Non vos tedeat fratres, si hic non nihil immorati fuerimus, equidem voluptati nobis est, de hac eximia virtute sæpissimè sermonem facere. Quippe quam tanto opere Christus nobis commendat, & nusquam non

In festo Petri & Pauli. 248

non eam inculcat. O miram, & modis omnibus admiranda Pauli humilitas, nunc blasphemum se vocat, quia ignorans persequebatur ecclesiam Christi, nunc minimum Apostolorum se fore asserit, qui dignus non sit tam excellenti nomine. Nunc denique abortiuum se depingit, cui etsi immeritò, apparuerit Christus glorificatus. Nonne charissimi videtis sua piaculapalam profitentem? & quod plus admirationis, & ponderis habet, non tantum ore, sed scripto mala quæ fecit tradidit, quo omnes orthodoxi, qui sunt, & erunt, peccata eius lectitare valeant. Quid obsecro humilior, aut deiectius esse potest? O petulantiam, & extollentiam eorum, qui scelera sua clā coram sacerdote referare nolunt. En Apostolus peccata sua quanlibet magna coram omnibus confiteri non erubescit. Pulchrè Sanctus Augustinus dixit. Superbia est peruersæ celsitudinis appetitus. lib. 14. de ciuitat. capit. 13. Et rursus superbus peruersè imitatur Deum. libr. 9. de ciuitat. capit. 12. Ex hoc pessimo fonte, sectæ, hæreses, bella, & alia id genus mala scaturiunt. Hinc ex parte auersionis peccatum maximum est superbia. Quæ quidem auersio formalis ratio peccati est. Conuersio

1. Tim. 1.

2. Cor. 15

1. Cor. 15.

Nota.

S. Augus.

lio

fio verò ad creaturam materialis ratio est.

*S. Th. 2. 2. q. 162. ar. 6.* S. Thom. 2. 2. q. 162. ar. 6. Hinc dominus superbis minatur. Omnis qui se exaltat humiliabitur, & statim humilibus honorem magnum pollicetur dicens. Omnis qui se humiliat exaltabitur. Ad hanc humilitatem nos allecans Paulus, ait. In humilitate superiores inuicem arbitrantur. Philip. 2. Quomodo id fieri possit absque mendatio, ostendit perbellè. S. Thom. 2. 2. q. 161. art. 3. Potest utique quisque reputare aliquid boni esse in fratre suo quod ipse non habet, vel aliquid mali in se fore quod in alio non est, ex quo potest se ei subicere per humilitatem. Mira sanè & aurea doctrina hæc.

*S. Th. 2. 2. q. 161. ar. 3.* Tertiò admiratione dignum est, quàm exacte, ore, & opere omnes virtutes tam morales quàm theologales docuerit. Verùm omnium euangelistarum doctrinam, veluti breui methodo epistolis suis comprehendit. In quibus miro stylo, tum figuras veteris testamenti, tum prophetarum oracula perpulchrè illucidat. Bone Deus, ubique flammam charitatis spirat, ubique sanctum ac flammigerum zelum quo exardebat insinuat. Et sicut Galatas acriter obiurgat, tamen amàter, quòd essent in Iudaismum

*Tertiò.* ¶ Tertiò admiratione dignum est, quàm exacte, ore, & opere omnes virtutes tam morales quàm theologales docuerit. Verùm omnium euangelistarum doctrinam, veluti breui methodo epistolis suis comprehendit. In quibus miro stylo, tum figuras veteris testamenti, tum prophetarum oracula perpulchrè illucidat. Bone Deus, ubique flammam charitatis spirat, ubique sanctum ac flammigerum zelum quo exardebat insinuat. Et sicut Galatas acriter obiurgat, tamen amàter, quòd essent in Iudaismum

num adducti, ita Romanos instruit, & sumo pere hortatur, ne à pseudapostolis, quos sciebat nusquam cessare, illaquearentur incauti, sed in recta doctrina quam amplecti coepissent persistenter. Quid multa? Gentium deprimit supercilium, palàm ostendens nihil eis profuisse naturæ legem, aut philosophiam, cuius professione tumebant, quominus in omni scelerum dedecus prolaberentur. Rursus Iudæorum arrogantiam cohercet vehementer, quod legis nimia fiducia perdidissent, id quod erat totius legis caput, fidem in Christum Iesum. Docens legis ceremonias antiquatas esse, iam corruscantes euangelio Christi, quem legis vmbre apprimè deliniarant. Denique vtrunque populū summo studio, omniq; solertia nititur coadunare in vnam fidem Saluatoris: sine qua contestatur neminem posse placere Deo. De spe quàm multa loquitur anchoram eā vocans, qua cor nostrum inter scopulos seculi huius tranquillatur, stupendaque pace perfruitur. Quæ omnem sensum, omnemque intellectum exuperat. Cæterū, vt erat charitate plenus, sic feruentissimè nobis eā commendat, vt incunètanter asserat absq; illa hominem nihil esse, nisi cimbalum tinniens. Eamque ceu fontem cæterarum virtutum

*Heb. 11.*

*Philip. 4.*

*1. Cor. 13.*

## Declamatio octava

tutum indicans. Nam charitas patiens est, benigna est. Charitas non æmulatur, non agit perperam. &c. Vnde liquidò intelligimus, quòd vera virtus sine charitate inueniri non potest. Sanctus Thom. 2. 2. quæst. 23. ar. 7. Quid, quod charitas, pulchritudo, vita & forma aliarum virtutum, tum à diuo

**S. Ambro.** Ambrosio, tum ab omni theologorū schola nuncupatur. Sanctus Thom. in ibi. articu. 8. Hanc eximiam virtutem in beato Paulo, veluti in speculo politissimo intueamur. Hanc totis votis assequi affectemus, quippe quæ tam est potens, vt operire possit multitudinem peccatorum nostrorum. Ecce vestis nuptialis, qua infelix homo ille indigebat. Quā ob causam manibus & pedibus ligatis, in tenebras exteriores proiectus est.

**Quarto.** ¶ Quid iam de vtriusque fortitudine dicā, in subeunda morte pro Christi Iesu amore? Equidem cū Dauide dicamus oportet. Saul & Ionathas amabiles, & decori valde in vita sua, in morte quoque non sunt separati. Aquilis velociores, leonibus fortiores. Quis vnquam verbis exprimere poterit quā amabiles, quāque decori principes ij fuere? Proculdubio quod Hieremias de Nazareis asserit, in ijs Apostolis potissimè locum habet. Nazarei domini candidiores niue, nitidiores

## In festo Petri & Pauli. 250

diores lacte, saphiro pulchriores: decori valde in vita sua erant, omnium charismatum donis, vehementer ornati. Aquilis velociores extiterunt tot terrarum climata perlustrantes, & sanctum euangelium varijs nationibus prædicantes. Videre est, in Actis Apostolicis, quo zelo vterque longè lateque percurrrens, gentes efferas, & indomitas ad suauem Christi iugum allecrauerit. O viros strenuos, o robustissimos gigantes, leonibus ipsis fortiores, tum in profligandis tyrannis, tum in dæmonijs effugandis, tum denique in probris, flagellis, & carceribus obediens. O spectaculum stupendum, quando totius Romæ incolæ hæcæ colūnas ecclesiæ ad martyrii palmam exire viderūt: in quo certamine alter cruce, alter vero ense gloriose triumphauit. Vnde beatus Leo, iure optimo, sic clamat. Isti sunt viri per quos tibi euangelium Christi Roma resplenduit, & quæ eras magistra erroris, facta es discipula veritatis. Isti sunt patres tui, verique pastores, qui te regnis cœlestibus inferendam, multo melius, multoque foelicius condiderunt, quā illi quorum studio, prima mœnium tuorū fundamenta locata sunt. Ex quibus is qui tibi nomen dedit, fraterna te cæde foedauit. Isti sunt, qui te ad gloriam hanc prouexerunt,

**Nota.**

**S. Leo.**

Declamatio nona

Romæ en  
somia.

vt gens sancta, populus electus, ciuitas sacerdotalis & regia, per sacram beati Petri sedem, caput orbis effecta, latius presidere religione diuina, quam dominatione terrena. Superest fratres, vt in tam celebri solennitate iubilemus, iubilantes Christum Iesum regem nostrum in sanctis suis laudemus, quò tam nostri Saluatoris gratia, quam Apostolorum suorum precibus, atque meritis, ad eorum optatam gloriam peruenire nobis contingat.

*PRO VISITATIONE  
almæ virginis Mariæ, extat declamatio  
super euangelio, in libro festiuitatum  
illius, cum annotationibus appen-  
dicibus.*

*IN FESTO SANCTÆ  
Mariæ Magdalene. Declamatio nona.*

**M**agna & satis admiranda est, fratres mei, diuini amoris vis, magna atque stupenda egregia facinora eius. Equidem non abs re amorem sanctum igni

In festo. S. Magdalene. 251

igni comparabimus. Quippè quem nemo abscondere potest in sinu suo, quin ardeant extemplò vestimenta eius, Salomone teste. O ignem amabilem, ignem toto affectu desiderabilem, nedum tenebras quasuis intellectus nostri depellentem, sed voluntatem mirum in modum inflammantem. Hoc sane igne mundus egebat, & torpore ac frigiditate heu algebat. Quas ob res è cœlo venit filius Dei, qui que ignis consumens appellatur, huc, inquam, venit, vt corda hominum rogo suæ dilectionis igniret, & eorum viscera ingentis suæ charitatis combureret, iuxta illud. Ignem veni mittere in terram, quid volo nisi vt ardeat? Obseruandū quod hypocritæ non tam ardere internè, quam lucere externè conantur, suę gloriæ memores, honoris autem Christi immemores. At contrà virtutum alumni, & amici Dei, plus appetunt ardere quam lucere, laudis proprię cbliti. Quippè qui cum Psalmista clamant. Concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardescet ignis. Foelix orthodoxus, qui hunc ignem gestat in pectore, sanè qui talis est, nil nisi verba ardentia proferre poterit. Hinc de vate egregio Helia legimus. Ascendit Helias sicut ignis, & verba eius sicut facula ardebant.

Pro. 6.

Luc. 12.

Psal. 38.

Eccles. 48.

Declamatio nona

Overum Heliam Christum Iesum, cuius vultu  
bramille gerebat, o verba flammata quæ  
ex ore nostri regis prodibant. Enimvero  
corda gelida duorum discipulorum in ca-  
stellum Emmaus pergentium hunc ignem  
intra se sentiebant: alioquin non dicerent.

Luc. 22. Nonne cor nostrum ardens erat in via, dum  
loqueretur nobiscum? Iesu bone preca-  
mur tuam clementiam, ut nobiscum loqua-  
ris. Accende pectora nostra tui amoris  
igne, ut iam nil terrenum diligamus, sed te  
in omnibus & super omnia fervido dili-  
gamus affectu: imitantes hanc vnicè dile-  
ctam discipulam tuam, Mariam Magdale-

Nota. nam: cuius cor sic iaculo tui amoris fau-  
ciasti, sic igne dilectionis tuæ combus-  
sti, ut mundo, & iis quæ mundi sunt va-  
le faciens, in domo pharisæi pedibus tuis  
saceris prouoluta, lachrymis suis cuncta ab-  
luerit delicta, te domine, qui afflictos con-  
solaris dicente: Remittuntur ei peccata  
multa, quoniam dilexit multum. En fratres  
euangelij præsentis summa. Nunc par erit,  
summo adiuvante numine, eius expositio-  
nem incipere.

Rega-

In festo. S. Magdalene. 252

Rogabat Iesum quidam de pharisæis, Evangelium  
ut manducaret cum illo. Et ingressus do-  
mum pharisæi discubuit. Luc. 7.

Mecum obsecro hic expendite, nimiam  
Christi paupertatem: qui profecto nec su-  
pellestem, aut agrum, aut domum habere  
propriam in hoc exilio voluit. Imò qui Spi-  
ritu sancto cooperante, in Nazareth ab alma  
virgine conceptus fuit, is alto eius consilio,  
in dimeritorio nasci dignatus est: quò ve-  
rum sit illud. Regnum meum non est de hoc mundo: & iterum. Vulpes foveas habent, &  
volucres coelinos, filius autem hominis  
non habet, ubi caput suum reclinet. Sic sic oportet  
tebat divitiarum cupiditatem aboleri, & eos qui  
terrenis opibus inihiat taxare: radix omnium  
malorum cupiditas est, Apostolo teste. Nonne  
hos deplorat Prophetam dicens. Væ qui do-  
mum domui iungitis, & agrum agro copu-  
latis. Equidem pharisæus hic, utpotè cal-  
lidus & superciliosus, vulpis erat, & lares  
habebat: Iesus vero qui cum dives esset, in-  
ops & pauper factus est, ut eius inopia  
nos divites essemus, quum non haberet  
domum ad alienam inuitatur, quod extreme  
paupertacule illius fuit insigne. Beati pau-  
peres

Declamatio nona

*Matth. 5.* peres spiritu, quoniam ipsorum est regnum  
 coelorum. Hanc veritatem Saluator noster  
 nedum verbis, sed exemplo astruxit. Sub  
 hac pharisæus, id est, diuisus homo ille erat.  
*Dogma.* Nam sunt multi qui sese ab alijs diuidere co-  
 rantur, sanctimonix symbola habentes,  
 cum nihil minus quam sanctitati vacent.  
*Esa. 29.* Labijs honorant Deum, cor autem illorum  
 ab illo quam longissime est. Talis erat pha-  
 risæus hic, vti in exordio euangelij est vide-  
 re. Atqui, si mille peccatis quis onust<sup>9</sup> sit, &  
 varijs iniquitatibus oppletus, operibus pie-  
 tatis instet, Christum in suis pauperibus in-  
 uitet, inopes vltro alat, quò in extremo iu-  
*Matth. 25.* dicio audiat. Accipe regnum quòd à patre  
 meo tibi paratum est. Scriptum est. Aqua  
*Eccle. 3.* extinguit ignem, & eleemosyna extinguit  
 peccatum.  
*Questio.* ¶ Sed Iesu bone, quid hoc est? Tu domine  
 inuitas peccatores, vt velint ad regalem mē-  
 sam tuam venire, & nunc te rogat phari-  
 sæus, digneris ad mensam eius recumbere?  
*Apoc. 3.* Nisi illor, oris tui sacri verba illa sunt. Ego  
 sto ad ostium, & pulso: si quis aperuerit  
 mihi, intrabo ad eam, & coenabo cum eo,  
 & ipse mecum. Etenim, ad ianuas ani-  
 mæ nostræ pulsans, nedum sancta im-  
 mittis desideria, vt surgamus, & mala  
 nostra

In festo. S. Magdalena. 253

nostra defleamus, sed manum extendens  
 pulsas, nunc prosperitatibus, nunc verò ca-  
 lamitatibus nos excitas, vt è somno delicti  
 surgamus. O summam beneuolentiam Sal-  
 uatoris nostri, nedum pulsat ad ostium cor-  
 dis nostri, sed vociferans ait. Surge prope  
 amica mea, columba mea: quia caput meū  
 plenum est rore, & capilli mei guttis noctiū.  
 Melliflua sunt verba spōsi, & omni confide-  
 ratione digna charissimi, sed nos prosequa-  
 mur, quæ semel coepimus. Quid multa? tam  
 est Christus animarum nostrarum amator,  
 vt se nobis offerat sponte, & non rogatus  
 ad mēsam nostram sedeat. Exemplo nobis  
 sit quòd Zacheo contigit, cui dominus in  
 via dixit. Zachæa festinans descende, quia  
 hodie in domo tua oportet me manere. Id-  
 est, hodie thesauros pietatis meæ erga te a-  
 periam, delicta cūcta tua delens, mensæ tuæ  
 recumbēs. Videte eximiā charitatem Chri-  
 sti, nostra commoda, sua vocat, dum ait. Ho-  
 die in domo tua oportet manere. Nec mirū,  
 cum scelera nostra, sua piacula olim appella-  
 uit dicens. Verba delictorum meorum. Est  
 caput nostrum nosque membra eius, quam  
 ob causam sic loquitur. Ad rem. Cum ergo  
 res sic habeat, quòd ipse pulsat, vt aperiam<sup>9</sup>  
 ei, & ingrediens nobiscum edat, & mensam  
 publi-

*Canti. 2.*

*Luce. 19.*

*Psal. 21.*

Nota.

publicani Zachææ lubens adeat, cur rogari à phariseo permittit? auscultate fratres, & videte quam exosam habeat superbiam magister humilitatis, tanquam compulsus precibus conuiuio pharisei interfuit, quia superciliosus erat & iusticiæ propriæ plus æquo fidebat. Quod claruit ubi intra se, tum de Magdalena, tum de Saluatore perperam loquebatur. Excelsus dominus; & humilia respicit, & alta à longè cognoscit. Vnde Sanctus Augustinus, Dominus humiliare respicit vt exaltet; alta à longè respicit, vt deprimat, quod tam in lucifero, quam in Adam, Sime, Datan & Abiron gestum est. Ceterum phariseo iuuitanti, dominus vtpotè benignus non restitit, sed consensit; quia in domo pharisei magna erat factururus. Ideo ait Lucas.

*Text.* Et ingressus domum pharisei discubuit.

Eph. 3.

Signanter ait, ingressus domum eius, non autem cor illius habitauit. Paruū refert vt Christus domum nostram intret, nisi viscera inhabitet. Dico Christum habitare in cordibus vestris per fidem, inquit Apostolus: et rursus. Templum Dei sanctum est, quod estis vos. Huc etiam pertinet quod Saluator noster pollicetur ijs qui sermonē eius

Ioan. 14.

eius seruarint. Ad eum veniemus ait, & mansionem apud eam faciemus. Felix orthodoxus cuius mentem trias illa sanctissima habitat, videlicet, pater, filius, & Spiritus Sanctus. Demus ergo operam fratres, vt dominum excipiamus interne, habitetque in corde nostro; per fidem charitate formatam, ne vti phariseus hic, domum ei exhibentes, cor nostrum illi denegemus. Ad hæc, ad mensam pharisei sedere haud dedignatur qui cœlestes mentes satiat sua præsentia, & volatilia cunctaque animantia, etiam vermiculos affluenter quotidie pascit. O summi Dei clementia, o stupenda charitas, vt pauper alienam domum adijt, & mensam pharisei non horret, quò eius animam cœlestibus diuitijs, & charismatum donis ditet. Itaq; exigua munera à nobis exigit, vt magna & pretiosa largiatur. Quis tam stupidus, vt posthac, nō pauperes subleuet, eorumque inopiam non misereatur, videns Iesum, quasi inopem, ad mensam pharisei recumbentem. Ob oculos habeatis oraculum illud obsecro fratres, quod ore suo sacro dominus depromptit. Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Venite benedicti patris mei percipite regnum, quod paratum est vobis. Et iterum beati misericordes, quoniam

Matt. 25.

Matth. 5.

nam

Declamatio nona

niam ipsi misericordiam consequentur. Ecce pharisæus rogauit Christum pauperem, non contra, vt diuites inopes quærant, & eos rogent, inducantque in domos suas. Sic Abraham, sic Loth angelos inuitarunt, & perinde atque peregrinos susceperunt: orantes obnixè, ne transirent vltra, donec hospitio suscepti officia pietatis eis impenderentur. Enimvero si eleemosyna nō esset in præcepto, nō immisericordes poena æterna punirentur. Quod ex verbis domini Matthæ. 25. conspicuum est. S. Thom. 2. 2. q. 32. ar. 5. Hoc dixerim, ne quis in re tã graui torpeat. Quid autē dño discumbente in domo pharisæi acciderit, iam exactè Lucas describit.

**Text.** *¶ Et ecce mulier quæ erat in ciuitate peccatrix, vt cognouit quod Iesus accubuit in domo pharisæi. Attulit alabastrum vnguenti, & stans retro, cœpit lachrymis rigare pedes eius, & capillis capitis sui tergebat. Et osculabatur pedes eius, & unguento ungebatur.*

¶ Admiratione raptus euāgelista loquitur, vt nos miremur vnà cum illo. Ecce mulier, inquit. Fragilis erat, & infirma suapte natura, vir-

In festo. S. Magdalenzæ. 255

ra, virtute verò diuina Sãlone fortior, quippe quæ si tanquàm procliuis ad peccandū deliquit, fide & charitate freta, suorum scelerum vincula mirabiliter rupit: agite vos viri, & erubescite voluptatibus vacare, eis & quod iniquius est adherere. Ecce mulier ini- **Dogma.**  
micum vicit, carnis oblectamenta penitus spreuit, forti animo poenitentiam amplexans: sed quam ob rem nomen eius tacuit Lucas? sanè non abs re; vitium detestari debemus, non personam, id quod nos omninò diuersum facimus, nō tã peccata odio habentes, quàm personam delinquentem. At Christianorum hominum est, sic traducere, & arguere delicta proximi, vt videamur vitia odisse, amare verò hominem, qui lapsus est, equidem Deus optimus cuius vestigia nos sequi tenemur, sic scelus quoduis horret, vt naturam illius qui peccauit magnopere diligit. Ita que ex offam habet culpam, naturam quam ipse fecit vnice amat, alioqui non è coelo descēderet, & factus homo, morte sua mortem nostram occideret, imò propter nimiam charitatem, qua dile- **Eph. 2.**  
xit nos Deus, misit filium suum, vt eos qui sub lege erant redimeret: rursus non Maria nunc appellatur, sed peccatrix, quia peccatum nomen peccatoris destruit, & animam eius



Declamatio nona.

**Psal. 68.** eius interficit, iuxta illud. Deleantur de libro viuentium, & cum iustis non scribantur. Et Salomon ait, Nomen impiorum putrefcet. O rem dictu horrendam, dominus ipse clamat, Nec memor ero nominum illorum per labia mea, o nimis infelices quorum nomina deleta sunt apud dominum. **Ij** proculdubio in morte, & in extremo iudicio audient tonitrum illud, quod virgines stultae suo magno malo audierunt. Amen dico vobis nescio vos. Rursum vehementer **Exod. 33.** foelix ille erit cui dominus dicet, Ego agnouite ex nomine: & alibi Saluator ait, **Luce. 10.** Gaudete & exultate, quia nomina vestra scripta sunt in caelis. Summa: Quia peccatrix erat haec mulier nomen proprium auiserat, & infelicem nomenclaturam ex sua improba vita sortita est: at quando capt Saluatoris vnxit, Maria a Ioanne vocatur, eo quod iam pridem lachrymis suis cor suum abluerat: sed num in Hierusalem ciuitate opulenta sola haec mulier deliquerat? Vtinam in oppidis paruis vna tantum mulier peccatrix inueniretur. Flens dico fratres, si hodie populi abundant huiusmodi mulierculis, vt quam multi fornicationis scelus parvipendant: cum Apostolus clamet, Omnis fornicator aut im-

In festo S. Magdalenae. 456

mundus regnum Dei non possidebit: heu quia omnis caro corrumpit viam suam: faxit Deus optimus, vt iam qui more brutorum vivebant, castitati & munditiae operam dare incipiant, poenitentia huius mulieris tacti. Non ergo haec mulier peccatrix in ciuitate appellata est, quasi sola foret, sed quia alias omnibus in scelere superabat, & praeter caeteris infamis erat. Ratio, quia pulchrior & nobilior alijs habebatur: qui vero nobiliores sunt caueant, ne labantur, quia eorum piacula plus resonant, & maiora scandala excitant. Nondum in vna ciuitate, sed in totius regni ambitu: probe loquutus est qui dixit, Melius tibi nomen bonum, quam diuitiae multae. Et iterum. Curam habe de bono nomine. Sequitur.

*Vt cognouit, quod Iesus accubuit in domo pharisaei.*

¶ Ijs verbis euangelista innuit, quanta solitudine haec mulier occasione quaerebat, & oportunitatem desiderabat veniendi ad Christum, nec aliud tempus aptum ad hoc negotium inueniebatur, nisi domino in aede pharisaei recumbente. Mirabile dictu, tam erat charitatis sagitta sauciata, vt sermone Christi finito

Dogma.

Pro. 22.

Eccle. 41.

Text.

per

Declamatio nona

**Psal. 41.** per horarum momenta cum rege Dauide clamaret. Quēadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarū: ita desiderat anima mea ad te Deus. Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum: quando veniam, & apparebo ante faciem domini. Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte, dum dicitur mihi, ubi est Deus tuus? voluptati nobis foret psalmum hunc rimari, ni longa via adesset. Historia hæc satis longa est, eam ob causam plurima hætenus mittere collibuit.

**Hier. 2.** Enimuerò fas erat, vt quæ fontem aquæ viuæ reliquerat, fodiens cisternas dissipatas, quæ nullatenus valent continere aquas, rediret ad limpidissimum fontem Christum Iesum, qui solus potens erat eius maculas abluere, & candidiorem niue illam efficere: de quo fonte multis retro seculis regalis propheta dixerat. Lauabis me, & super niuem dealbabor: meritò igitur aiebat. Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum, quādo veniam & apparebo ante faciem domini: fons hic, fons hortorum, in canticis rectè dicitur, nec non & puteus aquarum: nam ex plenitudine Christi Iesu omnes recepimus gratiam pro gratia. En fons paradisi voluptatis qui ascendit, vt irrigaret vniuersam ecclesiam, imò fluminis huius impetus lætificat ciuitatem.

**Psal. 50.**

**Canti. 4.**

**Gene. 2.**

**Psal. 45.**

In festo. S. Magdalenæ. 257

tem Dei: cæterum verbum illud magnam habet emphasim, vt cognouit, non moras traxit, aut procrastinauit, sed quāprimū vocata est, & medicum expectātem cognouit, statim resipiscens pharisæi ædes adiit, domum suam reliquit, & cuncta ornamenta & monilia cōculcauit. Vêh illis qui temerè summi Dei sanctas inspirationes aspernātur, qui nec flagellis afflictī, nec donis illectī ad pœnitentiam conuolare volunt, qui que perfricato fronte inquirunt, manda, remanda, modicum ibi, modicū ibi, Onefaria præsumptio, o temeritas extremis plectēda supplicijs, rex regū Christus vocat, & nos ipso clamāte stertimus, de die in diē procrastinātes, obsecro charissimi, hāc fortē mulierem sectemur. Extēplò eius vocibus & fletibus Christū Iesum sciamus, eū totis nisibus inuocemus, & ad ipsum festināter curramus: expectat vos Deus, vt misereatur vestri, & exaltetur in vobis, perbellè Esaias dixit. Ecce quā sit Deus patiens & lōganimis in expectando, quā suaptè natura procliuis ad miserendum, qui non in se sed in nobis magnificatur, & exaltatur. Eam ob rem ait, vt exaltetur in vobis, verū in Magdalena exaltata est Christi misericordia, per quam cuncta peccata illius quālibet magna sunt

K remif.

Declamatio nona

remissa. Vt ergo cognouit animarum medi-  
 cum peritissimum Christum Iesum accum-  
 bere, qui peccatorū veniā omnibus prædica-  
 bat dicens. Pœnitentiam agite, & appropin-  
 quabit regnū coelorum. Et iterū. Nisi pœnitē-  
 tiam egeritis omnes simul peribitis, decre-  
 uit ad illū accedere, remissionē delictorum  
 suorū cupiēs accipere. Planē hoc nō cogno-  
 sceret vaquā, nisi traheretur à patre coelesti,  
 dño astruente. Nemo venit ad me nisi pater  
 meus traxerit eū. Quin & ipse Christus eam  
 intus trahebat, qui per mansuetudinem illā  
 suscepit foris, teste Gregorio. Miremur Ma-  
 riam venientem, sed plus mirari debemus  
 Iesum trahentem, simul & suscipientē. Hinc  
 legimus in Hieremia. Postquam conuerti-  
 strine, egi pœnitentiam, & postquam osten-  
 disti mihi percussi femur meum. Sed quo-  
 modò accesserit iam attētius contēplemur.  
 Sanē coelit<sup>9</sup> afflata, & doctrina legis edocta,  
 nō vacua apparere voluit ante dñm, ipso iu-  
 bente ac dicente. Non apparebis in conspe-  
 ctu meo vacuus. Vnde sequitur.

Text. ¶ Attulit alabastrum vnguenti. &c.

¶ Alabastrum genus marmoris cādidi est,  
 varijs colorib<sup>9</sup> intercincti, quod ad vasa vn-  
 guētaria cauari solet, eò quòd optimè serua-  
 re ea

In festo. S. Magdalénæ. 258

re ea in corrupta dicatur. In hoc vase vnguē-  
 tū misit, quo pedes regis regum Christi Iesu  
 vngeret. Surgam alt, sancta hæc mulier, &  
 circuibo ciuitatē per vicos & plateas, querē-  
 do quē diligit anima mea. Hæc in corde suo  
 sæp enumerò repetēs ingeniscebat, & ocu-  
 lis submissis, gradiebatur. O quas lachry-  
 mas effundebat, quot suspiria iactabat in  
 via. O summā violētiā, o mutationē stupen-  
 dā, nō alterius nisi dexteræ excelsi, mulier  
 tenera nimis & delicata, ornāmētis iā spre-  
 tis, sacco induitur. Ad hæc, lachrymis habē-  
 nas dedit, piacula sua deplorās, & quæ palā  
 temerè deliquerat, publicè pœnitētiā egit.  
 O mira Dei clemētia, p coccino, saccū, pro  
 calice pstitutionis alabastrū optimo vnguē-  
 to plenū portat. Vt iā cū Apostolo clamare  
 audeat. Bonus Christi odor sumus in omni  
 loco. Sed alijs odor mortis in mortē, vt pha-  
 risæo, & ei similibus, alijs odor vitæ in vitā,  
 videlicet nobis orthodoxis, qui tam mirabi-  
 le pœnitentiæ exemplar habemus. Cæte-  
 rum pharisæi domum ingressa.

Canti. 3.

Apoc. 17.

¶ Retro stans, cepit rigare pedes Iesu,  
 quos capillis suis tergēs, eos osculabatur,  
 & vnguento ungebat.

Text.

¶ Nūc quatuor officia hæc inspiciam<sup>9</sup>, & vel

K 2 succin.

## Declamatio nona

cincto sermone aliqua, dicamus. Pedes Iesu lauit, nō quavis aqua sed lachrymis feruētis-  
simis, capillis terfit, quos tāti fecerat antea:  
labia pedibus domini fixit, & tandem eos  
vnguento pretioso vnxit. O nouum & in-  
auditum oblationis, & sacrificij genus, pro-  
culdubio à Spiritu Sancto edocta, hæc ple-  
tatis ministeria exercuit. Ad lachrymas e-  
ius iam veniā, quippè quas affatim effudit,  
ita vt Saluatoris pedes abluerit. O bonæ sa-  
lubres ac dulces lachrymæ, quas Diu<sup>9</sup> Chry-  
sostomus rectè secundum baptisma vocat.  
Nōne, Ezechiarege flente, dñs suspendit sen-  
tentiam quindecim annis? fleuit etiā Petrus  
amarè, & dñs pepercit ei. O verè beati, qui  
lugēt, quoniā ipsi cōsolabuntur. Ecce mare  
rubrum, in quo superbus rex Pharaos, & cu-  
nei eius submersi pereunt: satanas & cōpli-  
ces eius inter vndas lachrymarum profligā-  
tur. Quid multa? lachrymis suis Magdale-  
na triplex cōciliauit beneficium. Primò, de-  
lictorum suorum flendo conciliauit veniā,  
dicente domino. Remittuntur tibi peccata  
tua. Secundò, videns Iesus Magdalenam flē-  
tem, ipse lachrymat<sup>9</sup> est, & fratrem eius qua-  
triduanum suscitauit. Tertiò deniq; ad mo-  
numentum flens, meruit Christū suscitātū  
intueri, & adorare. Ecce quantū momenti

ha-

## In festo .S. Magdalene. 259

habeant lachrymæ. Fœlicem ego dixerim  
orthodoxū qui quotidie cū Magdalena san-  
ctissima, peculiaria errata deffleret, & la-  
chrymis stratū suum rigaret. Deinde dāna  
proximi sui doleret, flens cū flentibus, vt A-  
postolus admonet. Tādē vestigia huius san-  
ctę sequēs, Christū videre affectās illud psal-  
mi diceret. Fuerūt mihi lachrymæ meæ, pa-  
nes die ac nocte, dū dicitur mihi, vbi est De<sup>9</sup>  
tu<sup>9</sup>. Equidē ceu paruuli lachrymis suis quod  
volunt à parētibus impetrāt, sic & nos fleti-  
bus quod iustū est, à Deo optimo impetra-  
mus. Huc sanè pertinet illud. Amē dico vo-  
bis nisi efficiamini sicut paruuli, nō intrabi-  
tis in regnū cœlorū. Quandoquidē Petrus  
senex erat, nihilominus puer factus est flēs  
peccata sua & dominus pepercit ei. Mulier  
erat hæc sancta, tamen vt puella procidens  
ad pedes Iesu plorauit, quam ob rem scele-  
ra sua lachrymis diluit. Cauendum autem  
est, ne cum mulieribus Adonidem suam plo-  
rantibus defleamus. Idest, nec cum avaris,  
aut superbis, vel cum luxuriæ deditis habea-  
mus cōmercium. Lachrymæ vt gemæ splen-  
dēt coram dño, modò ex prudentia, & chari-  
tate oboriantur. Quæ verò ex sola passione  
scaturiunt, frustraneę sunt. Summa, illud cū  
Axa indeffessè orare ac postulare debem<sup>9</sup>,

K 3 vt pa-

Nota.

4. Re. 20.

Exo.

Figura.

Ioan. 11.

Psalm.

Matt. 18.

Ezechi.

Collatio.

## Declamatio nona

*Iosue. 15.* *Figura.* ut pater noster coelestis præbeat irriguum inferiùs & superiùs. Hoc est vt primò nostra defleamus crimina, vti par est, & deinde, pro adeptione gloriæ æternæ vberius lachrymas effundamus, cum propheta clamantes. Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est. Quod verò mulier sancta retro stetit, erubescencia magna in causa fuit. Nec ausa fuit coram facie Christi Iesu apparere, sceditatem consciëntiæ suæ funditùs cõtemplans. Vnde corde clamabat cum propheta. Confusio faciei meæ, cooperuit me. Et alius ait. Tibi domine iustitia, nobis autem confusio faciei nostræ, quia peccauimus tibi. Pedibus prouoluta amare flebat, nam qui diu male ambulabat, iam recta vestigia quærebat, Sancto Augustino teste. Obseruandum quòd non alterum pedem, sed vtrumque tenuit, & osculata est. Pedes domini iustitia & misericordia sunt, quos amplexari nos summopere oportet. Equidè alterũ sine altero osculari, vel temeraria securitas vel desperatio execranda est, nã qui misericordiã dei tantũ indefinèter cõsiderat, tepidoris vitæ quietẽ sectatur, vt probè. S. Bernar. testatur. Qui autè austeritatẽ iudiciĩ solũ attēdit, is vt alter Cain fratricida desperas dicit. Maior est iniquitas mea, q̄ vt veniã

me

## In festo. S. Magdalena. 260

merear. Terribilis est expectatio iudiciĩ, ita est, & nimis horrèdũ incidere in manũ Dei venetis, sicut Apostolus ait. Nihil os cuius Deus noster benignus, & misericors est, & præstabilis super malitia. Quã ob causam vtrũque pedem osculãtes, cũ Dauide dicamus. Misericordiã & iudiciũ cãtabo tibi dñe. Ecce melos suauis, cãticũ mirabile quòd nos cõcinere quotidie decet. En holocaustũ singulare, & medulatũ, Deo nostro gratũ. Sic Maria pedẽ iudiciĩ fortiter attēdebat, quæ etsi nobilis, & lasciuia mulier, cõuiuatiũ faciẽ nõ attēdit, sed extẽto corpore prouoluitur pedibus maiestatis, doloris plena, timoris impatiens, cõpunctiõis iaculo vulnerata. At misericordiẽ pedẽ labijs suis sponte osculatur, in cuius spe firmiter inheret vestigijs redẽptoris, donec audiat verbũ illud quauis suauitate plenũ. Remittuntur tibi peccata tua. Cæterũ si quis voluerit per symbolã percurrere. Capilli superflua bona sunt, quib⁹ pedes dñi abluendi sunt, id est, pauperes Christi subleuandi. Pedes quidem satis necessarij sunt ad gradiẽdũ, sic pauperib⁹ vel omniũ maximè op⁹ habem⁹. Alioq̄ dñs nõ diceret, pauperes semper habebitis vobiscũ. Ecce donũ egregiũ, quod auari nesciũt. Et iterũ. Facite vobis amicos de mãmõna iniquitatis, vt cum defeceritis,

K 4

rc

Declamatio nona

recipiāt vos, in æterna tabernacula. Vbi nō exturpi lucro eleemosynam præbere egen-  
 tibus docemur, sed ideò diuitiæ iniquitatis  
 appellantur, vel quia sæpenuerò decipiūt  
 homines, spem suam frustra in eis colloca-  
 tes, vel quoniam iniqui eis perperā vtūtur.

¶ Ad hæc, vnguento pedes Christi vngēdi  
 sunt, quod tū ex contritione & dolore deli-  
 ctōrū præteritorū, tū etiam ex deuotione,  
 beneficia nobis à Deo impēsa cōtemplātes  
 conficitur. Nō ē sacrificiū iustitiæ Deo ac-

ceptabile spiritus cōtribulatus meritò voca-  
 tur? Rursus dñs ait, Sacrificium laudis hono-  
 rificabit me. En pretiosum deuotiōis vngue-  
 tū. Vel sic pedes Saluatoris vngimus, dū an-  
 tea cta delicta ploramus. Caput verò ipsius  
 perungimus, quando pro collatis nobis be-  
 neficijs, inexhaustas gratias agimus: in hu-  
 jus typo legimus Magdalenam, nedū pedes  
 Iesu, sed quod plus est, sanctū verticē ei⁹ vn-  
 xisse: Erat sanè iā electa, & sole ipso mūdior,  
 atq; candidior, nec non & familiaris effecta.

¶ O rem mirabilem, quotquot in se habuit  
 oblectamenta, tot de se inuenit sacrificia.  
 Vnguentum pro odore, & delicijs suæ car-  
 nis exhibuit, & eo pedes domini vngit: ca-  
 pillos ad ornatum vultus sui præbebat, sed  
 nunc effusa coma, iisdē, pedes Christi tergit.

Perinde

In festo. S. Magdalenzæ. 261

Perinde dicat, Fallax gratia, & vana est pul-  
 chritudo. Mulier timens Deum ipsa lauda-  
 bitur. Ore suo vana ac superba dixerat, sed  
 nunc labia pedibus sacris Magistri figens,  
 eius misericordiam toto implorat pectore.  
 Sicque illud Apostoli adimpletum est. Si-  
 cut exhibuistis membra vestra seruire ini-  
 quitati ad iniquitatem, sic exhibete ea serui-  
 re iustitiæ in sanctificationem. Vtinam om-  
 nes peccatores tam salubre dogma cordi  
 suo ascriberēt, & ad amissim illud seruarēt:  
 fas enim est, vt saltim tantum laboris su-  
 beat quis ad capeffendam vitam æternam,  
 & Deum iratum placandum, quantum in-  
 sudationis sustinuit, diabolo obediendo, &  
 peccati iugum tolerando.

¶ Sed quid sancta mulier tunc dicebat? Sā-  
 ctus Augustinus inquit. Tacita loqueba-  
 tur. Non sermonem promebat, sed deuotio-  
 nem ostendebat. Quin & lachrymę eius cla-  
 mores erant cœlos ipsos penetrantes. Non-  
 ne orabat Psalter. Domine auribus percipe  
 lachrymas meas. Sanè auribus clamores &  
 voces percipimus, oculis vero colores intue-  
 mur. Videte quomodo lachrymę clamorē  
 suum habent, quem Deus optimus intelli-  
 git. Quid plura? Pedibus Saluatoris prouo-  
 luta clamat corde. Miserere mei Deus secū-

K 5 dum

Nota.

Psal. 50.

S. Gregor.

Pro. 31.

Rom. 6.

S. Augus.

Psal. 33.

Psal. 50.

Declamatio nona

**Psal. 129.** dum magnam misericordiam tuam, & secundum multitudinem miserationum tuarum, dele iniquitatem meam. Amplius laua me ab iniquitate mea, & à peccato meo munda me. &c. Rursus internè vociferabatur dicens. De profundis scelerum meorum clamaui ad te domine, domine exaudi orationem meam. Si iniquitates meas obseruaeris domine, domine quis sustinebit indignationem tuam? Hæc, ni fallor, & alia id genus versabat in mente lachrymas effundens, & suspiria per aëra iactans. Immorati sumus fratres in obsequijs, quæ hæc mulier sancta Christo Iesu obtulit, vt & nos vitrò eadem ei impendamus. Eò potissimè tendunt sanctorum celebritates, vt fideles illorum exempla pro sua virili sectari contendant. Sed nunc euangelium sequentes, quid pharisæus de hoc spectaculo egregio sentiat audiamus.

**Text.** ¶ *Videns autem pharisæus qui vocauerat eum, ait intra se dicēs. Hic si esset propheta, sciret utiq; quæ & qualis est hæc mulier, quia peccatrix est.*

**Pharisæi te meritas.** ¶ Temeritas pharisæi vsque adeò magna erat, vt ignorantia ascriberet, quòd Christus

In festo. S. Magdalenz. 262

stus permittat à muliere peccatrice se tangi. Quam ob causam minorem de illo habet opinionem, ita vt iam prophetiæ donum ab eo auferat. Verum toto errabat celo, quia omnes famam huius mulieris à maximo vsque ad minimum norant, nam erat in ciuitate peccatrix, id est, præ alijs difamata, vt iam attigimus. Itaque absque prophetico spiritu dominus eam peccatricem esse poterat scire. Quid quòd prophetæ non omnia præsentia sciebant, nisi domino reuelante. Vnde Eliseus de quadam muliere afflicta dixit. Anima eius in amaritudine est, & dominus celauit à me. Ratio, quia prophetia non est habitus. Equidem habitus est quo quis agit, cum voluerit. Stultè ergo iudicauit pharisæus intra se, malè cogitans de Christo, nec non de Magdalena. Quippè quæ peccatrix non erat, quanquam malè vixerat. Proculdubiò veram poenitentiam amplexata, ceu paulò superius satis superque diximus, vitia pensauit virtutibus, superbiam humilitate, auaritiam largitate, luxuriam castitate, iram mansuetudine. Hæc, inquam, salubris & vera poenitentia est. Imò mulier sancta omnia quondam inhonestè voluptatis instrumenta,

4. Reg. 4.

S. Th. 2. 2.

q. 171. ar.

2.

Declamatio nona

menta, vertit in obsequium Saluatoris. Quam  
**S. Gregor.** pulchre Sanctus Gregorius ait. Vera reli-  
**hom. 33.** gio pietatem habet, falsa verò contra, dedi-  
 gnationem, quod perspicuum est in hoc pha-  
 risæo superbo. Non condolet mulieri affli-  
 ctæ, non pietatem Christi collaudat, qui ne-  
 minem peccatorem horrebat, sed gauden-  
**Matth. 9.** ter omnes recipiebat, iuxta illud. Non veni  
 vocare iustos, sed peccatores, & Apostolus  
**1. Timo. 1.** inquit. Venit Iesus peccatores saluos face-  
 re, quorum primus ego sum. O hypocrisim  
 & dolum pharisæi, liuore inuidiæ accensus  
 cruciatur, quòd tantum honoris Christo  
 ab hac muliere impendatur. Rursus ægram  
 reprehendit, qui longè maiore superbiæ mor-  
 bo ægrotabat. Sanè spiritualia peccata, car-  
 nalibus maiora sunt, eò quòd plus habeant  
 de auersione à Deo, quam de conuersione  
 ad creaturam. Auersio autem forma pecca-  
**S. Th. 2. 2.** ti est, & ratio completiua. S. Thom. 2. 2. q.  
**q. 162. ar.** 162. ar. 7. Vos autè charissimi caute ne an-  
**7.** te tempus iudicetis, donec veniat dominus,  
 qui illuminabit abscondita cordis. Vos ip-  
 sos iudicate, conscientias vestras expendi-  
 te, ne huius pharisæi temeritatem sectemi-  
**Matth. 7.** ni: qui que trabem in oculo suo non vidēs,  
 festucam in oculo alieno eijcere nitebatur  
 frustrà. Talis erat fastus pharisæorum, talis  
 &

In festo. S. Magdalenæ. 263

& eorum petulantia erga falsam iustitiam,  
 qua sibi placebant, Deo autem vehementer  
 displicebant. Summa. Necessè est, vt cū pec- **Dogma.**  
 catores quosque conspiciamus, nosmetip-  
 sos prius in eorum calamitate defleamus,  
 quia fortassè in similibus aut lapsi sumus,  
 aut labi possumus. Equidem odium debe-  
 mus vitijs, compassionem verò naturæ. O  
 res mirabilis, & omni acceptione digna, in-  
 ter duos ægros medicus sapientissimus e-  
 rat. Quorum alter in febre sensum tenebat,  
 alter sensum perdiderat mētis. Maria qui **Collatio.**  
 peflebat quod fecerat, pharisæus de falsa iu-  
 stitia turgens, vim suæ valetudinis exagge-  
 rabat. Quem dominus volens lucrari, con-  
 spicatus illius cogitationes, nedum prophe-  
 tam, sed prophetarum dominum se osten-  
 dit. Vnde sequitur.

*Respondens Iesus dixit ad illum. Si- **Text.***  
*mon, habeo tibi aliquid dicere. Ait ille.*  
*Magister dic, duo debitores erant cuidam*  
*sceneratori. Vnus debebat denarios quin-*  
*gentos, & alius quinquaginta. Non ha-*  
*bentibus illis unde redderent, donauit*  
*utrisque. Quis ergo eum plus diligit? Re-*  
 spondens



Declamatio nona

*spondens Simon dixit. Estimo quia is cui plus donavit.*

¶ Probè dictum est, respondens Iesus, non verbis, sed cogitationibus pharisæi, quòd, ni fallor, Deo optimo peculiare est. Vnde in

**Psal. 7.** Psalmo legimus. Scrutans corda & renes Deus, & illud. Parua res cor hominis & inexc

**Iere. 17.** crutabile, quis cognoscet illud? Ego dominus scrutans corda. Equidem abdita cordis nostri nemo, nec etiam angelus intueri potest, nisi creator cordis. Rursus Saluator attentionem expetit, antequàm fari incipiat: nam verba Dei tam sunt mira, vt omni attentione animi digna habeantur. Sic prophetis mos fuit olim, qui que primò attentionem exposcebant. Audi Israel, Deus, Deus tuus Deus vnus est, aiebat Moses, &

**Deut. 6.** iterum. Audite coeli quæ loquor, & audiat terra verba oris mei. Denique dominus in parabola de satore dixit. Qui habet aures, audiat. Pharisæus igitur ex admonitione domini attentior est factus, ideò ait, Magister dic. O subdola responsio, corde, ignorantia eum arguebat, & ore: Magistrum illum vocitabat: en quàm sit fallax hominum lingua. Imò totus mundus in maligno positus, & adulatione exundat, &

**Deut. 32.**

**1. IOAN. 5.**

ore

In festo. S. Magdalene. 264

ore ac verbis homines palàm approbant, quòd clam exprobare consueuerunt. Vos charissimi ab huiusmodi fucatis verbis fuge. Qui sophisticè loquitur, ait scriptura, odiosus est. Sic demon cum Eua loquebatur, & ad eundem modum complices eius loquuntur. De quibus rex Dauid. In corde & corde loquuti sunt. O monstrum monstrum, adulatores duplici corde sunt, & ob id, tam Deo quàm hominibus satis odibiles.

*Eccles. 37.*

¶ Parabola quam posuit dominus de duobus debitoribus, eò tendebat, vt pharisæus nò se ipsum iustificaret, quin potius debitorè se agnosceret. Sancti doctores de vtroque populo hoc explicat. Plus tenetur populus gentilis quàm Iudaicus, amare Christum, eò quod maiora dona accepit, & grauiora peccata ei sunt dimissa. At qui saluator duos debitores Simonè & Mariã esse dixit, quorum nullò vnde debita solueret habebat. Christò vtrò pro oibus fecit satis, sacrum suum sanguinem effudendo, & in crucis patibulo animam benedictam exhalando. Cuius verba ea sunt. Que nò rapui, tunc exolvebam. Et Ioanes palàm clamauit. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Quod verò dñs responsionem Simonis laudari dicēs, Rectè iudicasti, eam ob causam factum est, quia ore suo ille se iudicauit, nesciens

*S. Ambro.*

*& S. Greg.*

*Psal. 68.*

*Ioan. 1.*

nesciens

Declamatio nona

2. Reg. 12 nesciens contra ipsum parabolam fore pos-  
 tam. Et alludit ad illud quod David respon-  
 dit prophetæ Nathã. Vir ille reus est mor-  
 tis. Sanè ignorabat scopum parabolę, ideò  
 Dogma. verbis suis se illaqueauit. O quàm proclives  
 sumus ad ferendam sententiã in aliena cau-  
 sa, & quàm pigri, & rudes, ad dignoscenda  
 peculiaria delicta. Nempè, si dominus abs-  
 que parabola loqueretur pharisæo, & dice-  
 ret. Vter me plus amat, tu, an mulier hæc?  
 Neutiquã passus fuisset sibi præponi Mag-  
 dalenã. Vos videte fratres quanta sit Salua-  
 toris pietas & clemẽtia, sic corripuit arrogã-  
 tem pharisæum, vt eius famam illæsam fer-  
 uaret. Nos contrã, nisi cum iactura fratris  
 Matth. 18 corripere eum nolumus, quam ob rem no-  
 bis præceptum est. Corripe fratrem tuum  
 inter te & ipsum solum. Deinde animaduer-  
 tite quomodò honorem pœnitentis Marię  
 vehementer Christus tueatur. Sanè eam læ-  
 dere cogitatione tantum non patiebatur.  
 Zach. 2. Qui tangit vos, tangit pupillam oculi mei,  
 ait dominus. En quàm tenerè Deus suos ele-  
 ctos amet. O verè beatum qui honorẽ suũ  
 Gal. 6. in Christi manibus collocauit, qui cum Apo-  
 stolo inquit. Absit mihi gloriari, nisi in cru-  
 ce domin nostri Iesu Christi. Qui denique  
 sic mũdo mortuus est, vt dicere possit. Ego  
 non

In festo. S. Magdalenæ. 265

non quero gloriam meam. Sed honorifico  
 patrem meum qui in coelis est. Talis nimi-  
 rum Christum Iesum defensorẽ habet. Quę  
 omnia fusiũs sequentia indicant.

*¶ Vides hanc mulierem? intraui in do- Text.  
 mum tuam, aquam pedibus meis nõ dedi-  
 sti, hæc autem lachrymis rigauit pedes  
 meos, & capillis suis tersit. Osculum ni-  
 hi nõ dedisti, hæc autem ex quo intraui,  
 non cessauit osculari pedes meos. Oleo ca-  
 put meum non vnxi, hæc autem vngue-  
 to vnxit pedes meos.*

*¶ Notiora sunt hæc, quàm vt expositione  
 indigeant. Sat sit adnotare quanti faciat Sal-  
 uator obsequia, quę ei præbemus, et si mini-  
 ma sint. Maximè omnium dum pedes eius,  
 idest, inopes operibus pietatis subleuamus,  
 ipso dicente. Quod vni ex minimis meis fe- Matt. 25.  
 cistis, mihi fecistis, ac si dicat. Mercedem  
 commeritam vobis reddam, quia amore  
 mei tacti, fratres vestros sanguine meo re-  
 demptos consolati estis. Cæterum domi-  
 nus collaudans signa ingentis amoris in  
 hac muliere, negligentiam pharisæi taxat.*

L Quip-

Declamatio nona

Quippè qui, quæ facilia erant erga suam  
conuictam non fecit, diua Magdalena  
difficilia aggressa, plurimum placuit Chri-  
sto.

*Text.* *¶ Propter quod dico tibi remittuntur  
ei peccata multa, quia dilexit multum.  
Cui minus dimittitur minus diligit.*

*Pre. 10.* ¶ En quantum veritatis habeat quod Sa-  
lomon, & post eum Petrus dixit. Caritas  
operit multitudinem peccatorum. Ver-  
bum autem illud, remittantur ei, magni mo-  
menti est. Ei remissa sunt peccata omnia,  
non autem mihi. Ego usque ad vltimum  
quadrantem patri meo, tam eius, quam to-  
tius mundi debita assatum persoluam. De  
*Esa. 53.* me scriptura ait, posuit in eo iniquitates  
omnium nostrum. Et iterum propter sce-  
lus populi mei percussit eum. Huc tendit  
quod David audiuit à Nathan. Dominus  
*2. Reg. 12.* transtulit à te peccatum tuum, non morie-  
ris, idest, debita tua pater coelestis transtu-  
lit in filium suum vnigenam, qui homo fa-  
ctus persoluet vberem scelera tua. Ad eun-  
*Matt. 9.* dem modum dictum est paralitico. Con-  
fide fili, remittuntur tibi peccata tua. Ti-  
bi, inquam, remissa sunt non mihi, sed ipse  
sol.

In festo S. Magdalene. 266

soluam. Quam bene Sapiens admonet nos.  
Gratiam fideiussoris tui ne obliuiscaris.  
Quis fideiussor noster, nisi mediator Dei  
& hominum Christus Iesus? Eius memo-  
riam mordicus teneamus, & iugiter gra-  
tias ei offerentes, toto pectore diligamus.  
Propter quod dico tibi. &c. Ex gratia  
Dei peccata delentur, & illa causa remissio-  
nis est dispositiua. Dilectio Dei quæ sine  
gratia infusa esse nequit, causa remissionis  
est perfectiua. Itaque multa remissio &  
multa dilectio conuertibiliter se consequun-  
tur, nec non parua remissio, & parua dile-  
ctio. Placuit Christo sic concludere, vt  
nos ad magnam sui dilectionem excitaret.  
Vbi magnopere aduertendum, quod plus  
virgo Maria dilexit Deum quam Magda-  
lena. Ratio, quia donum innocentie excel-  
lentius est dono poenitentiae. Imò Ioannes  
baptista aliunde plus dilexit dominum  
quam Magdalena, cui multa errata sunt di-  
missa. Ergo parabola hæc, dum taxat de pec-  
catoribus locum habet, vt iam memini-  
mus. Sed iam inspicite quomodo facitas  
vnius in fine, in agnitionem vertatur mul-  
torum astantium.

*Eccles. 29.*

*Nota.*

*S. Augus.  
li. 2. confe.  
c. 7.*

*L. 2. Et*

Declamatio nona

Text.

*¶ Et cœperunt qui simul accumbebant dicere intra se. Quis est hic, qui etiam peccata dimittit.*

¶ Scandescunt aduersarij, & sum opere mirantur quomodo Iesus fabri filius, vt ipsi falso putabant, peccata remittebat, quod planè opus Dei summi est. At, ille alienam potestatem non sibi vendicabat, sed propria authoritate utebatur. Illi putabant solū oblationibus & lotionibus peccata dimitti, in quibus tantum erat figura spiritualium rerum. At, dominus indicat per fidem euangelicam, & charitatē condonari delicta. Nos verò non miramur sed toto nisu laudamus Saluatorem nostrum, fide illibata tenentes eum; Deum verū esse, qui ait. Ego sum; ego sum qui deleo iniquitates tuas propter me; Dominus autem misericordiarum parens, curę non habens de obiurgatiū prauis cogitationibus; ad poenitentem suam sum opere afflictam se vertit, cui ait.

Esa. 43.

*Text. ¶ Fides tua te saluam fecit, vade in pace.*

¶ O faustissimū nuntium, o verba omni melita dulcedine plena. Remittuntur tibi peccata

In festo. S. Magdalenz. 267

eata tua. Quis pro dignitate rem hanc verbis enarrare poterit? Planè magno gaudio affecta, cum Psalmographo decantabat. Misericordias domini in ætèrnum cantabo, & rursus. Benedic anima mea domino, & omnia quæ intra me sunt nomini sancto eius. Benedic anima mea domino, & noli obliuisci omnes miserationes eius. Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas. Verum hæc, & alia id genus multa in corde suo versabat, vbi ex ore domini suorum peccatorum absolutio- nem accepit. Cæterum, primo de charitate eam laudauit, dicens. Dilexit multum, deinde, de mirificis operibus pietatis memoriã fecit. Denique fidem illius euexit. Vnde eã decoratam intelligimus omnibus theologalibus virtutibus. Spem habuit firmam, nam nisi hac virtute freta, ad peccata sua deflenda minime veniret. Charitate fuit roborata, quia dilexit multum. Fidem habuit in Christum, ceu ipse verbis suis contestatur. Sed iam pro christianorum dogma facessat, vbi Saluator eam fidem laudat quæ per charitatem operatur. Hanc fidem fratres habeamus oportet, quæ charitati coniuncta magna operatur, non quæ ociosa manet, & mortua est. In pace dimissa est mu-

Psal. 102.

Nota.

Gala. 5.

lier sancta, quæ quidem pax omnem sensum sauerat, & omnem intellectum excedit. Quæ nos ipsi fruamur, gratia domini nostri Iesu Christi, qui cum patre, & Spiritu sancto uiuit per cuncta secula. Amen.

J A N N O T A T I O N E S

Appendices.

Annot. 1.



Rimò aduertendam, quàm propere nos oporteat à peccatis respicere, & ad poenitentiam conuolare. Non enim decet ullatenus, corum uoce uti dicentes, cras, cras. Sed potius columbinum gemitum personare statim clamantes. Parce domine, parce populo tuo, & ne des hereditatem tuam gentibus. Nonne corrus quem Noe misit perijt, qui ad arcam reuersus non est? Ecce simulachrum peccatoris in suo delicto persistens, diuo Augustino teste. At quæ columba ramum oliuæ uidentibus folijs portans, à Noe sponte fuit suscepta, & in arca quæ poenitentiam imaginem gerebat seruata est. O felix orthodoxus qui quamprimum labefactatur confurgit, vincula ut alter Samson ope summi Dei roboratus frangit.

Ioelis. 2.

Figura.

git. En uox sponsi clamat fratres. Surge, propera amica mea, columba mea. Amicam eam appellat, quoniam ipse prior dilexit nos, alioqui ipsum diligere non possumus, ipso dicente. Sine me nihil potestis facere. Subin de columbam nominat, cuius cantus gemitus est. Denique non moras trahere consulit, sed properare & festinanter ad poenitentiam currere præcipit. Quæ omnia in benedicta Magdalena conspiciamus. Sanè ut cognouit, quod Iesus accubuit in domo pharisæi, exemplo surrexit, & ad desenda eritata sua properauit.

Cant. 4.

Ioan. 15.

¶ Secundo, sum opere est notandum, quàm potens, & quàm fortis sit sancta dilectio. Videte uirtutem mirabilem fratres, & cunctis insipientibus stupendam. Dilectio Dei est ob quam cuncta peccata quamlibet immania remittuntur. Nedum quo ad culpam, sed quo ad temporalem poenam, in quam commutantur, uel minima gratia Dei aduentante. Alioqui Saluator increpans fastum pharisæi non diceret. Propter quod dico tibi, remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Perinde dicat. Cuncta eius scelera deleta sunt, eo quod summè dilexit Deum, cuius dilectionis symbola, lachrymæ, oscula pedum, & uictio supra

Secundo.

Luc. 7.

Annotationes

Audite fratres obsecro, & hoc encomium  
Magdalena ex ore sacro Christi Iesu fufius  
expendamus. Seraphim in supremo cho-  
ro angelorum collocatur, cuius interpreta-  
tio, Dionysio authore, incendium amoris  
est. Si ergo beata Magdalena dilexit mul-  
tum, seraphica foemina fuit, & merito Sera-  
phim appellatur. O nomen honorificum, o  
praconium singulare, quod de nullo san-  
ctorum legimus. Sat erat dicere, dilexit. Deum,  
vanitatem mundi labentis horruit, carnis  
subdole oblectamenta prorsus aspernata est.  
Veruntamen Saluator noster honorare vo-  
lens suam discipulam addidit. Dilexit mul-  
tum. Quandoquidem charissimi perfecta dile-  
ctio incendium est, quo omnia errata absumuntur,  
sicut scriptum est. Si abluerit domi-  
nus sordes filiarum Sion, in spiritu iudicij,  
& spiritu ardoris. O ardorem votis omnibus  
cupiendum, o rogam coelestem, in quo  
omnia piacula abluuntur. Enimvero si a-  
mor Dei ignis non esset, non in linguis igne-  
is Spiritus sanctus super Apostolos appa-  
reret. Hoc igne maxime arsit Magdalena.  
Arsit, inquam, vehementer ad pedes domi-  
ni prostrata abunde flens. Vnde, S. Grego-  
rius. Discite quo amore ardeat, quae inter  
epulas flere non erubescit. Eodem igne ardens  
audie-

S. Diony.

Esai. 40

Acto. 2.

S. Gregor.

In festo. S. Magdalena. 269

audiebat verbum Dei in extasi eleuata, so-  
rore eius Martha ministrante. Quid plura? di-  
lexit multum magistrum non deserens, quem  
sequuta est ad crucem usque. Imo ad monu-  
mentum plorans discipulis recedentibus,  
ipsa non recedebat. Ecce fortis est ut mors  
dilectio. O maxima potentia, o insuperabi-  
lis vigor charitatis. O amor Dei omnia vin-  
cens. Equidem si contra Deum fortis fuisti,  
quanto magis contra homines praeualebis?  
hanc dilectionem charissimi pro nostra vi-  
rili quaeramus. Nam si dederit homo omnem  
substantiam domus suae ad emendam dile-  
ctionem, quasi nihilum reputabit eam.  
¶ Denique animaduersione dignum est, quam  
operosa sit charitas, quamque laboriosa. Equi-  
dem nullum non mouet lapidem, ut operi-  
bus semper opera sancta addat. Sicuti ignis  
suapte natura semper ardet, sic dilectio Dei  
quiescere nequit, quominus in operibus bo-  
nis sese exerceat. Mira res, post Christi Iesu  
ascensionem in aethera, & post almae virgi-  
nis obitum, Magdalena in eremum se rece-  
pit. Vbi triginta annis contemplationi va-  
cans, poenitentiam egit. Quam inuisebant  
angeli quotidie, necnon septies eleuata dul-  
cissima cantica audiebat. Enimvero laetissi-  
mum nuntium ex ore Saluatoris audiens, vi-  
delicet.

Canti. 8.

Gene. 32.

Canti. 8.

Tertio.

Collatio.

Luce. 7.

1. Cor. 9.

delicet. Remittuntur tibi peccata, non tamen, ocio, aut delicijs se dedit. Ad eundem modum Paulus cui dominus dixit. Sufficit tibi gratia mea, nullatenus in vtramque aurem obdermiuit, sed dicebat. Castigo corpus meum, & in seruitute redigo. Nequam alijs predicauerim, ipse reprobus efficiar. Vñ pigritie nostrae fratres, quippe qui per oraculum nihil tale audiimus, tamen stertimus, delitiamur, & nihil minus quam poenitentiam agimus. Ecce exemplar efficax ob oculos habemus, Magdalene mirabilem vitam inspicimus: quò eam sectantes, in coelesti gloria cum ipsa gaudeamus.

PRO SOLENNITATE

sancti Iacobi exponitur euangelium, quarta feria dominicae. 2. quadragesimae

nostrae. Cuius annotationes

sequuntur.

Annota. 1.



Primo, annotatu dignum est, quã prae posterè duo fratres, Iacobus & Ioannes, regnum Christi intellexerunt. Nec memoria illorũ irrepserat fuga sui magistri, quippe qui, post miraculũ insignepatratũ, ex quorũ panibus fugit, sciens quod

quod veniret cõiuræ, & raperet eũ in reges, veluti Ioãnes cõtestatur. Nõ utiq; tempora riuimperium vendicare venerat, qui rex regum est, & dñs dominantiu. Quin regnum illud quod Gabriel dixit almę virgini, quod Messias possideret, spiritale erat, nõ momẽtaneum & temporale. Regnabit in domo Iacob in æternum, ita est. Nam regnat Christus in orthodoxis per fidẽ, spem, & charitatẽ. Huc attinet quod ethnico Pilato respondit. Regnũ meũ nõ est de hoc mũdo. In hoc mũdo est regnum Saluatoris, non tamẽ de hoc mũdo. Non planẽ instar regni Dauid, Salomonis, aut Cæsaris regnum Iesu extat. Perperam ergo aiebant duo discipuli euntes in Emans castellũ. Nos autem, existimabamus quod esset redẽpturus Israel. Eadẽ rãditatẽ & ignorãtia laborabãt, tam mater quã filij eius, thronos postulãtes ad dexterã & sinistra Christi Iesu. Vtinã & nos fideles tantæ fidei lumine illustrati, iã futiles ac volatiles honores mũdi spernamus, quavis ambitionis peste cõsumpta. Clamat Esaias probẽ & ait. Omnis caro fœnũ & omnis glõria eius quasi flos fœnũ. Heu quã plures flos hic marcescẽs decepit, qui gloriam coelicam & immarcescibilem posthabentes, fallacem seculi huius gloriolam affectant.

Ioan. 6.

Ioan. 19.

Luce. 22.

Esai. 40.

¶ Mira

¶ Mira res quam sit vera sententia illa regis David. Accedite ad Deum & illuminamini. psal. 33. ac si dicat. Si vultis intellectus vestri tenebras depellere, & veram sapientiam vindicare, orationi vacate, per quam mens ad Deum accedit. Vbi Sanctus Theodoritus. Qui enim cum fide viua ad ipsum accedit arcane lucis radios suscipit. In cuius typo Moy si facies, cum à Deo esset aspecta, gloriosa reddita est. Quin facies Christi Iesu in monte ipso orante facta est altera, & splenduit sicut sol. Planè vis orationis maxime in re hac elucet, quia tam mater quam duo filij ambitionis caligine obnubilati, nesciebant quid peterent, at ipsis orationibus (nam oratio quedam petitio est, Sanct. Thom. 2. 2. q. 83. art. 1.) in ipsa oratione illuminati sunt. Ita, ut qui honorem temerè petebant, iam calicem domini dicant se posse bibere. O mutatio mirabilis, non nisi dexterè excelsi: vos fratres orationi instantes quæ proficua sunt petite, ne forte ex ore domini obiurgationem illam audiatis. Nescitis quid petatis. Hinc Sanctus Damascenus ait. libr. 3. Oratio est quedam petitio decetiam à Deo. Denique oratio veluti sapientiae schola est, in qua haud dubiè viri sancti & virtutum alumni, plus scientiae sibi conciliarunt, quàm in plurimis libris euoluendis.

Matt. 17.

Luce. 9.

S. Th. 2. 2. q. 83.

uendis. Oportet ergo semper orare, & nunquam desicere. Luca. 18.

¶ Tertio, magnopere notandum, quàm sit lethalis morbus ambitio, & honoris cupido. Fratres ij nauim, retia, necnò & patrem Zebedum domino vocate statim reliquerunt, honoris affectum autem non abiecerunt. Imò vt altera Rachel idola secum attulerunt. Eam uero illa foemina patriam, parentes, & omnia libenter diuinit, nihilominus patris sui uana simulachra secum detulit. Vnde persecutio magna orta fuit in domo Iacob. Nonne idolum Adæ & Eux pessima ambitio fuit? Verum non tantum gula, sed superbia protoplastorum colapsi sumus, & hoc idolum filij Adæ gestamus. O quàm multi opes contemnunt, carnis oblectamenta conculant. At pauci sunt heu, qui mundialem gloriam pro nihilo pendant. Sanè ultima congressio hec est, & in ultimo loco à Ioane collocata. Omne quod est in mundo, aut est concupiscentia carnis, aut est concupiscentia oculorum, aut est superbia uitæ. Eam obrem sic est appellata quia ambitio totam uitam amplectitur, & usque ad senectam & senium mentem nostram aduersatur. O detestanda lues ambitio, quippe quæ semper peccatum est, eò quòd importat inordinatum

Tertio.

Gene. 31.

Figura.

1. Ioan. 2.

tum



S. Th. 2. 2. q. 131. ar. 1. Vnde perbellè Apostolus dixit. Charitas non est Ambitiosa, nō querit que sua sunt. 1. Corinth. 13. Quid multa? mox hic inuasit omnes apostolos, dum concertatio inter illos facta est, quis eorum videretur esse maior. Quin & vas electionis Paulus ad tertium coelum raptus ab hac pugna liber non fuit, alioquin ipse non diceret, Ne magnitudo reuelationis extollat me datus est mihi stimulus carnis meæ, qui me collaphizet. Quis ergo sibi fidet post hac tremebundi preceationi vacemus, ne in certamine tam atroci succumbamus.

Quarto. Rursus aduertendum, neminem coeli iamnam intrare, absque cruce. Calix enim & crux idem significant. Et quoniam Christiana vita iugis crux est, idè orthodoxis cunctis, ait dñs, quod duobus fratribus respondit. Calicem quidè meum bibetis. Quod est dicitu. Sicut disposuit mihi pater, ita ego dispono vobis. Ille proprio filio nō pepercit, sed omnibus hominib⁹ tradidit illū. Ad eadem imaginè ego magister vester de calicem meo vobis impertiā, vt post hanc vitā in caelo mecum regnetis. Hinc Apostolus nos omnes hortatur & ad obeundos labores accinctos cupit dicēs. Omnes qui piè viuere volunt in Christo

Christo Iesu persecutiōes patiētur. Ecce neminem excludit, sed cūctos electos ad certamen vocat. Quid, quod quondā Ioseph frater suo vterino Bēiamin, ceteris plus dilecto, calicem suū præcepit imponere, & in sacco eius inuētus est. Quā ob causam fuit cōprehensus & in ergastulū missus. Tandē verò in mensa fratris sui sedēs, quinque partibus excelluit alios fratres. Ad eundem modū Saluator, eis quos summo opere amat, calicem suū exhibet, quò maiori gloria in caelo potiri possint. Calix in manu dñi vini meri plenus mixto, & inclinauit ex hoc in hoc. Verūtamē fere eius nō est exinanita, bibēt omnes peccatores verā. Vinū merū, & defecatum, omnes sancti in regno caelesti bibāt, bibētes & inebriātur. Quò attinet illud psalmi. Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ. Et torrēte voluptatis tuę potabis eos dñe. O foelix ebrietas que intellectū nō aufert, sed perficit, atq; mirum modū illuminat. Mixtū verò vinū electi Dei in hoc exilio degustāt: vbi dñs ineffabilia gaudia, & voluptates amicis suis largitur, inter tot calamitates & quotidianos cruciatus. Sic rex Dauid aiebat. Secundū multitudinē dolorū meorū in corde meo, cōsolationes tuæ lætificauerūt animam meam. Eodem pertinet, quod ore suo profiteatur

Genes. 1. Figura.

Psal. 74.

Psal. 35.

Psal. 93.

Aposto-

Annotationes

**Iob. 35.** Apostolus. Superabūdo gaudio in tribulationibus meis. Et Sanctus Iob. Qui dat carmina in nocte. Vnde Bernardus. Homines vidēt cruces nostras, nō vnctiones nostras. Denique in calice dñi fex inuenitur, quæ in profundo est. Videlicet, in inferno iustitia Dei improbos cruciat. Et ij fæcē bibūt absq; solamine atroces poenas luentes. O poculum amaritudine plenum modis omnibus fugiendum. Equidem dānati mortem quærent, & fugiet mors ab illis. Idest, contra rationem desiderabunt non esse tot doloribus afflicti, tamen, sui voti compotes nō erunt. S. Tho. 3. p. q. 98. ar. 3. Sanè non esse nullā rationem boni habet, cum sit mera priuatio. Si ergo fæcem illam, quā omnes dānati bibunt, euadere cupimus, cum Iacob dicamus. Dñe possumus, & volumus calicem tuum bibere in hac vita, vt in regno cœlesti tecum perpetim gaudeamus.

**Quintò.** ¶ Quintò, denique, mirabile est, quod duobus fratribus quodammodo datum est quod nescientes petebant. Planè Ioanni data est dextera, quia in Asia sacrum Christi euangelium prædicauit, Asia verò ad dexteram Hierusalem est. Iacobo autem sinistra dedit dñs, quia in Hispania primò fidem Saluatoris plantauit. In qua nouē tantū discipulos

lucra-

In festo sancti Iacobi.

273

lucratus est Christo. Quorum duobus relictis, septem secum duxit in Iudæam. O quā tushonor & gloria nobis Hispanis accidit, quitalem tanque egregium habemus patronum. Cuius corpus magno honore habetur in cōpostella. Inibi que innumeris miraculis corruscans. O summi numinis magna erga nos clementia, Asia, Græcia, Egyptus, & multæ nationes, Proh dolor cultum Dei reliquerūt, at in nostra Hispania fides intacta Christi Iesu permanet, permanebitque, domino opitulante, ad finem vsq; mundi. Nō nostris meritis sed precibus Beati Iacobi apostoli, sub cuius protectione sumus. Quod si aliquando ob magna orthodoxorum scelera Hispania à Sarracenis capta fuit, adiutorio sancti Iacobi restituta est, & liberata. Quippè qui ante cumeos nostros sæpè apostolus hic visus est contra infideles certare. Hinc ordo sanctus cœpit pro defensione fidei præliari, & ad hoc institutus est in Hispania. Adeò vt pro fide tuenda sponte vitam exponant. O foelix militia quæ semper fuit victoriosa, & insuperabilis, ait, Sanctus Bernardus. Ad milites templi. Nam si vincit quanta gloria? si miles in certamine moritur, maior est triumphus, excellentior gloria. Quæ omnia iure optimo accommodare possumus

M mus

Hispanie  
dec<sup>9</sup> sanct<sup>9</sup>  
Iacobus est.

Hispanie  
fides ma-  
gna.

S. Bernardus.

Annotationes

Iacobi. 4.

mus militibus sancti Iacob. Summa, postquam talem ac tantum patronum rex glorie nobis dedit fratres, regnare in hac calamitosa vita haud cupiamus. Non primas hic tenere contendamus, ubi vita hominis nihil aliud est quam vapor ad modicum parens. Nobis pollicetur dominus regnum firmum opibus, & delitijs affluens, fideliter certemus in hoc stadio, ut illud possideamus.

Matt. 13.

S. Augus.

li. 11. 13. 14.

c. 8.

Fulgebunt iusti sicut sol, in regno patris eorum. De quo Diuus Augustinus. Regnum coelorum regnum foelicissimum, regnum carens morte, vacans fine. Cui nulla tempora succedunt per ævum. Vbi continuus sine nocte dies nescit habere tempus. Vbi victor miles post laborem donis ineffabilibus cumulatur, nobile perpetua caput amplectente corona. Utinam remissa peccatorum mole me vltimum seruum Christi, iuberet diuina pietas carnis sarcinam deponere, ut in suæ ciuitatis gaudia æterna collocandus transirem. Ecce imperium quo potitur Sanctus Iacobus.

¶ Pro

In festo sanctæ Annæ. 274

¶ PRO SANCTA ANNA  
 sacerrime virginis Mariæ matre, legitur euangelium de Thesauro abscondito in agro. Quod exposuimus in festo Sanctæ Monicæ. Et habetur in fine libri dominici carum post pascha. Libuit nihilominus annotationes hascè dictare.



Primo, animaduertendum, quanta sanctitate Diua Anna fuerit decorata, quippè quæ talem ac tantam filiam nobis miseris Adami filijs genuit, & peperit. Equidem, ex optimo fructu, arbor bona agnoscitur, dicente domino. Arbor bona bonos fructus facit. Si ergo quis candorem & sanctitatē sanctæ Annæ ut cumque scire cupit, fructum benedictum, quem mundo labenti edidit penitus cõtēpletur, almam virginem Mariam tota indagine sui intellectus consideret, & tunc, ore pariter & corde cum Delbora cantabit. Benedicta tu inter mulieres, & in tabernaculo suo Anna benedicatur. Verum omni benedictione digna est mater, quæ matrē summi

Annot. 1.

Matthæ. 7.

Iudicij. 5.

M 2

Dei

**Rom. 11.** Dei, nobis peccatoribus contulit. Huc attinet quod apostolus testatur. Quod si radix sancta, & rami. O benedictam ac frugiferam arborem, nedum virentibus folijs, sed fructu benedicto onustam, o Mariam almam Dei matrem, in te filiorum Adæ oculi respiciunt. Tu domina rami pulcherrimi instar, ex arbore amenissima Anna matre tua, prodiens, angelorum cuneos letificans, orbem vniuersum instaurasti, & Christum Iesum filium Dei peccatoribus peperisti. Eas ob res fratres, tam matrem, quam filiam benedicentes, immortalis grates vtrique agamus.

**Secundo.** ¶ Secundo, notandum, quomodo Beata Anna cum suapte natura esset sterilis, à dño prolem suscepit. Nempè, vt testis est Diuus Hieronymus, Ioachim vir nobilis ex ciuitate Nazareth, Annam duxit uxorem nobilem, de ciuitate Bethleem. Ij ambulantes in lege domini, & per omnia mandata eius implentes annis viginti, sine prole fuerunt. Cōtiguit autem, vt Ioachim oblationem suam in templo offerente Isachar sacerdos, tam oblationem quam offerentem respueret dicens. Maledictus es secundum legem, eò quod non reliquisti semen in Israel, eam ob rem oblationem tuam accipere nollo. Hac iniuria affectus Ioachim in agrum se recepit, nollens domum suam inuise

inuifere. O quanto angore quantaque modestitudine Beata Anna contristata, domi sedens affatim dessebat. Sic ni fallor, Deus optimus electos suos probare assolet. Sicut **Sapient. 3.** scriptum est. Tanquam aurum in fornace probauit eos Dominus, & inuenit eos dignos se. Aptissima sanè comparatio, in qua calamitas quæque igni assimilatur. Quo igne delicta nostra purgantur, & perinde ac palleæ comburuntur, insuper & mens ipsa illuminatur. Foelix qui cum Paulo clamat. Superabundo gaudio in tribulationibus meis. Vos fratres æquo animo aduersa ferentes, gratias Deo nostro persoluite, ob oculos Raphaelis egregiam sententiam habentes, quippè qui Tobia iusto dixit. **Tobiæ. 12.** Quia acceptus eras Deo necesse fuit, vt tentatio probaret te. Probauit ergo dominus electos suos, Ioachim, & Annam, quos inuenit dignos se. Nam cum infracto animo contumeliam hanc sustinuissent, angelus vtrique apparuit, eosque consolatus est, dicens. En Deus optimus vobis filiam dabit, quæ cunctis filijs excellentior erit. Ex hac Messias nascetur, vti prophetarum oracula multis retro seculis vaticinati sunt.

¶ Post angeli faustissimum nuntium sancti **Tertiò.**

vir, non otio vacarunt, quin potius ora-  
 tionibus, pijsque operibus vacantes, sese  
 præparabant, ut pollicitationem per oracu-  
 lum angeli sibi factam completam viderent.  
 Equidem si in veteri testamento, tum de cõ-  
 ceptione Isaac, tum etiam Samsonis eorum  
 parentibus reuelatio facta est, nec non &  
 Lucas hoc ipsum de præcurfore domini  
 testatur, quorum de Maria Deifera non  
 id omnes incunctanter asseramus? quod in  
 laudem alicuius sancti in sacris literis scri-  
 ptum est, ait, Sanctus Bernardus id de sa-  
 cerrima virgine asseramus: oportet. Cæte-  
 rum vos fratres mecum altius expendite,  
 quanti Deus optimus faciat patientiam no-  
 stram, verum post illatam contumeliam à  
 sacerdote in templo, cunctis astantibus, Io-  
 achim nunciurn coelestem suscepit, qui ora-  
 tiones & elemosynas eius & Annæ vxo-  
 ris illius acceptus à domino contestatus est.  
 Facit sanè misericordiam dominus, omni-  
 bus iniuriam patientibus, uti propheta pro-  
 be dixit. Vnde conspicuum est, quam sit no-  
 bis opus patientia, quandiu in hac morta-  
 li vita sumus. Huc attinet quo Paulus tam  
 serio admonet ad Hebræos scribens. Patien-  
 tia vobis necessaria est, ut voluntatem Dei  
 facientes, reportetis promissionē. Ni fallor,  
 vir

S. Bernar.

Psal. 102.

Hebre. 10

virtus hæc egregia & præclara est, de quâ  
 Diuus Augustinus. lib. de patientia. Virtus  
 animi quæ patientia dicitur, tam magnum  
 Dei donum est, ut etiam ipsius qui nobis eã  
 largitur patientia prædicetur. Nempè, per  
 hanc virtutem bonum rationis cõseruatur  
 contra tristitiam, quæ mortem operari solet  
 authore Paulo. 2. Corin. 7. & ob id magno  
 pere optanda. Sanct. Tho. 2. 2. q. 136. art. 1.  
 ¶ Denique satis mirabile est, nec non à curi-  
 etis fidelibus imitabile, quanta charitate &  
 beneficentia Beata Anna & vir eius erga in-  
 pes fulserint. Quandoquidē in celo non in  
 terra thesaurizantes, sicuti dñs nusquã non  
 orthodoxis suadet, trifarie opes suas diuide-  
 bant. Partem primam templo Dei sponte  
 præbebant, oblationes, & sacrificia iugiter  
 Deo litantes. Erant tunc temporis holocau-  
 stomata illa, optimo Deo placita, in quibus  
 tanquã in typis, & in uolucris, vnicum sacro-  
 sanctum altaris nostri sacrificiũ deliniaba-  
 tur, quo aduētante vmbatica illa euane-  
 runt. Luce sanè adueniente noctis vmbra  
 dehiscit. Et ad eandem imaginem veritate il-  
 lulescente, idest, sole iustitiæ Christo Ie-  
 su veniente, tum legalia tum etiam cære-  
 monialia veteris legis effugerunt. Hinc  
 perpulchrè Ioannes clamat. Lex per Moy-

S. Augus.

Quartib.

Eucharis-  
 tia.

**Ioan. 1.** sem data est gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Quomodo sacrificia antiquæ legis admirabile altaris sacramentum præfigiebant, indicat Sanct. Tho. 3. part. quest. 73. articul. 6. Nos verò fratres, à Diua Anna discamus, ecclesijs diuitias nostras vltro dare, & hoc sacrificium veterum figurarum impletum frequenter in hospiciolum peccatoris nostri excipere. Alteram substantiæ suæ partem Diua Anna & Ioachim pauperibus impendebant. Certò certius scientes, **Eccle. 35.** quod in Ecclesiastico scriptum est. Da dño secundum donatum tibi, quoniam Dñs retribuens est, & septies tantum retribuet tibi. In omni dato hilarè fac vultum. Enimverò quod inopi ob Christi amorè erogamus regi nostro Christo largimur. Ipso dicente. Quod vni ex minimis meis fecistis mihi fecistis. Denique Beata Anna & Ioachim, tertiam partem opum suarum familiæ suæ reseruabant, ne forsitan ancillæ, & serui egerent. Etenim charitas quæ omnium virtutum maxima est, ordinem habet. **Canti. 2.** Alioqui sponsa non diceret. Introduxit me rex in cellam vinariam, & ordinauit in me charitatem. S. Tho. 2. 2. q. 26. ar. 1. Sunt heu quam multi præposterè agentes, quippe qui extraneis vltro bona tribuunt, domesticos verò suos famæ & nuditate affligunt. In quos apostolus inuehi-

inuehitur dicens. Qui suorum & maxime domesticorum curam non habet, fidem negavit, & est infideli deterior. Vbi per fidem, non theologalem virtutem, sed fidelitatem, qua dominus & herus providere domesticis suis tenetur, intelligamus oportet. Non sic sancta & pia Anna faciebat, sed velut de forti muliere memoriæ proditum est. De nocte surgebat, dans prædam domesticis suis, cibariaque ancillis suis. Quin & domestici eius vestiti sunt duplicibus. Cuius vestigia omnes vel maxime vxorati imitari debent. **1. Tim. 5.** **Pro. 31.**

*IN FESTO SANCTI PETRI ad vincula, lectio euangelij ea est, quæ in sollemnitate illius cantatur. Ideò lector expositionem eius ibi quærat. Nihilominus hodierna historia quam nobis beatus Lucas narrauit plurima annotatione digna continet.*

**P**rimò notandum, quomodo rex noster Christus electos suos in hac vita pati sinat. Idque planè eis adhuc viuens prædixerat ne forsitan calamitate imminere

10. 15. **te,** quicquam scandali paterentur. Si me, in-  
 quit persecuti sunt, & vos persequentur, &  
 alibi. Ego dispono vobis sicut pater meus di-  
 spofuit mihi regnum. Perinde dicat. Sic ab-  
 1. **Luc. 12.** to summi numinis iudicio institutum est, vt  
 per probra, flagella, & crucem ad resurre-  
 ctionis gloriam conscendam. Ad eundem modum  
 volo, vt vos mecum patiamini, quomodo in coelo  
 mecum regnetis, sedentes ad mensam meam.  
 Hinc Apostolus exhortans nos, ad obeun-  
 2. **Tim. 3.** das arumnas & labores ait. Omnes qui pie  
 vivere volunt in Christo Iesu, persecutiones  
 patientur. Mira res, non aliqui, sed om-  
 nes qui virtutis alium sunt, & pietatis cultores  
 esse cupiunt, Saluatoris quae doctrinam  
 sectantur aduersitates sustinebunt. Quid plu-  
 ra fratres? Pius ac misericors pater Deus,  
 quos diligit flagellat, & corripit, nec non fla-  
 gellare solet omnem filium quem recipit. Dum er-  
 go in carcere sceleris positum duabusque cate-  
 nis vincitum diuum Petrum hodie contemplanur, ne-  
 mo scadescat, aut miretur. Erat quidem Dei fi-  
 lius adoptiuus, & pie in Christo Iesu vitam  
 ducebat, eas ob res persecutionem patitur.  
 1. **Secundo.** ¶ Secundo, aduertendum cur versutus rex He-  
 rodes Petrum apprehenderit. Equidem teste  
 Luca, vt placeret Iudeis. Non ob crimem ab eo  
 patratum, quippe qui a grotis in nomine Iesu  
 salutem

salutem donabat, mortuis & vitam impede-  
 bat, ecce malum quod ab exordio mundi no-  
 bis euenit. Sane Adamus vt placeret uxori, **Gen. 3.**  
 displicuit Deo de ligno vetito edes. Extat re-  
 galis prophetae notanda sententia. Qui homi- **Psal. 52.**  
 nibus complacet confusi sunt, quonia dñs spre-  
 nit eos. Par est, vt quis pudeat, mandata Dei  
 transgrediens, hominibus vero complacens. Non  
 quasi hominibus placetes, ait Paulus. Qui si  
 aliquando omnibus se placuisse asserat, hoc  
 intelligamus oportet citra omnem noxam fecisse.  
 Imo omnes lucrifacere studens, omnium  
 seruum se fecit. Vos charissimi caueate, ne vt  
 Herodes hominibus placeatis, sic miser ipse  
 nec contristaret puellam saltantem, beati Ioannis ea  
 put iussit in disco adduci. Nec non & crucis **Marc. 6.**  
 Pilatus, Saluatore cruci adigit, vt Iudeis vo-  
 ciferantibus placeret. Ecce in quod precipi-  
 tum labatur, qui plus equo hominibus place-  
 renitatur. Si hominibus placerem, clamat **Gala. 1.**  
 Paulus, Christi seruus non essem.  
 ¶ Mirabile est, quantam curam dñs habeat **Tertio.**  
 erga electos suos, quanuis ad tempus ab  
 impijs eos insectari permittat. Beatus Pe-  
 trus somno indulgens vincitus iacebat in  
 ergastulo. Veruntamen Christus angelum  
 suum misit, quippe qui e manu tyranni He-  
 rodis eum liberaret. Percusso itaque latere  
 Petri

Annotationes

- Acto. 12.** Petri excitauit eum dicēs, Surge velociter. Et subinde catene ceciderunt ex manibus eius. O quoties vox hæc insonat in auribus cuiusuis peccatoris, attamen resipiscere nõ vult. Surge qui dormis, resurge a mortuis, & illuminabit te Christus, inquit Apostolus. En dormientem simul & mortuum peccatorem fore asseuerat. Mortuus est, quia vitam gratiæ scelere adueniente amisit, sicut scriptũ est. Anima quæ peccauerit ipsa morietur. Et rursus de filio prodigo pater dixit. Mortuus fuerat & reuixit. Est sanè charitas mater & forma virtutum, qua deficiente cæterę virtutes moriuntur. S. Tho. 2. 2. q. 24. ar. 8. Ideò radici comparatur, quoniam ab ea virtutes omnes nutriuntur & sustentantur. Hinc Paulus ait. In charitate radicati & fundati. Ephe. 3. Cæterũ peccator dormiens dicitur, nam vita comite surgere poterit, summi Dei gratia opitulante. Huius latus angelus percutit, quando sancta desideria, & frugiferas inspirationes immittit, clamatque, Surge velociter.
- Quarto.** ¶ Cæterum mirabile est, quanti Deus optimus orationem totius ecclesiæ existimet. Oratio autem fiebat ab ecclesia pro Petro in carcere posito. Fieri non potest, ait Sanctus Augustinus, vt precatio multorũ non audia-

In festo. S. Petri ad vincula. 279  
audiatur. Huc alludit quod sæpenumero Paulus orationes a fidelibus expetit. Obsecro vos fratres per dominum Iesum Christum, & per charitatem Sancti Spiritus, vt adiuuetis me in orationibus vestris. En quanta modestia Apostolus vtitur, Romanorũ præcationes flagitās. Rursus hoc ipsum inculcat, Colocensibus dicens. Orantes simul pro nobis, vt Deus aperiat nobis ostium sermonis, ad loquendum mysterium Christi. Propter quod etiam vincus sum. Verũ si tantũ ponderis habet oratio vnus iusti ante Deum, vt Mose orante pro populo, Deus optimus placatus est, ne faceret malum, quòd dixerat, quanti momenti erit plurium fidelium deprecatio? Multum valet oratio iusti assidua, inquit Iacobus. Petebant orthodoxi obnixè libertatem, & vitã diui Petri, ne funestus rex Herodes eum occideret, quod profecto assecuti sunt. Vnde conspicuum est, licere nobis orantibus res temporarias petere. Sanctus Thom. 2. 2. q. 83. artic. 6. Idque non vulgare solatium nobis præbet.

¶ Tandem, obseruatione dignum est, quã gratum se Deo exhibuit Petrus, postquam de ergastulo ope diuina ereptus est: Nunc scio verè, ait, quod dominus misit angelum suum

ROMA. 15.

Colo. 4.

Jacob. 5.

S. Th. 2. 2. q. 83. ar. 3

Act. 12.



suum & eripuit me de manu Herodis, & de omni expectatione Iudæorum. Hisce verbis gratias agit Christo Iesu, qui vnice suos amat, & nunquam eos deserit. Quin potius in tribulatione cum ipsis est, eripiens ac glorificans eos. Sic Deus ipse alloquitur in Psalmo. 90. Quoniam in me sperauit, liberabo eum. Hæbraicè. Quoniam me diligit liberabo eum, protegam eum, quoniam cognouit nomen meum. Vbi Sanctus Theodorus. Hæc vniuersorū Deus fatetur, edocēs, qui nā sit spei & dilectionis fructus. Liberabo, inquit, eum, tum ex visibilibus, tū etiam ex inuisibilibus insidiatoribus, eò quod spe, & dilectione sit munitus. Ipsum q; protegā, & clamantē exaudiam. Cum ipso sum in tribulatione. Eripiam eum & glorificabo eū. Ac si patenter dicat. Si in aliquam inciderit calamitatē, vnā ero, & tempestiuam consolationem afferam. Et nō modo à grauioribus ærumnis vltro liberabo, verum etiam illustrem ac gloriosum illum efficiā. Nōne hæc cōsequutus est rex Dauid post tot insectationes à Saule improbo factas? Nūquid rex Ezechias ex Assyriorū internitione maximam amplitudinem cōparauit? Pueris tribus laudes cātantibus in medio fornacis ardentis, angelus domini minimè defuit. Verum

Psal. 90.

2. Reg. 1.

Dan. 3.

rum

In festo. S. Petri ad vincula. 280  
rū & omnes qui spē suā in dño collocauerūt oimodis bonis fruētur, sicuti antiquæ nos edocēt historix, & in beato Petro hodie cernimus. O nimiū foelix toto corde diligit Saluatorē, & in ipso totā fidutiā ponit, is, ni fallor, cū propheta concinere poterit. Dirupiisti dñe vincula mea tibi sacrificabo hostiam laudis. Nec non cū Petro personabit. Nunc scio verè quia dominus misit angelū suū, & eripuit me de manu funesti Herodis, qui diaboli typum gerit. Hoc carmen canamus in hoc exilio degentes grates inmortales Deo offerentes, vt in coelesti patria iubilātes perpetim ipsum repetamus.

Psal. 115.

*J* PRO FESTO DE IPARÆ  
virginis ad niues, in libro eiusdem,  
abunde tractatum est.

*J* De solennitate transfigurationis domini, totum euangelium exposuimus in Dominica secunda quadragesimæ. Collibuit autē aliquot annotationes nunc dictare.

**P**rimo omnium maximè notandum, quam expediens fuerit vt Saluator transfigu-

Annott. 1.

transfigu.

Annotationes

transfiguratus apostolis suis ostenderet gloriam suam. Enimvero nisi viator finem viae suae agnoscat recte ambulare nequibit. Unde consulte Apostolus Thomas dixit. *Joan. 14.* Domine nescimus quo vadis: quomodo possumus viam scire? Idque in sagittario conspicuum est. Siquidem nisi primitus signum prospexerit, recte iacere sagittam non valebit. Ad eundem modum in operibus nostris, nisi finem quo tendimus aliquo modo agnoscamus, uti fas est operari non possumus. Eas ob res Saluator noster finem ad quem creati sumus, & in quem toto nisu tendere debemus palam faciens, transfiguratus est coram discipulis. Hinc Apostolus ait. *Phil. 3.* Salutorem expectamus dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostrae, configuratum corpori claritatis suae. *Phil. 3.* Cuncta nimirum singularem emphasim habent, vos fratres altius ea expendite. Pia igitur dispensatione gestum est, ne in passione domini succumberent, ut Christus suae resurrectionis gloriam apostolis ostenderet, nobis etiam insinua-  
*Act. 4.* ret, quod per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum caelorum. *S. Thom. 3. p. q. 45. ar. 1.*  
*Secundo.* ¶ Secundo, sum opere considerandum, quod non

In festo Transfigurationis. 281  
non omnes apostolos, sed dumtaxat tres accersens montem excelsum conscendit: quid ergo subest causae, quod non duodecim assumpsit? Primo, Saluator rem hanc sic ordinavit, quo mysterium hoc paucis fieret. Verum secretum non inter plures recte servari potest. Favet nostrae assertioni quod dominus dixit apostolis tribus descenditibus de monte, Nemi-  
*Matth. 17* ni dixeritis visionem hanc, donec filius hominis a morte resurgat: deinde non duodecim, nec sex, sed tres discipulos vocavit, volens probare opere, quod ore suo sacro ipse contestatus est, multi sunt vocati, pauci vero electi. O sententiam vehementer expauescedam, quotusquisque nostrum est qui penitius verbum hoc considerans non expauescat? *Matth. 20*  
Pauci sunt electi, charissimi, satagite precor, ut per bona opera certam faciatis vestram vocationem, veluti apostolorum princeps clamat. Huc alludit illud, Arcta est via, quae ducit ad beatitudinem, & pauci inveniunt eam, lata autem quae ad perditionem illectat, & multi ambulant in illa: proh nefas, quot superbi honores volaticos affectant, quot avaritro citroque fallaces, ac perituras opes queritant, quot homines pecudum more viuentes carnis oblectationibus inhiant: at contra, quam pauci humilitate decorati seculi  
N gloriam

**Matt. 19.** gloriam conculcant, paupertate spiritus freti diuitias spernunt, ore & opere clamantes, ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus Christum nudum in cruce pendentem. Cū ergo pauci sint qui ad gloriam resurrectionis peruenient, par erat vt pauci apostoli Saluatorem transfiguratum intuerētur, tremens ac stupens hæc recēseo fratres, triginta hominum millia congregati sunt ad bellū tēpore Gedeonis, & tercenti tantū triumphū de Madianitis habuere. Rursus sexcenta millia peditū ex Ægypto egressi sunt, & Iosue & Caleph dūtaxat terrā promissam late, & melle fluentē possederūt: quæ omnia eò scripta sunt, vt caueamus, & omni solertia vigilemus; cum sponsa orantes, domine trahe me post te, & curremus in odorē vnguentorū tuorū: quandoquidē nisi ipse nos tua gratia trahat ad montem gloriæ cœlestis ascendere haud valeamus.

**Tertio.** ¶ Tertio, omni acceptione, & consideratione dignū est videre, mirabilem transfigurationis modum: resplenduit facies eius sicut sol, vestimenta vero illius alba facta sunt, sicut nix. Vbi aduertendum quòd claritas illa, claritas gloriæ fuit quo ad essentiam, nō autē quantū ad modū essendi: itaq; claritas hæc à gloria animæ eius dimanauit per modum

**Nota.**

dum transeuntis, non permanentis, permansit vero in corpore Christi post resurrectionem, nec voluit à principio suæ cōceptionis sic fulgere, vt nostræ redemptionis opus in ipso adimpleretur. Itaque miraculosè Christus fulsit in trāsfiguratione, & super vndas maris ambulauit, teste Dionysio. Epistola ad Gaiū. Supra hominem, ait, Christus operatur ea quæ sunt hominis. Hęc mōstrat virgo supernaturaliter cōcipiens, & aqua instabilis materialū, & terrenorū pedū sustinēs grauitatē. Hęc Sanctus Diony. Cæterū et si Moses in mōte trāsfiguratus est, ita vt filij Israel in faciem eius nō potuissent intendere, quique typū gessit Saluatoris nostri figurati, veruntamē claritas illa non ab anima eius, sed ex consortio sermonis Dei oriebatur. At contra in facie Christi ex anima gloriosa & diuinitate emanabat. Quid plura? Non Moyse vestes candidę factæ sunt, nam illa pars vestis Christi Iesu erat. Procul dubiò vestis candore niueo dealbata, iustos omneis præsignat. Iuxta illud quod pater cœlestis filio suo Christo promisit dicens. Viuo ego quia omnibus his, velut ornamento vestieris, Sanctus Thom. 3. par. q. 45. art. 2. Hinc Sanctus Gregorius pulchrè inquit. libro. 33. moralium. Vestimenta Christi

Epistol. 4.

Exod. 34. Figura.

Esai. 49.

Matt. 13.

facta sunt splendida, quia in supernæ claritatis culmine sancti omnes ei luce iustitiæ adhererunt: eodē pertinet illud. Fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorum: claritas autē Christi superabit eorum claritatē, sicut niuis candor à solis luce superatur. O nos desides quid stertimus? Quid torpemus ocio vacantes? non sunt condignæ passionēs huius temporis ad futuram gloriā, quæ reuelabitur in nobis. Pro hac gloria vendicanda quid non sancti viri passi sunt? Quin & teneræ puellæ vincula, scelerates carceres, sartagine accensas ouanter sustinuerunt. A postolū audiamus, vt torporem subinde depellamus. Sancti per fidem vicerūt regna: & paulō infra. Secti sunt, lapidati sunt, in occisione gladij mortui sunt: verum vt

Heb. 11.

probe asserit Sanctus Augustinus. Si mille mortes quotidianos oporteret sabire, si ipsam gehennam longo tempore tollerare, vt

S. Augus.

Christum in sua gloria videre possemus, & sanctis eius sociari, nonne dignum esset pati omnē quod triste est, vt tanti boni, tantę

Abac. 3.

que gloriæ participes haberemur? Ingredietur putredo in ossibus meis, & subter me scaeteat, vt requiescam in die tribulationis, & ascendā ad populum accinctū nostrū. Quæ cum erit sanctorum gloria? Quam magnā

est

est

iusto-

iustorum lætitia, quū vnaqueque facies fulgebit sicut sol: libro manua. c. 15.

Mirares, Christo Iesu omnes prophetae testimonium perhibent, teste Luca ca. 10. Actorum, non tamen omnes adsunt transfigurationi domini, sed tantum Moses & Helias: quod nimirum mysterio non vacat: enimvero populi error talis erat, vt quidam Heliam fore Christum dicerent: ideò He-

Quarto.

Matt. 16.

lias adest, ne post hac error ille inualeseat. Præterea Moses legem dedit populo, Helias zelo accensus eam impleuit, regē Achab obiurgans, & quia Saluator non venit solvere legem, sed implere, atque zelo magno ad gloriam patris & redemptionem nostrā sponte in cruce oppetiuit mortem, par erat vt duo hi prophetae in monte illo apparent: sub hæc, Saluator noster vtriusque testamenti testes assumere voluit, quò se vtrorumque regem fore ostendat, in cuius figura, eo ingrediente Hierosolymam, tam illi qui præcedebant, quam qui sequebantur, vnum carmen & melos concinebant dicentes. Benedictus qui venit in nomine domini, osanna in excelsis. Matt. 21. Quid quod

Matt. 21.

Moses mansuetissimus fuit super terram, Helias zelo zelatus est pro domo Dei, ceu ipse testabatur, quas virtutes omnium ma-

N 3

ximè

Annotationes

ximè dominus pectoribus Apostolorum, necnon & animis nostris sumopere inferere conabatur. Discite à me, inquit, quia mitis sum & humilis corde. Matth. 11. De zelo verò eius palàm apparet vbi eiecit vendentes, & ementes de templo dicens, Aufer te ista hinc, domus mea domus orationis est, vos autem fecistis illam spelūcam latronum: nonne verba ardentia hæc sunt, ex magno rogo zeli, què ipse gerebat in pectore? Tūc recordati sunt discipuli quia scriptum est, zelus domus tuæ comedit me: nos fratres egregias hæc virtutes, patientiam & zelū imitemur, eas & votis ardētissimis queramus, ob oculos semper mititatem & zelum Saluatoris nostri habentes.

**Quintò.** ¶ Sed quid duo prophete ij inuicem loquebantur, Saluatorem in tam ingēti gloria intuentes? Lucas nobis narrat colloquium illud. Equidē tractabant de excessu, què complecturus erat in Hierusalē. O quas laudes, quas gratias agebāt patri cœlesti qui proprio filio non pepercit, sed pro omnibus nobis tradidit illum: magnificabant in super redemptorē qui tot probra & labores, pro totius mundi salute erat vltro passurus: quod vtinam nos orthodoxi diu noctuque facientes, in gratiarū actione persisteremus. Haud dubiè

Ioan. 2.

Psal. 68.

Quintò.

Luc. 9.

Rom. 8.

In festo Transfigurationis. 284

dubiè piorum hominū colloquia satis sua-  
uia hæc sunt. Cum sponsa dicētes, eamus ad  
mōtem myrrhæ & ad collē thuris, mōs ex-  
cellus, mōs in quo beneplacitū est Deo ha-  
bitare mōs Caluarius est, in quo myrrhatū  
vinū Christo datū est: rectè de exitu & mor-  
te Christi Moses & Helias fantur, nā omnes  
prophete de hoc excessu loquuti sunt, adeò  
vt Petrus dicat eos prædixisse priores pas-  
siones Christi, & posteriores glorias. Iure op-  
timo de cruce illic fit sermo, eò quòd crux  
via est ad gloriā cœlestē vindicandā. Sciam⁹  
ergo vitā præsentē nihil aliud esse quā lon-  
gā crucē, alioqui dñs nō diceret, qui nō tol-  
lit crucē suā quotidie & sequitur me, nō po-  
test meus esse discipulus. Enimverò vocula  
illa, quotidie, nō vulgarē energiā habet: di-  
scāt hinc iusti qualiter internis cōsolationi-  
bus Deus misceat externas afflictiones, nā  
quò plus quis internè consolatur, eo magis  
externè cruci addicitur: quo sanè attinet il-  
lud Pauli, Omnes qui piè viuere volunt in  
Christo Iesu, persecutiones patientur: mira-  
bile dictu, non vnā calamitatem, sed plu-  
res patientur qui vnice à Christo dilecti  
sunt. Allusio est ad illud. Vade Annania &  
quære Saulum Tharsensem, vas electionis  
mihi est. Ego ostēdam illi quanta oporteat

Cant. 4.

1. Pet. 1.

Luc. 14.

Dogma.

Act. 9.

eum pro nomine meo pati. Annotatione digna hæc sunt vos fratres mordicus ea tenete, & in corde vestro verba hæc versate. Quin & iusti viri, absq; tētationis certamine esse nō volūt. Hinc regalis propheta obnixè Deū optimū orabat. Proba me Deus, & tēta me. Rursus patiētissimus Iob toto pectore precabatur. Hæc sit mihi consolatio, vt affligēs me dolore nō parcas. O giganteos viros, hos obsecro, nos sectemur labores quos dominus inmittit nobis, nedū patienter sed ouanter oppetentes.

Tandem animaduersione satis digna est precatio illa beati Petri, quam in mote hoc fecit: Domine inquit, si vis bonū est nos hic esse. Super his verbis omni acceptionē dignis memini nonnulla adduxisse in fecūda Dominica quadragesimæ: sat sit nūc notare quam sit suavis spiritus domini, quamque dulce videre Christum in gloria sua cū angelis, quādo Petrus accidentalem gloriam Saluatoris, inspiciens ceu æbrius sic loquitur. Ecce parentū, amicorum, diuitiarū omniū, imō sui oblitus in hac mira suauitate persistere vult. O fratres, quam est malor guttariuli, & dulcedinis Dei, quam oceanus totius mundi. En mens imaginē Dei insignita, capax beatitudinis æternæ, quip-

quippè quā satiare vniversus orbis nequit, stilla vna gloriæ quā ebriam efficit: gustate & videte charissimi post hac, quā suavis est dominus, quo in his que sunt pia, sancta, ac recta ardentissimis votis precemini cū Petro dicentes, domine si vis, bonū est nos hic esse: nihilominus Luca teste nesciebat quid diceret, intempestiue beatitudinē postulabat, volens in hoc exilio cœlorum regnum collocare: nec absimile fuit illud, dñe discede à me quia homo peccator sum. Eodem attinet quod alibi dixerat, Non lauabis mihi pedes in eternum, nempe, veniam merebatur vir factus, quoniam ex vehemēti amore Christi, & affectu feruido verba eius erant profecta: quod vero Saluator iam descēdēte de monte philosophiam cœlestem eos docuit, & humilitatis dogma ob oculos eorum posuit, præcipiens vt mysteriū hoc neminem reuelent donec crucis trophæum vendicet: hoc ad nos erudiendos fecit, ne efferamur, aut quoquo modo insolescamus, dum arcananobis ipse patefacit, sed cū Esaiā clamemus nos ipsos dimittētes: secretū meum mihi, secretum meum mihi.

*Psal. 33.*

*Luce. 9.*

*Luce. 5.*

*Ioan. 13.*

*Humilitas.*

*Esai. 24.*

N 5 In

*Psal. 25.*

*Iob. 6.*

*Sexto.*

*Nota.*

Declamatio decima

**IN FESTO SANCTI LAURENTII**  
*martiris declamatio*  
*decima.*

**M** Agnum ni fallor, exemplar, & lucidissimum omnium virtutum speculum ante oculos nostros charissimi, hodie positum est. Laurentius vir egregius, quem nostra Hispania peperit, per inde atque gigas magnificus martyrii palmam domino opitulante sibi vendicavit: quippe qui non aqua fuit suffocatus, non gladio ferreo decollatus, ut de plerisque martyribus memoriae proditam est, sed super craticulam ferream iactatus prunis ardentibus subpositis miles Christi atrociter excruciatu, tum Deo optimo innumeras gratias impendebat, tum etiam cruento tyranno forti animo insultabat. Vnde bene merito de hoc athleta Christi decantare possumus, certamē fortē dedit illi, ut vinceret, non utiq; Saluator suos electos finit aduersa pati, ut succubāt in prelio, non ut deficiente hostibus suis terga vertant, sed potius victores effecti, gratia illius eos corroborate, gloriosum reportēt triūphū: vicit ergo martyr noster mundū, vicit diabolu, vicit deniq; poter se

Sapient. 8.

In festo sancti Laurentij. 286  
ter se ipsum, dum fortior se factus, ouanter pro Christi amore vitam suam exposuit, sed planē mirū hoc satis non est, cum extet verissima illa sententia ex ore benedicto Christi Iesu profecta, qui amat animam suam perdet eam, & qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam aeternam custodit eam: verū quoniam euāgelium hodiernū, tametsi admodū breue sit, multis verò scatet mysterijs, eam ob rem primò illud explanem⁹ grā sūmi dei nos adiuuante, oportet.

Ioan. 12.

*Amen amen dico vobis nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet.*

Euāgelium

Ioan. 12.

¶ Nec abs re de sua terribili morte verba facit, quū veluti scala fuerit sue resurrectionis, & glorificationis, sciens quod quidā gentiles venerāt ad eū affectu visendi ipsum, qui quē philippo dixerunt, volumus videre Iesum: mira res, ait, Sanctus Augustinus, Iudaei ex quib⁹ dignatus est nasci, inter quos tot potentia patrauit clamant, tolle, tolle crucifige eum,

Text.

S. Augus.

Declamatio decima.

eum, & gentiles ex longissimis regionibus, ardentissimis votis veniunt videre, & adorare Iesum. Equidem flos campī, & lilium cōuallium, hac & illac suum spargebat odorē. Iuxta illud, à solis ortu vsque ad occasum magnum est nomen meum in gentibus: itaque audiens tam faustum nuntium Saluator, quod iam gentiles ad eum certatim venirent, ut ut erat angularis lapis vtrumque parietem in vnam fidem, charitatemque cōiungens, animo gliscēs, respondit. Venit hora ut clarificetur filius hominis, vbi non modo de gloria resurrectionis suae loquitur, sed de glorificatione sanctissimi nominis sui. Et enim quem antea veluti filium virginis Mariae profitebantur, post eius admirabilem ascensionem tanquam filium Dei adorauerunt; quid plura? adhuc in cruce pēdebat, & inter latrones erat, & Centurio cum suis militibus clamabat, verē filius Dei erat iste. Quid quod populus intuens coelōrū signa, & petrarum scissuram pectora sua percutiebant, sui piaculi veniam ab ipso postulantes? sed obseruandum quod Saluator in hac vita noluit glorificari, sed post mortē. Vnde Paulus ait, Qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem, confusione contenta. Ad eūdem modum nos qui membra tanti capitis sua

Canti. 2.

Mala. 1.

Luc. 23.

Hebr. 12.

sumus glorificationem nostram fabula huius vitae transacta expectemus oportet. Cū apostolo acclamantes: Absit mihi gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi: ut ergo viam regiam per quam ad triumphū suae glorificationis venturus erat, nobis palam faceret, tunc addidit.

*¶ Amen amen dico vobis nisi granum Text. frumenti cadens in terram &c.*

¶ Ne forsitan falso existimarent, horā hanc suae glorificationis statim fieri, consulte passionem suam cum eis pertractat, quamuis suboscure schemate vili vtens de grano frumēti fato, meritō sese granū appellat, quod quidem in corde Iudeorum erat seminandum, fructificandum verò in corde gentiū, ut probē asserit Diuus Augustin⁹. Ecce granum quod terra illa sancta sacerdotalis, ob id nulli obnoxia tributo peccati, nobis cooperante Spiritu Sancto concepit, & in diuersorio Bethleemitico vehementer gaudens, protulit. De qua terra multis retro seculis vaticinatus est rex David dicens, Etenim dominus dabit benignitatem, & terra nostra dabit fructuum suum: Etenim pater caelesti benignitate dedit, quādo sua gratuita dignatione filium suum vnigenitum in mundū

Gala. 6.

S. August.

Gene. 47.

Psal. 66.

et c.



Declamatio decima

**Nota.** mundum misit, tunc terra sancta alma Dei genitrix fructum suum protulit, cuius odor & fragrantia tam erat mirabilis, ut adhuc in aluo sacrae suae matris existens, domum Zachariae odore repleuerit: adeo ut Helisabetha sese continere non valens, clamaret, Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui. Rursus granum frumenti per mortem satum fuit, ut fructum centuplum afferret. Observandum valde est, quod non ait, nisi granum frumenti cadens in terram putrefactum fuerit, quanuis granum ut fructum afferat, non modo moritur in terra laetum, sed putrescit. Ratio, quia Saluator mori voluit, quod sua morte, mortem nostram perimeret: veruntamen illud in foelicitatis elogium Adae pulvis es, & in puluerem reuerteris, in rege nostro Christo locum minime habuit. Huc alludit illud psalmi, Non dabis sanctum tuum videre corruptionem. Rursus notandum, quod granum seminatū postquam moritur ipsum in se non surgit, sed fructus illius tantum apparent: at Saluator noster ipse met post mortem surrexit, & secum plurimum fructum attulit: itaque res gesta superat parabolam propositam, sicuti veritas semper figurae praestare solet.

**Questio.** ¶ Sed quorsum in re tam conspicua, tamque etiam

In festo sancti Laurentij. 288

etiam rudibus agricolis nota iuravit, qui eterna veritas est, & sicut falli non potest, nec etiam quempiam fallere? nonne Paulus clamat. Insipiens tu quod seminas, non vivificatur nisi prius moriatur? ecce insipientiae arguit eum qui in re tam nota dubitavit: verum fratres non de re levicula agitur, sed de mysterio cunctis in audito seculis: de abiectione, de ludibrio, & morte filij Dei fit sermo: quis enim crederet projectionem artificium diuinum fore, vincula libertatem mereri, vulnera sanare, mortem vivificare nisi hoc iuramento solidasset veritas? sic verbum crucis carni horredum & explosum erat, ut Iudaeis foret scandalum, gentibus autem stultitiam. Caeterum ijs verbis dominus subindicat, quam per necessaria fuerit Christi mors, non quod in Deo aliqua possit cadere necessitas, absit, sed ex quadam suppositione, & ordinatione Dei facta, Christum pati necessarium fuit. O summa & ineffabilis Dei nostri erga nos dilectio, poterat dominus hominem saluare absque morte, & noluit autem humanae salutis remedium sine sanguinis effusione, & morte dilectissimi filij sui. Itaque Saluator dum de necessitate suae mortis ait, Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit. &c. Semper loquitur suppo-

1. Cor. 15.

1. Cor. 15.

Nota.

Declamatio decima

supposita præscientia, & præordinatione  
 S. Th. 3. p. q. 46. ar. 2. ad pri. Eodem at-  
 q. 46. ar. 2. tinet illud, Filius hominis, vadit sicut diffini-  
 Luce. vlti. tum est de illo. Lucæ vltim. Et iterum, Necessè  
 se est impleri omnia quæ scripta sunt in le-  
 ge Moyli, & in prophetis & psalmis de me.  
 ¶ Sed Iesu bone, & hominum amantissime,  
 unde solitudo tibi nisi in cruce obeas? non  
 tibi adueniet solitudo quatenus es Deus, nã  
 Luce. 8. verba ex ore tuo sacro profecta ea sunt, nõ  
 sum solus, quia pater meus mecum est: &  
 eadem ratione tecum est Spiritus Sanctus,  
 à patre & à te procedens: quum ergo vna sit  
 æternitas, vna essentia eademque maiestas  
 totius sanctæ Triadis, fieri non potest vt so-  
 lus maneas, morte tua cessante. Quod si de  
 tua humanitate loquaris, nec etiam timen-  
 da est solitudo: millia millium angelorum ti-  
 bi famulatum præbent, & in deserto post  
 tot labores & ieiunia, diabolo tertio deuicto  
 angeli accesserunt, & tibi perinde atque re-  
 gi tuo ministrabant. Quid ergo ais, nisi mor-  
 riar solus manebo? audite fratres, & tota ani-  
 mi intentione perpendite exuberantem re-  
 gis nostri erga homines dilectionem, quan-  
 do quidem verba hæc tela ardentia sunt, &  
 pectora nostra nisi saxea sint vehementer  
 vulnerant. Solum se reputat dominus no-  
 ster

Nota.

Matt. 4.

In festo sancti Laurentij. 289

ster in celo nisi secum habeat prædestina-  
 tos, quos elegit ante mundi exordium: quip-  
 pe quos tanto opere dilexit, vt tâquã sui obli-  
 tus, per probra innumera, per atrocita vulne-  
 ra, denique per ignominiosissimam crucis  
 mortem hominum societate, & gloriã que-  
 ritaret, ipsum solũ manet. Secundus post re-  
 gẽ in Egypto imperabat Ioseph, nihilomi-  
 nus veluti solus ambulabat, quãdiũ fratres  
 suos corã nõ habebat, & ad eandem imagi-  
 nẽ Saluator, quanquã anima eius verbo ab  
 inicio conceptionis fruebatur, sese solum re-  
 putat, nisi filios suos vnice dilectos in coele-  
 stem gloriam secum abducatur. O torporẽ, o  
 ignauitã meam insignẽ dñe Iesu, tu dñe qui  
 nullius egēs, qui omnia continēs, sine me so-  
 lũ te esse asseris, & ego qui sine te viuere aut  
 subsistere nequeo absq; te; qui e manu tuã  
 potẽti habeo quicquid possideo, solum nõ  
 me fore arbitror quãdiũ in hoc exilio de-  
 go, & te creatorem meum ac redemptorem  
 in coelesti regno non fruor. Vtinam charis-  
 simi iam cum propheta toto pectore inge-  
 miscentes indefesse clamemus, heu mihi  
 quia iucollatus meus prolongatus est. Et ite-  
 rum, Deus cordis mei, pars mea Deus in æ-  
 ternũ. Equidẽ redẽptor meus quãdiũ aduixerõ,  
 toto pectore clamare nõ desistã, factus sum  
 O sicut

Genes. 41.

Psal. 119.

Psal. 71.

Declamatio decima

sicut passer solitarius in tecto, quandiu te in coelo non video.

¶ Sed iam lubet ultra procedere, & quæ sequuntur in lectione euangelica explicare.

**Text.** *Si aut mortuū fuerit multū fructū affert.*

¶ Rursus salutarē suā mortē ob oculos ponit, mirabilem illius fructū subindicās, qui pē quē propheta euāgelicus Esaias præuides, dixit, Si posuerit animā suā pro peccato, videbit semē longæuum, ad finem vsque mundi nex sata Iesu filios generabit, & nūquā fructificāre in animabus orthodoxorum desinet. Semē longæuū vocat sacrosanctā ecclesiā, quæ colūna immobilis est, & lapidif summo angulari Christo Iesu nititur: atqui omnis intellectus stupet, & quæuis lingua balbutit, innumeros fructus passionis domini volens enarrare, quando quidem Saluatoris mors totius mūdi debitū mirum in modū persoluit, patri cœlesti nos recōciliavit: ea est quæ vinctos in lacu in quo nō erat aqua soluit, & in libertatem filiorū Dei magnificē asseruit, cœli ianuam nobis aperuit. Vnde Paulus ait. Habemus fidutiam in introitu sanctorum, scilicet, cœlestium, per passionē Christi. S. Th. 3. p. q. 49. ar. 5. Itaq; per Christi mortē non modō liberati sumus à pcc

Esai. 53.

Zach. 9.

Heb. 10.

In festo sancti Laurentij. 290

à peccato totius naturæ humanæ, quantum ad culpam & reatum pœnæ, sed etiam à peccatis singulorum, modō communicemus passioni eius per fidē & charitatem, & sacramenta. Nec abs re in lege veteri sancitū fuerat vt homicida remanet in ciuitate refugij, donec summus sacerdos exhalaret animam: quo mortuo poterat in domum suam redire liber. Quid multis immoror? sic mors saluberrima Saluatoris cœlum aperuit, vt iam certatim peccatores veniant pœnitentiā agētes, dicēte dño, Regnū cœlorum vimpatitur, & violētī rapiūt illud: mira res, mors vna Christi Iesu pro nobis oblata effecit, vt nō iam in Iudæa notus sit Deus, sed longē lateq; perlustrās eius glōria, laudabile est nomē eius à solis ortu vsq; ad occasum: laudabile in quam est nomē sanctū illius, vt psaltes Regius prædixerat: O granū frumēti valde pretiosum, quod in cœlo pri<sup>9</sup> celites mētes satiaisti, & in terrā descēdens, mirabiliter sine semine viri ortum, homines fideles signasti. O spes vnica in te cōfidētū, O panē viuū cōiuarū tuorū mētes viuificās, in terra cordis mei fructū affer cētuplum, & millecuplum ne vnquā tuæ mortis fructu careā. ¶ Ceterū, quo nā pacto quis fidelis Christū lucrari possit, & passiois fructu perfrui, iā pa

Matt. 11.

Psal. 112.

Num. 35

Declamatio decima

Iam facit. Verum Saluator noster ob id passus est pro nobis, non ut delicijs luxuique dediti vitam more belluarum expendamus, sed teste Diuo Petro, ut sequamur vestigia eius, eadem amore illius patientes, quae ipse pro nobis sponte pertulit. Alioqui passio & mors eius in frugifera nobis erit. Hinc Apostolus clamat, quod si filij, & haeredes. Haeredes quidem Dei cohaeredes autem Christi, si tamen compatimur, ut conglorificemur. Signanter ait, si compatimur, perinde dicat, alioqui haereditatem in caelo cum Christo minimè possidebimus. Obmutescant nostri aui haereticorum commenta, quippe diaboli versutia, palmam fidei tantum praebet, poenitentiam posthabet, & pietatis opera execratur dicentes, Christus nos redemit, ille pro nobis passus fuit, sat est: comedamus & bibamus, cras enim moriemur. O execrandam sententiam, quae sic tot hominum millia, & regna inuasit, ac destruxit. Equidem fratres parui refert nos renatos fuisse in baptismo tanquam grana electa, nisi omnino in nobis moriatur, quod veterem illam vitam redolet; audiant, & audientes poenitius rem tam feriam apud se expendant omnes fideles Saluatoris dogma. Qui amat animam suam perdet eam: ubi vitam praesentem animam dominus

voca-

In festo sancti Laurentij. 291

vocavit, iuxta illud, Nolite solliciti esse animae vestrae quid manducetis: qui ergo pluris facit vitam suam, tyranno oblato, quam fidem & amorem Christi, is perdit eam, quia post mortem nunquam vitam inueniet, sed perpetuam mortem vel sic. Qui tamen si tyrannus desit, carni suae pessime acquiescit, & belluinam vitam sequitur, talis propriam vitam perimit: nam qui diligit iniquitatem odit animam suam: & sapiens ait, Si animae praestes concupiscentias suas, faciet te gaudium inimicis tuis. Exemplo nobis sit Samson, quem Dalida subdola miserè decepit, & eum in manus inimicorum suorum dedit, ecce imago funestae carnis nostrae. Hinc sanctus Augustinus ait, si amas perdis, noli ergo amare vitam tuam in hac vita, ne perdas in aeterna vita. Miror quosdam adeo rudes & stupidi, qui verbum hoc perperam intelligentes, se ipsos infeliciter occiderunt. Enimvero dominus qui piaculum homicidij prohibuit, etiam vitam propriam conseruare iussit, & nullatenus abrumpendam violenter docuit: atqui qualiter anima, id est, temporalis vita sit odienda iam aperit Saluator noster.

*¶ Qui odit animam suam in hoc mundo in vitam aeternam custodit eam.* Text.

C 3

¶ Si-

M ar. 6.

Psal. 10.

Eccle. 18.

S. August.

## Declamatio decima

¶ Signāter ait, in hoc mūdo, quatenus de tēporali vita hoc intelligamus, non de anima quæ excellentior pars hōminis est. Sanctus **S. Chryst.** Chrysoſtomus, qui amat animā suā in hoc mūdo desideria eius facit, odit autē eam qui nō cedit ei noxia cōcupiscēti. O vehemēter fœlix, qui ceu capitalē inimicū carnē suam habet. Magnoperē aduertendū quod nō ait domin⁹, qui nō cedit animę suę, in vitā æternā custodit eā, sed dixit, qui odit animā suā, quo intelligamus quam sit odienda verſuta caro nostra: quippē quæ instar Euxæ quæ lethalia sunt semper spiritui suadere cōtendit. Equidē quē inimicum habemus, nedū videre sed nec eius vocem audire placet: quin aduersus eum pugnamus, & contraria voluntati illius patramus: nonne fratres hunc inimicum à paucis agnitum, nobis ostendit **Gala. 6.** apostolus dicēs, Caro concupiscit aduersus spiritū: planē nō uti amicū corpus suum fonebat Paulus, sed ut funestū inimicum persequeretur. **1. Cor. 9.** Castigo, inquit, corpus meum, & in seruitutem redigo, ne quū alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar. O tremēda sentētia potissimē prædicatorib⁹, quibus fat nō erit, ore pœnitētiā prædicare, nisi opere eam fidelibus suadeāt: totus sit vox qui euāgelium nunciat oportet, ita ut cū præcurſore clami-

## In festo sancti Laurentij. 292

clamet. Ego vox clamatis in deserto: odiamus igitur charissimi animam nostrā, nihil quod carni placet operantes, quin potius crucem Christi spōte portantes, propriam voluntatem abnegemus, abstinētia & inedia corpus domantes, penitissimos affectus eradiciemus vitromā qui Christi sunt carnem suā crucifixerūt, cū vicijs & cōcupiscentijs, **Matth. 3.** Diuo Apostolo autore, Sic, sic, in vita perēni & sempiterna vitā nostrā seruabimus: at cōtra, qui sui amatores sunt, perperam seipſos amantes, ij tenent tympanum in manu, & citharam, & gaudent ad sonitum organi, **Iob. 11.** ducunt in bonis vitam suam, & in puncto ad infernum descēdunt. Ecce quā pestilens sit carnis fetidæ amor, quanque sint cæci: & amentes, qui nolūt vitam suam odire in hoc mundo, ut in coelesti & fœlici vita eam custodire valeāt: at quoniā hæc omnia mirum in modum ardua sunt, & vires nostras exuperāt, Saluator mūdi ne fortē animū despōdeamus sese exēplū nobis præbet. Vnde ait.

¶ *Qui mihi ministrat me sequatur, & ubi ego sum, illic & minister meus erit.*

¶ Mira res qui tot millia angelorū habet in cœlo, dicēte Daniele millia milliū ministrabant, ei, is dignatus est in terrā descēdere ho-

## Declamatio decima

mo factus, ut homines ministros haberet, quos pro ministerio, & obsequio sibi oblato bearet in caelo. O stupēda res, vehemēterq; miranda, sese nobis ministrū praeibit filius Dei, quo ad in suū ministerium prorsus nos pelliceret, allectaretq;: ego autem in medio vestrū sum, tanquā qui ministrat. O insolentiam, O execrādā peruatiam eorum, qui mundo, ac diabolo inferuiunt, non autē famulatū Christo exhibēt, quippē quē ministrū habēt: verba ni fallor, hęc, nō ad quosuis, sed ad selectos suos Saluator loquitur. Admonet ergo nos primo nostræ vocacionis, ut qui in sacro baptismatis fonte abluti sumus, quiq; mūdo & satanę renūciauim⁹, & crucis Christi vexillū amplexati sum⁹, ministros strenuos nos exhibeam⁹, mādati dñi adherētes. Nec aliō tēdit q; signo sanctę crucis cōmuniti incedimus, tāquā Christi milites. Si igitur Saluatoris ministri nūcupamur quo titulo nihil vtilius, aut honorabilius. ratio ipsa deposcit, ut re ipsa hoc ostēdamus, nec sedifragi aliquādo inueniamur. Hinc apostol⁹ clamat. Exhibeam⁹ nos Dei ministros in multa patiētia, in ieiunijs multis. Id que ut fideliter ac fortiter operemur, seipsū ob oculos nostros offert dicēs. Me sequatur ac si patēter dicat. Ipse vti dux & strenu⁹ imperator

Luc. 22.

Nota.

2. Cor. 6.

In festo sancti Laurentij. 293

perator vos precedā, nil paueatis, ego ipse pugnabo pro vobis, & inimicos vos infestātes subuertā, quod in Pharaone & cuneis ei⁹ est videre. Ad hęc, me sequatur. Heroicas meas & ex omni parte absolutas virtutes imitentur. Non enim quicquam ministro meo precipiam, nisi quod re ipsa & exemplo effeci. Exemplum enim dedi vobis, ut quemadmodum ego feci vobis vos ita faciatis. Consideremus ergo fratres votum quod sponte in baptismo fecimus, ut opere illud impleamus. Deinde Saluatoris exemplum tanquā scopum habemus, nam duobus ijs calcari- bus stimulatī, post eum curremus. Nec obstat quod non aliquod ministerium exprimit rex noster. Verum diuersarum gratiarum sunt fideles, & non omnes ad eundem statum vocantur, ut regina, id est, sancta ecclesia varietate circumdata pulchrior, & venustior appareat. Quemadmodum propheta cecinit. Imò in eadem domo, Martha ministrat mensæ domini, & soror eius Maria ad pedes eius sedens verbum Dei contem- platur. Itaque ille Christo ministrat ut par est, qui in statu suo officium accurate exequitur, semper cum Dauide orans. Domine doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus est tu. Hęc alludit illud Ioannis,

Ioan. 13.

Luc. 10.

Psal. 142.

O 5 Qui

## Declamatio decima

Qui dicit se Christo manere, debet ambulare sicut ipse ambulavit. Verū est, quod nemo hæc implere valet, nisi gratia summi nominis opitulāte. Nihilominus si instāter petimus, qui præcipit, ut ipsum sequamur, affatim virtutē dabit. Etenim ille suapte natura, largifluus est, datque affluenter, nec improperat. Sequitur nunc.

*Tex. ¶ Et ubi ego sum, illic & minister meus erit.*

*Collatio.*

¶ Quemadmodum sapientissimus rector, ut facilius ad labores obeundos persuadeat, & ad virtutes vendicandas premium, & honores pollicetur, ita dñs videns quam sit arduū, atq; laboriosum iter suæ sequellæ ingentem mercedē suis ministris promittit. Vbi ego sum illic & minister meus erit. Nec desunt qui hunc locū ad crucē & calamitates Christi referāt. Perinde dicit. Ego multis ac varijs tribulationibus in hac mortali vita affūctor, quas ob res minister me⁹ nihil aliud speret in hoc mūdo. Si me persequuti sunt, & vos persequentur. Non enim fas est ut servus sit maior domino suo. Sed quia non de pœnis quas electi passuri erant hic agitur, sed de premio ministri fidelis, plus literalis sensui consonat, si de mercede sanctorū

verbum

In festo sancti Laurentij. 294

verbum hoc exponamus. Allusio est ad illud. Hodie mecum eris in paradiso. Quis vnquam regū sic suos honoravit milites, quālibet sanguinem suum certantes in bello effuderint? Signanter inquit. Vbi ego sum, non ubi ero, ut gloriam animæ suæ intelligamus secundum partem superiorem, quæ planē fruebatur ab initio suæ conceptionis. Fuit quidem à principio suæ sanctæ cōceptionis simul viator, & comprehensor, sicut omnes theologici contestantur. Sanctus Thom. 3. part. quæst. 34. artic. 4. Quandoquidem sancti omnes cum Christo erunt in cœlo, & perpetuò manebunt. Alioqui nūquam diceret. Ego dispono vobis sicut pater disposuit mihi regnum, ut edatis & bibatis super mensam meam in regno meo. O mensam opiparam, mensam cunctis dapibus plenam, longè meliorem ea quā in vestibulo horti accurate rex magnificus Assuerus principibus suis affatim suppeditavit omnia. Vbi vinum abundans, ut magnificentia regis dignum erat. Equidem in hac mensa Christi omnes conuiuæ merito gloriæ æbrij sunt. Dicente propheta. Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos domine. Agite charissimi, & quāprimū omnibus mundi

Luc. 22.

Theologi.

1. d. 3.

S. Th. 3. p.

q. 34. ar. 4

Luc. 22.

Hester. 1.

Figura.

Ioan. 13.

## Declamatio decima

mundi bonis posthabitis ad Christum conuolate, nam ubi ipse fuerit, etiam minister eius fidelis erit. Nonne verba eius illa sunt?

**Apoc. 3.** Qui vicerit dabo ei sedere in throno meo, sicut & ego vici, & sedi cum patre meo in throno eius. Enimvero magnam emphasim singula verba continent. Quæ omnia vnico

**Roma. 8.** verbo Apostolus exponit dicens. Hæredes quidem Dei cohæredes autem Christi, si tamen compatimur, vt conglorificemur. Cæterum adhuc munificentia regis nostri magis ac magis lucefcit in promissione, quam nunc addidit.

**Text.** *¶ Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum pater meus.*

**S. Chryso.** ¶ Iuxta Chrysoftomum, eam ob causam non dixit, ego honorificabo eum, quia tunc discipuli, vt rudes, maiorem de patre coelesti habebant opinionem. Adeo vt propè passionem Saluatoris audacter Philippus dixit. Domine ostende nobis patrem, & sufficit nobis. Vel ideò loquitur de patris sui honore, quem daturus est ministrantibus sibi, ne forsitan terrenum honorem esse excogitarent, peterentque sibi thronos ad dexteram & sinistram magistri, quemadmodum duo fratres Zebædei filij frustra petierunt.

Planè

In festo sancti Laurentij. 295

Planè qui tam honoris cupidi sumus, & dignitatibus inhiamus, quid causæ est, quod pro nostra virili Christo Iesu non seruire nitimur? Si magnum homines rudi existimant à terreno rege honorari, quippè qui hodie est & cràs moritur, quantum obsecro erit à rege regum Deo perpetim honorem accipere? Sanè de quouis sancto dictum est, quod de Mardocheo seruo fideli scriptum legimus. Sic honorabitur quem rex voluerit honorare. Superest fratres vt posthac soli Christo ministremus, ei votis ardentissimis seruietes, cui seruire regnare est. Sic pater honore mirabili nos afficiet, sic vbi rex noster est & nos erimus, facie ad faciem eius gloriam intuentes, ipso patrocinate. Cui sit honos & imperium, cum patre, & sancto flamine. Amen.

Nota.

Hester. 6.

## ANNOTATIONES

### Appendices.

**P**rimo notandum, quam opus erat nobis Saluatorem nostrum mori, vt fructum vberimū afferret, instar grani frumenti. Quippè quod nisi fatū fuerit, nihil ex sese fructus prodit. Nō quod

Annota. 1

omni-



omnipotens Deus mille modos non habuerit, genus humanū saluandi, sed quia summū numen sic instituit ac decreuit per passionem filij sui homines saluari. Equidem potens erat Deus absq; vlla satisfactione nos eripere, nec contra iustitiam faceret, quum omnis iustitia ex illius voluntate pendeat.

S. Th. 3. p. S. Tho. 3. p. q. 46. ar. 2. ad secundum. Nō au-

q. 46. ar. 2. tem conuenientior modus nostræ sanandæ miseræ fuit quā per Christi Iesu mortem.

Sāctus Augustinus. li. 13. de Trinitate. Hūc sanè pertinet parabola de serpente æneo in ligno à Moyse exaltato, cuius aspectu omnes sauciati fiebant incolumes. Metaphora de grano frumenti, & alia id genus eodē tendebant. Itaq; veluti sat nobis nō foret Christum nasci nisi mortem oppeteret, ita nil nobis prodest renasci per baptismum, nisi moriamur peccato, & mundo. Vnde Apo-

2. Cor. 5. stolus inquit. Si vnus pro omnibus mortu⁹ est, ergo omnes mortui sunt. Vt nō amplius nobis viuamus, sed ei qui pro nobis mortu⁹ est.

† Ecce viuere Christo adimplere eius voluntatē est, & nostrā abnegare. Sūma, Christoviuere, aliud nō est quā edomitashabere passiones, diabolo & mūdo poenit⁹ renūciare, carnē maleuolā cruci poenitētię affigere.

Gala. 5. Dicēte Paulo. Qui sunt Christi, carnē suam

cruci-

cruciñgerūt cū vitijs & cōcupiscentijs. Felix qui tū corde, tū ore cū Apostolo ait. Mihi viuere Christus est, & mori lucrum.

¶ Secūdo maxime aduertendū, quā frugifera fuerit Saluatoris mors. Etenim antequā crucē ascēderet, vt solitariū granū fere erat, id est, nō plures ad cognitionē sui attraxit, nā ia propria veniēs sui, id est, Hebræi, quibus promissus erat, ex eis natus, nedū adora-

uerūt vt Melsiā, sed cruci addigerūt. At vbi mortuus est vitæ author, sepultus, & tertia die surrexit, tūc cinciui nostri Sāsonis renasci ceperūt & Philistin profligati sunt, demones oēs stupuerūt. Oēs patres qui in limbo erāt erepti tuere & Dēitatē Christi viderūt. Quid plura? multa corpora factorū surrexerūt cū eo & introierūt in sāctā ciuitatē, & apparuerūt multis. O Iudeorū demētia, vox illorū erat. Quādo morietur & peribit nomē ei⁹. Ecce delusi sūt: nā morte Christi aduētā te coeli aperti sūt & eorū ianua à principio mūdi clausa ob Adæ piaculū electis patuit. Vbiq; terrarū in noīe Iesu oēs genua flectit. Bene scriptū est Exo. 1. Mortu⁹ est Ioseph, & creuit populus eò q̄ Saluatore mūdi moriente, populus fideiū mirū in modum creuit. Quod videre est. Act. 2. Et Ioannes demonstratus aiebat. Vidi turbam magnam quam

Secundo.

Iudi. 16.

Psalms. 40.

S. Th. 3. p.

q. 49. ar. 5.

diuine-

dinumerare nemo poterat, ex omnibus gē-  
tibus & tribubus & linguis stātes ante thro-  
num. Apoc. 7. Ecce fructus quos passio do-  
mini nostri protulit.

**Tertiō.** ¶ Tertiō obseruādum, quomodo oporteat  
nos mori, vt mortis Christi Iesu participes  
simus. Non vtique Saluator huc venit, & tot  
labores & probra, atque mortem passus est,  
vt homines torpeant, & oblectamentis suæ  
carnis sese tradant. Imò eatenus in cruce  
obiit, quatenus & nos orthodoxi prauos  
nostros affectus crucifigentes, pœnitentiā

**Matt. 11.** salutarem agamus. Pœnitentiam agite, ait  
optimus magister noster, & appropinqua-  
bit regnum ecelorum. Verbo hoc vel solo,  
labefactantur omnia hæreticorum commē-  
tā. Quique falsò in barathro scelerum suo-  
rum persistētes regnum coelorum sibi pro-  
mittunt, quibus gehenna ignis parata est.

**Aduersus hæreticos.** Pudefiant & obmutescant oportet, qui ab  
vinitate Romanæ ecclesiæ seipfos, suo ma-  
gno malo diuiserunt, & quid modo domi-  
nus præcipiat auscultent. Qui amat animā  
suam, perdet eam. Quod est dictū. Quisquis  
mortalem hanc vitam in hoc mundo malè  
seruat, perdit. Contra, quisquis odit eam sa-  
pienter, & pro euangelij prouentu illam  
obijcit periculis ac mortibus, is vitam neuti-  
quam

quam amittit, sed optimè seruat, pro morta-  
li, breui & misera vita, perennem, ac foeli-  
cem, in resurrectione recepturus, quam per-  
didisse videbatur. Vnde Sapiēs ait, visi sunt  
oculis in sapientium mori, illi autem sunt in  
pace. Ad hæc, quamuis tyrannus non adsit,  
diabolus, ac mundus nequā, & caro subdola  
nō deerunt, qui que diu noctuq; animā pio-  
rum infestent. Quas obres vigilijs, ieiunijs  
& orationibus inilādum est, ne vocem Euz  
audientes, quā nobiscum gestamus, vt  
Adam dilabamur. Vbi notādum, odire ani-  
mam nostram, nil aliud est, quā non acqvie-  
scere carnis nostræ affectibus, negare pro-  
priā voluntate, tenatius summi Dei volūta-  
ti adhærere. Vêh eis, qui contra faciunt, de  
quibus Apostolus testatur. Instabunt tēpo-  
ra periculosa, erunt homines seipfos aman-  
tes, superbi, elati &c. En omniū malorū fons  
amor sui ipsius est. Vnde Sanctus Augusti-  
nus, Si malè vitā tuā amaueris, tunc odisti, si  
vero bene oderis, tunc amasti. O paradoxa  
sanctissima, quis sapiens, & intelliget ea? nē-  
pè, qui sibi diffusus, soli Christo fidit, & ab il-  
lius nutu pendet.

¶ Quarto, opere pretium erit altius expen-  
dere, quam sit largifluus rex noster Chri-  
stus, quantamque munificentiam erga mi-  
nistros

Sap. 3.

Gene. 3.

2. Tim. 5.

S. Augus.

Quartō.

nistros suos exerceat. Mira res, cui totum quod sumus, quod possumus, & valemus, in ipso debemus: qui nos ex nihilo creauit, & cruore sacro suo nos redemit, de potestate diaboli, atque in libertatem filiorum Dei asseruit, qui denique bonorum nostrorum non indiget, sed vniuersorum dominus, & moderator est, is clamat, & ait, Si quis mihi ministrat me sequatur, & vbi ego sum, illic & minister meus erit. Quis vnquam pater talem pollicitationem filio suo fecit? Enimvero si ethnico illi alioqui docto credimus, Deo, parentibus, & magistris, non redditur equiualeus. Qui ergo se discipulum meum proficitur, me magistrum, ac dominum sequatur oportet, vestigia mea sectetur, mores, & virtutes heroicas pro sua virili imitetur: nam quos habuero confortes afflictionum, eos nullatenus seiungam a consortio felicitatis meae. Insuper, si quis mihi fidum ministrum se praebuerit, hunc pro temporarij smalis, proque ignominia, qua apud homines affectus est, pater aeternus, felicitate aeterna decorabit. Dicamus igitur fratres, & gliscetes cum Psalmodographo concinamus. Inclinaui cor meum ad faciendam iustificationem tuam, propter retributionem. Vbi verbum illud, inclinaui, non vulgarem emphasim habet. Nec decet orthodoxum

Aristo.

Psal. 118.

doxum

doxum duntaxat pro beatitudine bona operari, sed ob Dei amore mandata eius sunt adimplenda. At cor inclinare considerato caelesti premio, satis vtile & honestum est. Alioqui non saepenumero in arcanis literis, Deus optimus sanctorum premium nobis inculcaret. Denique, potissimum aduertendum existimo quam frugiferum frumenti granum fuerit beatus martyr Laurentius. Equidem in terra feracissima, quae est ecclesia, hoc benedictum granum satum fuit. Granum, inquam, fuit hic sanctus, non zizanium aut palea, veluti improbi, quos ignis gehennalis expectat, uti in parabola quadam dominus testatur. Quod si quid paleae habuit, acerbitate tormentorum Laurentius purgatus est, & in horreum dominicum receptus. Vnde Sanctus Gregorius. Quod fornax est auro & flagellum tritico, hoc tribulatio est viro iusto. Quo attinet illud Sapientis. Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis. Et illud Tobiae. In tribulatione peccata dimittis. Cauendum magnopere est, ne palea, aut zizanium nos simus, sed grana purgata, nam tempore messis aduentate, qui paleae fuerint in aeternum ignem proiecientur. Grana vero in horreo caelesti collecta perpetuo conseruabuntur. O quam mortificatus

Quinto.

Marc. 13.

S. Gregor.

Eccles. 15.

P a fult

Declamatio decima

fuit beatus Laurentius, is Hispaniam ubi ortus fuerat dereliquit, patrem & matrem posthabuit, & afflatus diuino tactus, Romam se contulit. Quas ob res promissionem illam ore Saluatoris factam affatim consecutus est. Omnis qui reliquerit patrem aut matrem, &c. Centuplum accipiet & vitam aeternam possidebit. Nonne mortificatum affectum habuit, qui abinde thesauros ecclesiae distribuit pauperibus? Nempe, non ex eis erat de quibus S. August. Sanctus Augustinus inquit. Habent lucrum in arca, damnum vero in conscientia. Haud dubie affectu terrenorum exutus, nudus nudum Christum in cruce secutus est. Quid plura? Granum hoc mortuum fuit ad affectum vitae suae, quam suapte natura, etiam auiculæ, & bruta rationis expertia sumope re amant. Hinc clamat Apostolus. Nolumus expoliari sed superuestiri. Ecce quam sit nobis amor vitae natura insitus. Nihilominus Laurentius sapientissimus in hoc mundo odiuit animam suam, ut in vitam aeternam custodiret illam. Et dum vitam occidit pro Christo ultro amisit, inuenit aliam nullo æuo interituram. Mira res, amoris Dei ignis, quem in corde gerebat carbones succensos, & ignem externum fere extinguebat, diuo Augustino teste. Sicut scriptum

Matth. 19

S. August.

2. Cor. 5.

In festo sancti Dominici. 299

ptum est. Deus noster ignis consumens est. *Deut. 4.* Utinam charissimi, hic ignis coelestis in nobis tum flammam libidinis, tum auaritiæ, & superbiæ rogos penitus extingueret. Mitto lubens fructus, quos protulit, fidei, & charitatis fortitudo eius, ita ut plures homines ouanter illius exemplo accensi, ad martyrii palmam conuolarent.

*PRO FESTO SANCTI Dominici, ordinis Prædicatorum fundatoris; legitur euangelium. Vos estis sal terræ. Vide expositionem eius in solennitate Sancti Augustini, doctoris ecclesie. Lubuit tamen aliquot annotationes in laudem huius sancti hic dicere.*

**P**rimò, notandum quam optime beato Dominico accommodatur nomen salis. Nempe, fuit sal terræ, cuius vitæ candor, & pœnitentiæ austeritas cunctis hominibus aspectantibus, viuendi speculum, & præclarum exemplar erat. Mira res, tantò ac tam magno afficiebatur zelo,

Annota. 1

3. Reg. 19 zelo, vt alter Helias, vere diceret cum vate illo. Zelo zelatus sum pro domo Dei. Quod planè rei euentus probauit, dum non modo cōtra improbos homines mandata Dei trās gradientes, sed potissimè contra hæreticos, leonis instar rugientis certans, ad Christum reuocare pro sua virili vehementer laborauit. Audierat quidem vocem illam sponsi Christi Iesu dicentem. Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliantur vineas. Etenim nec christiani calide vulpes sunt, eo maxime eminentes, vt piorum animas sabuerant. Ii filij diaboli fore comprobantur, qui mēdax est, & pater mendacij. Et quemadmodum serpens astutia sua Euam seduxit, ita hæretici detestanda sua versutia, subdole fidelium corda decipere conantur. Aduersus vulpes hæc Sanctus Dominicus insurgens, magnifice illas deuicit, & de vinea domini, domino auxiliante eiecit. Ita que nō armis æreis, quæ in hoc certamine frustranea sunt, sed gladio verbi Dei, qui que penetrabilior est omni ense ancipiti, sacre fidei persecutores, egregiè profligauit. Nōne iure optimo sanctus hic altero Samsoni similis, leonē in via dilacerans, de hæreticis gloriose triumphauit? O mirabilē virū, o gigantē magnificum, qui sic fidei catholicæ ossores superauit.

Notan-

¶ Notandum secundo, quod hic sanctus ne dum sal terræ fuerit, contra hereticos debellans, eosq; summo opitulante numine confundens, & prosternens, sed totius mundi lux meritò dicitur, nam in vita & post mortem, sic miraculis effulsit, vt omnes agnoscerēt apostolum à Deo missum fuisse. Qui sane vitam apostolicam, sic seruauit, & filios suos prædicatores seruare docuit, vt nihil supra. Quid plura? Innocentius tertius ei dixit, vt regulam eligeret, quam obseruare religiosi sui ordinis profiterentur. Ipse vero patris nostri Augustini regulam inter omnes amplexus est, quippe quæ ad apostolorum normam, & perfectam vitam docet, sine proprio, in castitate perpetua, & in obedientia viuere. In his tribus votis omnis perfectio sita est, dicente diuo Augustino. Ea sunt gratiora Deo quæ causa dilectionis ei impendimus. Et extra de statu monachorum habetur, quod castitatis custodia, & abdicatio diuitiarum, nec non obedientia, annexa sunt regulæ monachorum. Sanctus Thomas. 2. 2. quæst. 186. artic. 7. Enimvero religio quodam holocaustum est, per quod aliquis totaliter se, & sua offert Deo. Ideo his tribus votis integratur religionis status. Habet autē teste Philosopho, homo triplex

P 4

bonum,

Secundo.

Nota.

S. Augus.  
ad Pollen  
tium.S. Th. 2. 2.  
q. 186. ar.  
7.

1. Ethico.

bonum, videlicet, opes, corporis bona, & animæ. Et hæc omnia in religionis Deo præbet homo per tria vota. O quam strictè quæ & perfectè beatus Dominicus cuncta hæc seruauit. Eam ob rem lux mundi factus, hominum cæcitate effugauit, & viam coelestè omnibus ostendit. Equidem hoc præsa- giebat, quòd matri reuelatum est. Vidit nã- que se gestare catulū, qui in ore facie porta- bat, antequàm egregius hic vir nasceretur.

Tertiò.

¶ Tertiò, obseruatione dignum est, quan- tum infudarit in erectione sui ordinis vbi Honorius summus pontifex illum confir- mauit. Planè breui admodum nonnulla cœ- nobia construxit, in quibus religio si, lau- des indefessè Deo concinentes, soli Chri- sto vacarent. Quin & Romæ duo monaste- ria construxit. Alterum virorum, alterum virginum quæ sese Deo optimo consecra- runt. O apostolicum virum, quem Saluator misit ad ecclesiam suam amplificandam. O Athletā Dei, qui diu noctuq; nihil excogita- bat, nisi quomodo animas Deo lucrari pos- set. Nimirum sic eum roborauit, sic sua gra- tia Deus illum muniuit, vt de eo sicut de Ezechiele dictum sit. Comede volumen istud, & vadens loquere ad filios Israel. Et aperuit os meum & cibauit me volumine illo.

Ezech. 3.

illo. Quando quidem volumen hoc quod fa- ctum est in ore patris Dominici dulce tan- quàm mel, sacrum euangelium est. Et paulò post. Ecce dedi faciem tuam valentiorē fa- ciebus eorum. Et frontem tuam duriorē frontibus eorum. Vt adamantem, & vt sili- cem dedi faciem tuam. Ne timeas eos neque metuas à facie eorum. O fortissimū Christi militē, quæ infra èto animo contra aduersa- rios fidei, & aduersus omnes impios pugna- uit. Non proculdubio inimicorum minas metuebat, non satanæ potentiam timebat. Imò Saluatoris fretus gratia, cum Apосто- lo constanter aiebat. Omnia possum in eo qui me confortat. O nostræ Hispaniæ de- us, o totius ecclesiæ Romanæ candor, quæ tum laboris in hac vinea domini amplian- da pertulisti. O virtutū omnium schola, mo- rum ac disciplinæ magisterium, quibus te efferam præconijs ignoro.

Phi. 4.

¶ Quid denique, de huius sanctissimi viri humilitate dicam fratres? equidem ex nobi- li Gusmanorum familia ortus, tanta humili- tate claruit, vt nobilitatē sanguinis pro nihilo duceret. Sciebat namque Beatus Domi- nicus, nihil ad virtutes capeffendas sangui- nis claritas conducere, non eum latebat ve- ram nobilitatem, in virtute & imitatione

Quartò.

Christi esse sita. Non inquam ipsum fugiebat summam ingenuitatem fore filium Dei per omnia imitari. Quippe qui, ad omnes fideles clamat. Discite a me quia mitis sum, & humilis corde. Quid tam exacte hec duo nos discere precipit dominus? nempe quia iis duobus virtutibus potissime animus tranquillus redditur valde. Ea ob causam statim subnectit Saluator. Et inuenietis requiem animabus vestris. Profecto mitis & mansuetus animus, fons est omnis tranquillitatis. Sicut contra, animus ferox, & elatus, radix est totius tumultus. Imo hinc scaturit omnia scelera, ambitio, auaritia, vindicta, libido, si multas, livor: & alia id generis mala. Fuit plane humilis corde sanctus hic, nam sapiens ait, est, qui nequit se humiliet, tales sunt hypocritae, externae se humiliantes, quo hominum laudes venari possint. Vir hic sanctus longe aliter se se dimittens, cum Dauide concinebat. Elegi abiectus esse in domo Dei, magis quam habitare in tabernaculis peccatorum: ecce quam sit virtus humilitatis potens. Enimvero humilitas proprie directiua est, & moderatiua motus appetitus. Et quoniam Beatus Dominicus valde humilis fuit, euexit eum dominus super astra caeli. Vbi gaudet cum angelis, exultat cum sanctis in gloria, cum rege nostro Christo Iesu.

Matth. 11.

Eccles. 19.

Psal. 83.

¶ Pro

In festo sancti Bartholomaei. 302

¶ PRO FESTO MARIAE VIRGINIS ad niues, declamatio extat in libro festiuitatum illius.

¶ PRO SOLENNITATE Transfigurationis vide dominicam secundam quadragesimae. Vbi fusius euangelium exponitur. Ideoque in praesentiarum explicare lectionem illam dimisimus ne tedio essemus lectori inibi, tum de festo tam mirabilium etiam examusatim totum euangelium prudens lector explanatum inueniet. Quae ni fallor, omni acceptione sunt digna.

¶ PRO FESTO ASSUMPTIONIS Deiparae virginis Mariae, extat declamatio in libro omnium festiuitatum illius.

¶ In die sancti Bartholomaei apostoli annotationes aliquot.



E diutius detineam lectorem col libuit super euangelium hodiernum nonnullas annotationes dictare. Luce. 22. Scribit

Annos. 1.

Luce. 22.

Scribit Lucas discipulorum contentione[m], quorum quilibet primatum in Apostolatu ambiebat: vbi notandum quod passio ce ca ipsa ambitio. Quibus diuitijs abundabat Saluatoris domus: nepe, filius hominis non habuit vbi caput suum reclinaret. Nihilominus de primatu disceptatio fit inter Apostolos. Verum ex ignorantia haec omnia exhibant. Audierant in coena vltima. Non bibam de hoc genimine vitis, donec bibam illud in regno patris mei. Quod perperam ipsi tanquam rudes intelligentes, de regno temporario dictum putabant, hinc satanas dissidia inter illos excitauit. O quantam Saluator sustinuit afflictionem, intuens discipulorum infirmitatem nunc duos fratres reprehendit, qui insipienter ad dexteram & sinistra[m] eius sedere efflagitabant. Et subinde contentio inter alios discipulus scaturit, vnusquisque primatum tenere affectans. Ecce quam nihil potest liberum arbitrium absque dono gratiae. Audierant ex ore sacro magistri, non esse feruus maior domino suo. Rursus dominus eos exortans dixit. Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporum. Et iterum calamitates affuturas eorum ob oculos depingens ait. Si me persecuti sunt, & vos persequentur. Veruntamen regnare volunt in

Matt. 26.

Ioan. 13.

Matt. 10.

hoc

In festo sancti Bartholomaei. 303  
hoc labili mundo, & in regno Christi non infimum, sed supremum locum possidere. O bellua cruenta ambitio, quippe quae, nec angelis in caelo, nec hominibus a filio Dei selectis pepercisti. Cauete fratres obsecro caute, ne pestis ista haec vos perimat, nam ut est appetitus inordinatus, semper peccatum sit oportet. Sancti Thomae 2. 2. quaestio. 131. S. Th. 2. 2. art. 1. clamat Apostolus, & probe clamat. Charitas non est ambitiosa, nec querit quae sua sunt. Nos vero contendamus per angustam portam intrare.

¶ Secundo, obseruatione dignissimum est, quod non sanctorum infirmitates, & atroces casus sacra pagina nobis narrat, ut occasionem delinquendi, aut despondendi animi inde sumamus, fragilitates illorum imitantes. Sed contra, eatenus tam accurate delicta ipsorum describuntur, quatenus infelicem hereditatem, quippe quam Adam posteris suis reliquit agnoscamus. Sensus & cogitatio humani cordis, prona sunt ad malum ab adolescentia sua. O miseram, & miserandam ac vehementer ingemiscendam hereditatem, cui nemo renunciare valet, exceptis Saluatore, & facia matre eius. Hinc discimus ab inani insolentia cauere, & ardentissimis votis Deum orare. Domine non veniat

S. Th. 2. 2.

art. 1. clamat Apostolus, & probe clamat.

Charitas non est ambitiosa, nec querit quae sua sunt.

Nos vero contendamus per angustam portam intrare.

Secundo.

Gene. 8.

Psal. 35.

mih



Annotationes

in hispes superbiæ. Insuper videmus omnes mundi contentiones, & dissidia frustranea esse, & parui momenti. Tales sunt regum contentiones, & certamina, in quibus plurimum sanguinis humani heu effunditur. Tales & disceptationes, & lites inter ecclesiasticos, vt maiorem dignitatem aucupari valeant. O curas hominum: quantum est in rebus futilibus inane. Veh, vestigia Absalonis sequentibus, quem ambitio misere decepit, adeo vt patre viuente, ille regnare moliretur. Vnde bene merito in quercu suspensus, tribus lanceis confusus in foeliciter periit. Ecce ambitionis pestilentissimæ merces commerita.

2. Re. 18.

Tertiò.

Luce. 22.

Tertiò, magnopere notanda est magistri optimi Christi Iesu lenitas, & egregia patientia. Vocatis ad se, qui solus mederi poterat illorum morbo ait. Reges gentium dominantur eorum, & qui potestatem habent super eos, benefici vocantur. Vos autem non sic. Sed qui maior est inter vos, fiat sicut minor. Et qui præcesor est, sicut ministrator. Nam quis maior est, qui recumbit, an qui ministrat? nonne qui recumbit? Ego autem in medio vestrum sum tanquam qui ministrat. O verba aurea toto affectu amplectenda, & pectoribus orthodoxorum, maximè prelatorum inscri

In festo sancti Bartholomæi. 304  
Inscribenda. Ecce ratio potissima ob quam Saluator noster permisit hanc têtationem Apostolis euenire. Nèpè, vt eos instituens prælatis cùstis sanctæ ecclesiæ palam faceret, non dominos fore, sed seruos, non principatum gerere, sed ministerium pietatis erga subditos exercere. Nolite tale quippiam imaginari in regno cœlorum, quod est ecclesiæ, quale videtis in regnis mundanis. Longè aliud regni genus est ait, quod beneficijs constat, non armis aut vi, spiritalibus præsijs obtinetur ac defenditur, non violentia, persuasione amplificatur longè lateque dilatatur non necessitate. Imò principes terreni quo propius accedunt ad tyrannidem, hoc plus honoris, & commodi exigunt à suis, nec non magnificis titulis honorantur ab illis. Tale quid est regnum gentium, Græcorum & Romanorum. Inter vos autem, quos ego instituto ad regnum euangelij, longè diuersa est ratio. Equidè quo quisque maior fuerit, hoc minus sibi vendicabit gloriæ, & violentæ potestatis. Itaque, qui delectus est ad primatum alij dux sit ad pietatem colendam oportet. Vbi Sanct. Chryso. Gentiliū meminit, vt ex hoc re vituperandam ostendat. Quandoquidè non orthodoxorum, qui vitam hanc exiliū existimant, sed gentiliū est, ad honores volaticos aspirare & pri

Nota.

Regnum  
Euangelij.

S. Chryso.

Annotationes

**Apoca.** & primatum ambire. Cæterum sese exemplar posuit dominus ministrum nostrum fore subindicans, qui que Beato Ioanne testante rex regum est & dominus dominantium. Qua sententia, tam discipulorum contumaciam, superbiam, quam etiam nostram petulantiam retundit. Ad hæc quam leniter, quam & amicabiliter dominus eos arguit mirabile est. Vbi patres familiars docet, qualiter filiorum, & seruorum imbecillitates corrigant, nec non prælatos latenter erudit, quomodo subditorum infirmitates sustineant, **Gala. 6.** benignè illos arguentes. Vos qui spirituales estis huiusmodi instruite in spiritu lenitatis, ait electionis vas. Nec contemnenda est ratio quam statim subnectit, considerans te ipsum, ne & tu tenteris.

**Quartó.** ¶ Quarto, penitus considerandum, quomodo magister optimus, post correctionem, statim se ad encomia discipulorum verterit.

**Luce. 22.** Vos, inquit, estis qui permansistis mecum in tentationibus meis. Ecce ego dispono vobis, sicut & pater meus disposuit mihi regnum, ut edatis & bibatis super mensam meam in regno meo. Ac si diceret. Hactenus in afflictionibus meis, quibus pater coelestis exploratam voluit meam obedientiam fideliter permansistis, nec vecordia illorum discipulo

In festo sancti Bartholomæi. 305  
 pulorum vos commouit, qui retro abierunt, dicentes. Durus est sermo hic, quis poterit eum audire? gaudeo nimis quod nec mea humilitas, paupertas ve, non labores vitæ, non phariseorum insidiæ, vos separarunt a meo contubernio. Sanè si isthoc animo perstiteritis, meamque humilitatem imitari volueritis ego vicissim efficiam, ut olim participes sitis gloriæ meæ. In qua velut in mensa regali, conuiuæ dapibus pretiosis & delicijs saturantur. Dicente propheta, satiabor dum apparuerit gloria tua. Quorsum homo opes plurimas congeris, honoribus mundi tantopere inhias, varijs delitijs dissolueris? enim uerò anima misera semper fame scat oportet, donec Deus optimus quasi postliminio redeunte, peregrinatione hac transacta, brachijs extensis eam in coelo suscipiat. Laudat igitur Saluator discipulorum constantiam, quippe qui in tribulationibus quamlibet magnis, eum haud deseruerint, qua laude roborati persistant perseuerando posthac. Est quidem perseuerantia veluti columna cunctarum virtutum, domino assente. Qui perseuerauerit usque in finem, hic saluus erit. Vnde rectè à philosopho perseuerantia pars fortitudinis appellatur Sanct. Thom. 2. 2. quæst. 137. artic. 2. Quòd verò dominus ait, ego dispono vobis  
 Q ficut

Ioan. 6.

Psal. 16.

Nota.

Matt. 24.

Ethic. 7.

sicut pater meus disposuit mihi regnū non  
 de labili & terreno imperio dixit, sed coele-  
 sti & æterno. Ad quod ipse devenit per pro-  
 bra & crucē ignominiosam, sic enim coele-  
 stis pater proprio filio disposuit, ut adoptati  
 certocertius sciāt aliā nō fore viā ad coeleste  
 regnū. Sicut sotij passionū estis, ita & cōso-  
 lationis eritis. Et alibi. Si cōpatimur, & cōre-  
 gnabimus. Itaq; persuasum nobis habeam⁹  
 oportet, quod permultas tribulatiōes, oportet  
 nos intrare in regnū cœlorū. Reluctetur  
 caro infirma, ingemiscat, & vociferetur, nā  
 inuiolabilis sententia hæc semper manebit.  
 Summa. Quemadmodum mihi à patre pa-  
 ratū est, quod hic interim iuxta voluntatem  
 ipsius ministrum ago, non dominum, & ego  
 ad regni dignitatem vobis mea vestigia se-  
 stantibus, parabo regni conforcium. Ut qui  
 non quesistis honorē, sed uti ministri euāge-  
 licam doctrinā ministrastis, in regno meo  
 non velut ministri, sed honorabiles filij Dei  
 mensæ meæ accumbentes saturabimini, si-  
 cut scriptum est. Beati qui esuriunt, & sicut  
 iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur.

2. Cor. 1.

Acto. 14.

Matth. 5.

Quinto.

Rom. 8.

tribu

tribulatio? an mors? scio quia nec mors, nec  
 vita nec angeli poterunt nos separare à cha-  
 ritate Dei. amore Christi flagrans in cetero  
 rem Indianam descendēs sanctū euangeliū, mi-  
 ra felertia stupēdaque fortitudine predica-  
 vit. Vbi calamitates quāmultas, & labores  
 ob Christi nomē passus, in maiore Armeniā  
 se recepit: o quos fructus ex predicatiōe col-  
 legit! Equidē regē Polemonē, & reginā cōiu-  
 gē eius ad fidei sanctæ veritatē cōuertit nec  
 nō decē civitates Christo lucratus est. Plura  
 idola destruxit, lucos eorū succēdit, tū  
 cœlesti doctrina, tū etiā innumeris miracu-  
 lis corruscās. Invidia autē diaboli idolorū sa-  
 cerdotes tacti, reges fratres cōmoverunt, ut  
 corio totius corporis subtrācto, Bartholo-  
 mæus vir sanctus capite absciso puniretur.  
 Cuius venerandū corpus nūc Romæ ostēdi-  
 tur. Nos vero fratres expoliates veterem ho-  
 minem induamur novum, qui secundū Deū  
 creatus est, quēadmodū nobis suadet Apo-  
 stolus. Id est, omnem avaritiam, superbiam  
 & invidiam, aliaque id genus piacula pro-  
 cul depellētes, humilitatē, benignitatē, cæte-  
 rasq; virtutes induētes Salvatori nostro ser-  
 viam⁹. Cū spōsa decātares expoliaui me tu-  
 nica mea, quo induar illa? hoc est, iam mūdo  
 renūciaui, iā carnis venanata oblectamenta

Colo. 3.

Q 2

abhor

Declamatio vndecima

abhorruī, iam denique fallaces honores cō  
tempſi, poſthac retro non aſpiciam, ne for-  
*Gene. 19.* ſitam vt vxori Loth mihi contingat. Quip-  
pè quę alto Dei iudicio, ſubinde vt reſpexit  
retro, in ſtatuum ſalis verſa eſt.

*I* N F E S T O S A N C T I D O .

*ctoris egregij, Augustini, decla-  
matio vndecima.*

*Ioe. 2.*



Idens à longè vates ſanctiſſimus  
Ioel miſericordiam ſummi Dei,  
erga ſacroſanctam eccleſiam Ro-  
manam ſeſe continere nequiuī,  
quo minus gliſcens, ac iubilans clamaret. Fi-  
liæ Sion, exultate & lætamini in dño Deo  
veſtro. Quia dedit vobis doctorem iuſtitia.  
Et deſcēdere faciet ad vos imbrem matuti-  
num, & ſerotinum. Quid obſecro ſucidius  
de aduentu Meſſiæ Saluatoris noſtri vn-  
quàm dici potuit fratres? Enimuerò pater  
æternus eum nobis dedit doctorem, quādo  
illū miſit in mundum, ex aluo ſacerrimę ſuæ  
matris natum. Nec nō in mōte Thabor vbi  
transfiguratus fuit, coram apoſtolis tribus,  
vox patris intonuit. Hic eſt filius meus dile-  
ctus, in quo mihi bene cōplacui, ipſum audi-  
*1. Cor. 1.* te. Cui ſententiæ alludit illud Pauli. Qui fa-  
ctus eſt

*Matt. 16.*

*1. Cor. 1.*

In feſto ſancti Auguſtini. 307

ctus eſt nobis à Deo iuſtitia, ſapiētia, ſancti-  
ficatio, & redēptio. Ni fallor ſingula ſingula  
rem energiam habent. Doctorem iuſtitia Sal-  
uator eſt, qui nos iuſtè ac piè viuere, ore &  
opere docuit. Adeò vt nos qui filij iræ era-  
mus, ſimus iam iam iuſtitia Dei in illo. Hic  
planè bifariam pluuiam ſuæ ſanctæ doctri-  
næ nobis dedit. Nonnè imber matutinus ſa-  
crum euangelium eſt, in quo nil vmbriticū  
inuenitur, ſed omnia in luce clareſcunt? lex  
plena vmbriſ & inuolucris per Moyſem da-  
ta eſt, gratia & veritas per Ieſum Chriſtum  
facta eſt. Nec abs re poſito velamine, & ore  
cooperto Moſes loquebatur populo. At  
domin⁹ palàm nobis loquutus eſt, cō quod  
lux vera ſit, illuminans omneis quotquot in  
hunc mundum veniunt abſque delectu. Fe-  
cit etiam deſcendere ad nos imbrem ſeroti-  
num, vetus teſtamentum, & prophetarum  
oracula explicans, ceu in ſacro euangelio  
paſſim eſt videre. Ecce ratio vnde filia Sio,  
ideſt angeli in cœlo lætitiā ſumant, nec  
non & fideles animæ ineffabili iubilo tri-  
pudient. Quia doctorem filium Dei habēt,  
cuius doctrina, inſtar pluuiæ, vbi que ter-  
rarum animas irroret, frugiferas & efficiat,  
quæ olim, vt ieremus ſcalens, tribulos &  
ſentes duntaxat, proferebat. Nūc verò Chri-  
ſto Ie-

*Ioan. 1.*

*Exod. 34.*

*Figura.*

*Nota.*

Declamatio vndecima

Et Iesu doctore aduentante perinde atque hortus irriguus, florēt desiderijs sanctis orthodoxorū mētes, & mirū in modū, per opera pia fructum centuplum afferunt. Cæterum verba hæc non frustra accommodantur egregio doctore Augustino: Gaudete & exultate filie Sio in Deo vestro. Nō gaudiū vestrū in his quæ mūdi sunt collocetis, nā gaudiū hypochrite ad instar pūcti, in tutissima accelestiā vestrā pōnite, in Deo vestro, exultate cū Deo para cōcinentes. Exultavit spiritus meus in Deo salutari meo. Quod si causam vestre letitiæ scire cupitis audite. Dedit vobis dñs doctore iustitiæ, magnum Augustinū eduxit de tenebris errorū, & viciorū, & in sancta ecclesia columnā fecit. Is eloqui sui melliflui imbrē matutinū, & serotinum ad vos descendere faciet, nō modo ore proprio vtrūque testamētū ellucidās, & abdita in lucem proferens, sed quā multos libros, & tractat⁹ dictās omnes ecclesiæ status sapientissimè erudiet. Gaudeamus & exultemus festū eius hodie celebrātes, si filie Sio sumus, & angelorum gaudiij participes fore cupimus. De hoc sanè mirifico doctore triplex elogium Saluator in euangelio hodie

Iob. 20.

Nota.

Matt. 5.

Non

Non quidem animus exanimissim facit eū... replicare, nā hoc suo loco in cōmuni doctorū, domino opitulante facere decreuimus. Impresentiariū vero, tātūmodo titulos tres nosce, quibus rex noster Christus Iesus doctorem eximū Augustinum honestauit tractauimus. Euangelium sic habet.

*¶ Vos estis sal terre. Quod si sal euanuerit in quo salietur? ad nihilum valet vltimū nisi ut mutetur foras, & conculetur ab hominibus.*

¶ Parui refert teste Platone si respublica optimas habeat leges, & earum legum vigiles exēcutores non habeat. Quæ sententia suapte naturā tā est vera, vt minime probatione indigeat. Frustra planè rex, princeps ve leges ordinat, nisi ministros constituat, quippè qui transgressores puniāt, obseruatores autē illarum, honore, & præmio afficiāt. Et quia imperator insuperabilis imperij Christus, in hoc monte leges optimas condiderat, tā de diligēdis inimicis, quā de beatitudinibus octo, quās Mattheus Paulo antea dictauerat, par erat vt de ministris per quos leges hæc obseruandæ erant, fusiū tractaret. Vnde ait.

¶

¶ Vos

Text.

*Vos estis sal terræ.*

Hac pulcherrima metaphora dominus vel maximè indicat, quales esse velit, tum prelatos, tum prædicatores, tum denique omnes reges fideles, atque suæ ecclesiæ ministros.

Salis virtus.

Experimento quotidie agnoscimus sal bifariam habere virtutem. Nam carnes à putredine eximit, & cibarijs magnam præstat

Iob. 6.

suauitatem. Vnde sanctus Iob mirabatur, nunquid poterit aliquid comedi, quod non

S. Hilari.

est sale conditum? probè igitur Diuus Hilarius ait. Est autè hic proprietas querèda dictorum, quæ & apostolorum officium, & ipsius salis natura monstrabit. Hoc igitur in omnem usum humani generis effectum, in corruptione corporibus quibus fuerit aspersum impartit, & ad omnem sensum conditi saporis aptissimum est. Apostoli autè sunt rerum celestium prædicatores, & verbi Dei factores, eam ob rem, merito sal terræ nuncupatur. Sanè per virtutem doctrinæ salientes æternitati corpora seruant.

Collatio.

Quid quod sapiètia celestis per apostolos prædicata, carnalium humores exiccat, operum fetorem, ac putredinem male conuersationis, nec non & libidinosi cogitatus penitus adimit. De quo verme propheta inquit. Vermis eorum, non morietur. Hic est vermis carni-

carniuorax, cuius meminit Paulus dicens. Redarguete eos conscientia eorum. Sūma. Vos estis sal terræ. Ac si patèter dicat. Vos estis per quorum doctrinam condendi sunt homines terrenis fœcibus adherentes. De quibus propheta ait. Terra, terra, terra, audiverbum Dei. Perinde dicat. Peccatores qui nil coeleste cogitatis, nec de æternis rebus vobis curæ est, neque ad poenitentiam agendam quicquam loquimini. Nec tandem opus bonum ob amorem Dei patratis, sed potius ad vendicandam hominum gloriolam, si vultis coelum amare, & coelum esse, vestrisque cicatricibus medicamen saluberrimum adhibere, verbum Dei affectu humili audite. Hoc sale caro vestra quæ semper labascit, suapte natura, & in corruptionem tendit, à qua vis putredine erit libera. Mores vestri & opera dulcorabuntur, & sapida erunt Deo. Quippè qui in lege sua edictum posuit. Omne sacrificium sale condies. Et rursus. Ne auferas sal fœderis Dei tui à sacrificio tuo. Huc tendit illud sæpenumero repetitum à Christo. Bonum est sal. Habete in vobis sal. Enimvero opera quamlibet bona videantur, nisi iuxta verbum domini, & mandata eius fiant, ut pannus menstruatæ coram domino erunt. Vñ animæ cui illud Ezechielis dicitur. Non

Iere. 22.

Leui. 3.

Leui. 2.

Marc. 9.

Ezech. 16.

Declaratio vndecima

es falefacta, nec in die natiuitatis tuæ præci-  
sus est umbilicus tuus.

¶ Quid quod sal verbi Dei, quamuis à pu-  
tredine adiunt carnes, & cibis suauitatem  
impertiat, etiam molliora mordicare assolet,  
vulneribusque immittitur homini lauciato  
ingemiscere, & vociferari facit. Quas ob  
res improbi maledicta iactant in euangeli-  
cos concionatores. Ad quos dominus. Bea-  
ti eritis cum maledixerint vobis homines.

**Matt. 5.** Mentientes propter me. Exemplo nobis sit  
Esaïas, quem rex tunc iustus Manasses linea fer-  
ra secavit. Idque Ioannes Baptista conesta-  
tur, vbi in carcere vincitū rex crudelis Hero-  
des misit, iniqua regina Herodiade hoc sug-  
gerente. Faxit Deus optimus, vt semper ec-  
clesiæ suæ tales provideat prædicatores, &  
prælatos, qui annuncient populo Dei pec-  
cata eorum, & domui Israël scelera illorum,  
quemadmodum Esaïæ præceptum est. Vel  
si lubet, secundum Chrysostrum. Doctor  
seu prælatus cū fuerit omnibus virtutibus  
ornatus, tunc optimū sal est. Eo quod totus  
populus illo conditur, videndo eum, & do-  
gnata sancta eius audiendo.

**Dogma.** ¶ Sed nec de ministris ecclesiæ dumtaxat  
hoc intelligendum est. Vos fideles omnes  
al terræ estis. Nam sicuti apostolus ex aqua  
bap tific-

In festo sancti Augustini 310

baptismi ardore charitatis, & flatu ventus, et  
est, Spiritus sancti gratia in alteram natu-  
ram conuersi sunt, & ex filijs iræ filij Dei ef-  
fecti, ita & vos per lauacrum regeneratio-  
nis, & renouationis in spiritalem regenera-  
tionem commutati estis. Ideo ius erit, vt ve-  
stro exemplo aliorum mores condiatis, ne  
in vitiorum stercore putrescant. Sicut scri-  
ptum est. Cōputruerunt iumenta in sterco. **Ioel. 2.**

resuo; hoc est, qui iumentorū instar carnis  
sue oblectamenti se tradiderūt, in fœcibus  
scelerum suorum in foeliciter perierunt.

¶ Cæterum, ne quis efferatur, & ceruicem **Prælati**  
erigat, in tam sublimi dignitate euectus, ita  
vt pastoris, & doctoris functionem in eccle-  
sia exerceat, sed qui stat caueat ne cadat, al-  
tum nolens sapere, addidit dominus commi-  
nationem valde extimescendam.

**¶ Quod si sal euauerit, in quo salietur? Tex.**

¶ Ad nihilum valet ultra nisi vt mittatur  
foras & conculcetur ab hominibus. Vbi Sā-  
ctus Hieronymus. Apostoli sal appellan-  
tur, quia per illos vniuersum hominū genus  
conditur. At qui si sal euauerit, in quo sa-  
lietur, id est, si doctor errauerit, quo alio do-  
ctore emendabitur. Idq; diuus Augustinus,  
quamuis alijs verbis concessatur. Si vos

**S. Hiero.**

**S. August.**

ait

## Declamatio vndecima

ait, per quos condiendi sunt populi metu persecutionum temporalium regna caelorum amiseritis, qui erunt homines per quos à vobis error auferatur? Equidem si Sapiens, domino permittente in erroris præcipitiū dilabatur, satis difficile aliquis à scelere suo cum reuocabit. Peruersi difficile corriguntur, ait Sapiens. Quod nisi fallor, perspicuum est, in Luthero, Ecolampadio, & alijs qui hac nostra tempestate misere prolapsi, ab unitate Romanæ ecclesiæ magno suo malo fugerunt. Quis medebitur incantatori, percusso à serpente? Perpulchrè ait Sapiens. Qui incantat sapienter, & de cauernis delictorum trahit serpentes, id est, animas impiorum educit in lucem, vt poenitentiam agant, & Christo per fidem viam adhereant, prælati & prædicatores sunt. Qui si à superbia, si à luxuria, auaritiaue, percussi fuerint, quis medellam ei præstabit? Alibi legimus quod si sal infatuatū fuerit. Ostendens ibi dominus fatuos eos fore, qui amore terreni quæstus causa diuitias æternas posthabēt. Notandū, quod maximè prælatus seu concionator infatuatur, si ob inanem gloriam verbū Dei prædicet, si prælatus prætextu lucri oues suas moderetur. Si denique vt Paulus indicat, propter inuidiam, aut contentionem,

non

*Heretici.*

*Eccles. 12.*

*Philip. 1.*

In festo sancti Augustini. 311  
non ob charitatem populum erudiat, & vt vno verbo dicam. Quicquid criminis minister ecclesiæ habuerit eum infatuat, ne salis virtutem & acrimoniam habeat. Quid inutilius infatuato sale? Equidem si vinum vapescit, acetum generat, & vsui nostro inseruit. Sal vero insulsum ad nihil prodest. Ideò cōtemptui habeatur oportet prauus minister, quo nihil perniciosius, foras mittendus est, & ab hominibus conculcandus, quod in pharisæis, & sacerdotibus legis antiquæ gestum legimus. Sanè foras missi sunt, iuxta illud. Amen dico vobis, auferetur à vobis regnum, & dabitur genti faciēti fructus eius. Secundus titulus honorificus prælatorum & concionatorum verbi Dei est, quod rectè lux nuncupantur.

*Nota.*

*Matt. 21.*

*Vos estis lux mundi, ait dominus.*

*Text.*

¶ Magnopere obseruanda es series, & ordo verborum. Prius est bene, & sanctè viuere, quam docere. Eā ob causam, teste Chrysostomo, postquam apostolos asseruit esse sal, consequenter vocat eos fore lucē. Enim uerò apostoli nō modo opere virtutibus cūctis, quæ alias hominibus insipide erant saporem mirabilem præstiterunt, adeo vt paupertas, ignominia, castitas, & patientia ma-

gnam

*s. Chryso.*



Declamatio vndecima

gram præ se ferant spiritalibus viris dulcedinem, sed etiam quomodo diuitiæ, proles, & honores sint diligendi, ne possidentibus noceant verbum domini exacte docet. Et quia homo secundum utramque sui partem, videlicet, voluntatem & intellectum, medicamentum egebat, postquam illos sal dixit, non res, sed officio, nunc lucem illos appellat, ut sua celestis doctrina hominum intellectum illuminent.

Textus

*Vos estis lux mundi.*

¶ Ac si dicat. Talis sit vita, doctrinaque vestra, ut omnibus inuentibus sit dux, atque norma optima recte viuendi. Vnus utique est sol mundi, quippe qui tam efficaci, & copioso lumine abundat, ut omnibus terram incolentibus longe in quo luceat. Iuxta illud, sol illuminans per omnia. Imò intra terræ viscera virtute sua, aurum & argentum, omniaque metalla, lapides preciosos inibi generat. Ad eandem imaginem sermo Dei, qui coelitus datus nobis est, vniuersa terrarum climata lustrat, idola cuncta subuertens, & quosuis errores mirabiliter depellens, in visceribus hominum præcellenti sua virtute, margaritas vernantes, fidem, spem, & charitatem gignens, ceterasque virtutes in mente fidelium proferens. Viuus est

Eccles. 4. 2.

Heb. 4.

sermo

In festo sancti Augustini. 312

Sermo Dei, & efficax, ait apostolus, & penetrabilior omni gladio accipiti. Equidem Philosophorum argumenta, & illorum subtilia dogmata suapte natura mortua sunt, & propterea nec illis, nec sequacibus illorum vitam æternam præbere quauerunt. At sermo Dei æternam vitam habet, energiam & efficaciam mirabiliter obtinet. Ad eum ut ex mancipijs, & filijs diaboli, filios Dei efficiat, & hæredes regni caelorum. Sed si solem obducant vitiorum nubes, unde lumen mortalibus? Si doctrina erroribus caligat, quæ res dispellet multitudinis caliginem? Cauendum ergo est, ne quid tenebrarum in ministerijs ecclesie inueniatur. Planè in prælato, exiguus lapsus criminis instar est. Cogitemus igitur nos in totius orbis theatro ministerium nostrum agere, quo sollicitudo nos acuat, excitetque, ad circumspectionem & solertiam. Obseruanda hic est præclara & inclita euangelij virtus. Lex veteris fere regnum vnum, & populum vnum illuminabat, ita ut Psalmographus audacter diceret, notus in Iudea Deus, & in Israel magnum nomen eius. Sed lege noua aduentante, totius mundi climata illuminantur, Cithæ, & Barbari, Græci, atque Romani sponte colla iugo suauis Christi submitunt. Vos estis lux mundi. Nedum regni Israel

Nota.

Collatio.

Psalm. 75.

lux

## Declamatio vndecima

lux estis, parum hoc esset, sed omnium nationum, quæ cœli ambitu cōtinentur. Ecce homines quos nuperrimè terrā vocavit, nūc mundum appellat, eò quòd quæ mūdi sunt, & breui admodum pereunt, illi magnopere diligebant. Hūc pertinet illud. Mundus eū non cognouit. Si cœlum diligis, cœlum es, **Ioan. 1.** vbi thronus Dei locatur, si terrā diligis terra es. Ergo si mundum, & quæ sunt mundi amaueris, mundus es.

**S. Augus.**

¶ Sed obsecro, quæ subest causa, vt apostoli lux à Christo nuncupentur, cum de baptista dictum sit, non erat ille lux, sed vt testimonium perhiberet de lumine, id est, Christo. Quique solus lux vera est, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum? Planè sicut in cœlo trifariè lumina splendere videmus, nam aliud est quod illuminat, & non ab alio illuminatur, vt sol. Ille planetarum princeps à philosophis nominatur, & merito, quoniam ab alio planeta non foreitur suum lumen. Quin & omnia astra à sole illuminantur. Aliud lumen in cœlo est, quod illuminat, & nihilominus illuminatur. Huiuscemodi sunt planetæ sex in quorū medio totius mundi effector Deus solem collocavit. Est aliud denique lumen, quod illuminatur, tamen non illuminat. Hæc sunt

**Ioan. 1.**

**Nota.**

## In festo sancti Augustini. 313

sunt stellæ paruulæ in cœlo, quippè quas obtutus noster percipere nō valet. Ad eandem imaginem, in ecclesia, quæ sæpenumero regnum cœlorum vocitatur, est lux vera Christus, lux æterna, suapte natura angelos & homines illuminans, à nullo nisi à patre cœlesti accipiens lumen, & hoc orthodoxa fides astruit. Deum vero de Deo vero lumē de lumine. Quas ob res, ipse inquit. Ego sum lux mundi. **Ioan. 8.** Apostoli & sancti lux sunt ab hac luce vera radios suos accipientes. Illuminant & illuminantur. Ideò de præcurso- re dominus dixit ille erat lucerna ardens, & lucens. Lucerna vero, vt sperimento agnouimus, à se non habet lucem sed aliunde. Sic stellæ vocantur in Daniele, qui ad iustitiam eradiunt plurimos. **Danie. 13** Quod vero stellæ paruæ in cœlo sint, quas minimè videmus, astrologi haud dubitant. Eodem modo in ecclesia sunt humiles, qui sibi nihil fi- dunt sed toti pendunt à Deo, qui que diuitias, & honores mundi vltro aspernantur, cum Dauide dicentes. Domine tu es gloria mea, tu exaltans caput meum. Et rursus. **Psal. 3.** Ele- **Psal. 83.** gi abiectus esse in domo Dei mei, magis quā habitare in tabernaculis peccatorum. Tales profectò in conspectu hominum nō fulgēt, irradiantes in conspectu angelorum, parū

R est

## Declamatio vndecima

**Marc. 16.** est hoc, quous iurare illustriores sunt in oculis Dei. Equidem solis in morem, Saluator noster Apostolos suos misit in vniuersam orbem dicens. Ite in vniuersum mundum, & predicare euangelium omni creaturae. Hoc est ego lucem vos feci, ministerio vestro fungamini oportet. Omnes absque delectu illuminate, omnes ad fidei veritatem pellicite. Confirmat haud dubie hanc expositionem, quod dominus de lucerna non ponenda sub modio dixit. Vbi lucernas ministros ecclesie appellauit, qui aliunde lumem suum habent non a se. Vnde dominus per bellem similitudinem de vite & palmitate eius afferens, extemplo intulit. Sine me nihil potestis facere.

**IOAN. 15.**

**Gene. 1.**

¶ Mitto iubens multa de luce, quae prima fuit in creatione mundi, dicente domino. Fiat lux, & facta est lux. Sic Saluatoris opus primum quod fecit post tot orationes & ieiunia in deserto scilicet celebrata, fuit apostolos, seu novam lucem creare, ut esset iam diuisio inter tenebras mundi, & lucem coelicam. Nolo tamen lectorem detinere in his allegorijs, quae facile amplificari possunt. Ad tertiam Methaphoram veniamus.

**Text.**

*Non potest abscondi ciuitas supra montem posita.*

**Sensus**

In festo sancti Augustini. 314

¶ Sensus est. Quemadmodum ciuitas in edito montis sita, conspicua est omnibus viatoribus, iter cunctis ostendens, sic & vos in excelso monte ecclesiae positi latere non potestis, & si latebras quaeratis. Imò haec est euangelica perfectio, quod non sinit sui professores latere. Videte ergo qualiter vitam vestram ordinare velitis, nam si aliquid boni aut mali feceritis, omnibus palam eritis. Velut Chrysostomo placet, ciuitas haec ecclesia sanctorum est. De qua regius Psalter. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei. Ciues huius ciuitatis fideles sunt, alioqui Apostolus non clamaret. Iam non estis hospites & aduenae, sed estis ciues sanctorum, & domestici Dei, superaedificati super fundamentum Apostolorum, & prophetarum. Equidem lapis abscissus sine manibus, quem vidit Daniel, postquam statuam destruxit, mortuus in patibulo crucis, in montem magnum creuit, & omnia mundi climata occupauit. Huic monti excelsi nititur fabrica mirabilis istius ciuitatis, quam ob rem labi non potest. Fundamentum aliud nemo potest ponere, praeter illud quod positum est, id est, Christus Iesus. Diuus Augustinus, montem hunc interpretatur christiana iustitia, quippe quam mos ille adubrabit, in quo Saluator haec coelestem philosophiam

**Psalm. 86.**

**Dan. 2.**

**S. Augus.**

R 2

sedens

Declamatio vndecima

sedens docebat. Observandum, quod Christus mons præclarus & excelsus suos fideles maxime ministros ecclesiæ manifestat, & exaltat, non ipsi sumunt sibi honorem, quod peculiare est superbis. Exaltabo folium meum, aiebat vesanus satanas, & proietus est in infernum, teste Ioanne, in Apocalypsi. Extat verissima sententia illa Dauitica. Allisisti eos, dum alevarentur. Et dominus ait. Omnis qui se exaltat, humiliabitur. At contra. Omnis qui se humiliat, exaltabitur. Mira res, quemadmodum superciliosi totis nisibus laborant ascendere, & sese mundo fallaci ostendere, sic verè humiles se abdunt, & consortium hominum omni solertia fugiunt, solitudinem, & cavernas queritantes. Sic Ioannes septenis ad heremum conuolauit. Helias ad desertum confugit, & plerique coenobitæ, desertum Ægypti incolentes, totius mundi creatori & moderatori inseruierunt. At dominus quo serui eius latebras quærent, eo studiosius ipse virtutes & sanctimoniam eorum subindicat. Ex heremò pascetem oues vocat Mosem, & principem populi sui constituit. Quique superato tyranno rege, populum in libertatem asseruit. De scalore carceris euegit Ioseph & totius regni Ægypti gubernat.

*Esa. 14.*

*Psalm.*

*Luc. 18.*

*Humilitas.*

*Exod. 3.*

In festo sancti Augustini. 315

bernatorem effecit. O foelix quem dominus exaltat, miser & nimium infœlix, qui seipsum inaniter effert. Quod si in hac fallaci & breui vita electi Dei exaltati non fuerint parui refert, nam omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quasi flos fœni. Sublimabit Deus optimus suos electos, saltem quando accersens illos clamauerit. Venite benedicti patris mei percipite regnum. O regnum ardentissimis votis desiderandum, regnum vbi omnes sancti reges sunt, nullus tamen inuidiæ, ambitionisue liuor adest. Regnum foelicissimum carens morte, vacans fine, cui nulla tēpora succedunt per æuū. Ecce quò prouehendi sunt, qui mundi regnū, armis, & satellitio, opibusq; constantem, ob Christi amorem spreuerunt.

¶ Magnopere obseruandum, quod sicut in salis metaphora, & lucis enigmatate Saluator vitam suorum ministrorum candidatam, & præclaram scientiam innuere voluit, sic parabola de ciuitate in culmine montis sita, fertitudinem prælatorum, & concionatorum indicauit. Vnde ad Hieremiam dictum est. Ecce ego hodie dedi te in ciuitatem munitam. Non dixit, dedi te in ciuitatem dūtaxat, sed addidit, munitam, muris & antimuralibus roboratam. Omnibusque virtu-

*Esa. 40.*

*Matt. 25.*

*S. Augus.  
lib. manu.  
c. 8.*

*Iere. 1.*

## Declamatio vndecima

tibus theologalibus, & moralibus communis sit oportet, quisquis in sublimi statu sanctæ ecclesiæ collocatur. Nec satis est vt episcopus tendat ad perfectionem, quod religioso sufficit, sed oportet, vt perfectionem ipsam habeat. Huc attinet quod Sanctus Dionysius. cap. 5. de cœlesti hierar ait, Pontificum ordo consumatius est, & perfectiuss, sacerdotum autem illuminatius, ministrantium vero purgatius. S. Thom. 2. 2. quæst. 184. art. 6. Et hoc vel maxime de terrere eos debet, qui episcopatum affectant.

¶ Ciuitas munita prælati sint, nam super montem, qui Christus est constructi fuerunt. Ne ergo vacillent, ne forte succubant, neque quouis terrore victi aduersarijs cedant. Ius enim est, vt quò propius Christo Iesu accedunt, eò firmiores ac perfectiores habeantur. Sic mons ipse conspicuos omnibus reddet, vt qui eos viderint, glorificent patrem cœlestem. Sin autem minus rectè viuant, scandalo erunt cunctis, quò nihil grauius. Dicente domino. Væ illi per quem scandalum venit. Merito dominus deplorat prælatos qui scandalo sunt alijs, quoniã prauis suis moribus subditorum animas illaqueant. Quo nihil sceleratius. Attendant iam

S. Diony.

S. Th. 2. 2.

q. 1. 84. ar. 6.

Matth. 5.

Matth. 18.

In festo sancti Augustini. 316

iam omnes ministri ecclesiæ omnium oculos in se verfos, ne existiment sibi licere quicquid libet, nec quoquo modo cogitēt vitia sua latere. Quò expectat illud Pauli. Spectaculum facti sumus, mūdo, angelis, & hominibus. Et de sancto euangelio, & tribus metaphoris, quas explicādas instituimus hætenus. 1. Cor. 4.

*¶ SECUNDA PARS DE -  
clamationis, in qua elogia beati patris  
Augustini explicantur.*



Vid de laudibus tam eximiam que præcellentis doctoris, & prælati, nunc proferam fratres mei, prorsus ignoro, quum videā coram me vastissimum atque profundissimū oceanum, quem transfretare nemo suis viribus potest? Verum tot sunt dona, tot & præclare, ac rare virtutes, quibus Deus optimus sanctū suū August. insigniuit, decorauitq; vt rudis & stupida sit oīs hominū lingua ad eloquendū encomia huius egregij pastoris. Veruntamē in hac celebritate tacere haud expedit, in qua sacrosancta ecclesia Romana iubilo mirabili festum tanti doctoris iure optimo celebrat. Quas ob res tametsi vti

R 4

balbu-

## Declamatio vndecima

**Not.**

balbutiens, diui Augustini nonnullas laudes indicare incipiam. Faxit Christus Iesus, vt non modo eius laudatores, sed quod altius est, & laudabilius eius sectatores simus. Eatonus sanctorum solennia agimus, vt heroicas eorum virtutes ob oculos habentes, pro nostra virili ipsorum gesta imitemur. Alioqui de nobis elogiū illud infelix iure dicetur. Transierunt inimici, id est, demones, & deriserunt sabbata eius.

**Treno. 1.**

¶ Ab illo mirifico titulo auspicari sermonem institui, quo dominus noster apostolos suos decorare cœpit. Vos estis sal terræ. Nuper diximus sal vitæ candidatam, & mundam ministrorum sanctæ ecclesiæ præsignare. Haud dubiè sanctimonia prælatorum, & prædicatorum, vitiorum vermes enecat, & omnifariam corruptionem, mentis & carnis longius depellit. Alioqui Paulus non cuidam episcopo discipulo suo diceret. In omnibus te ipsum præbēs exemplū. Perinde dicat, in abstinentia, paupertate, in pietate erga pauperes subleuādos. In patiētia, & quauis virtute exercēda, te pastorē veluti speculū politissimū, & exemplar viuendum habeāt. O verè sal terræ, Augustinū, o mirabile prælatorū decus, qui immaculatā vitam agens, sic se omnibus præbuit virtutū omnium exemplū,

vt

**Tit. 2.**

In festo sancti Augustini. 317

vt omnes quot fuere, sunt, erant, sanctitatē eius intuentes, ceu ab optimo magistro discere possint, quæ nam vera paupertas spiritus, qualis & quam pulcherrima sit castitatis virtus, humilitatis pondus & precium. Equidem cum Apostolo clamare ipse poterat. Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Quæ verba nemo, nisi omnibus virtutibus absolutus, effari potest. Planè vt verum sal viciorum putredines in hominibus improbis exiccavit. Proficientes in via salutis suo exemplo roborauit, nec non eos qui perfecti erant gratia summi numinis opitulante, ad maiorem sanctitatis cumulum euexit. Quid plura? nedum scelera hominū potenter refecauit, vulneribus eorum pro sua virili mederi studuit, sed virtutes, quæ suapte natura mellita dulcedine suauiores sunt, mirabiliter sua candida vita dulcorauit. Palato non sano, pœna est panis, qui sano est suauis. Sic peccatores morbo graui laborātes clamant, amara est paupertas, probra, & ignominæ valde amarescunt, quis poterit virtutes hæc degustare? cui quærellæ Diuus Augustinus fecit satis, relinquens mundum, & ad heremum aduolans, vbi tot heremitarū coenobia erexit. Quippè quos sub apostolica regula viuere docuit. Mira res,

2. Cor. 4.

S. August.

R 5

adeò

## Declamatio vndecima

Nota.

adeò dulces sua mirabili vita, obedientiam, paupertatē, & castitatē reddidit, vt trigiuta ordines, & eo amplius, regulā & institutam huius præcellentis doctoris sponte profiteantur. Quorū nōnulli in Hispania nostra, dño suffragāte florēt. Planè beati Hieronymi, & sancti Dominici ordines, necnon & sanctæ Trinitatis, & milites sancti Iacobi sub hac regula degūt, & tū ore, tū corde tot religiones quotidie clamāt. Magnè pater Augusti

4. Re. 2. ne, preces nostras suscipe. Ecce fratres, noster Elisæus Christus, vt aquas amaras Iericho dulcoraret, vas nouū accepit & sale immisso dixit. Ecce ego sanauit aquas has, & nō erit in eis quicquam amaritudinis, & ita ita-

Figura. tim factum est. Enimuerò tunc Saluator vas nouum accepit, quando sub ficu iactatum, ingemiscens, & plorantem Augustinum clementiæ suæ oculis inspexit, eumque de mundo nequam abduxit, & ad se conuertit. Tunc Spiritus Sanctus, vt de rege Saule legimus mutatus est in virū alterum. Tunc ex vase contumeliæ & probri, euasit vas honoris. Sicut scriptū est. Aufer rubiginem de argento & egredietur vas purissimum. Abstulit quidem opifex summus Christus rubiginē erroris Manichæorū ab Augustino, quo annis nonē infectus fuerat a l'o Dei iudicio.

Imò

In festo sancti Augustini. 318

Imò tulit ab eo quasuis peccati scorias sanctificās eū. Tūc sanè sal effectus Augustinus aquas virtutū omni melle dulciores efficiēs suo exēplo quā plures animas lucratus est Christo: en charissimi quātū pōderis habeat candida & præclara vita docētis, vt sanctus Gregorius egregie in suo pastoralis testatur. Sed vt cūctis cōspiciū sit quā piē, sanctèq; Beatus Augustin⁹ vixerit, & quomodo salis officiū exercuerit, sancti Hieronymi scribētis Marcellino setētīā audiam⁹. Certe habes ibi ait, virū sanctū & eruditum Augustinum S. Hiero episcopum, qui viua vt aiunt voce docere ad Marcellinum. te poterit, & suam, imò per se nostrā explicabit sententiam. Quid quod in exordio epistolarum, quas doctor eximius miserat Augustino, mirificis titulis eū valde honorat. Domino sancto ac beatissimo Papæ Augustino Hieronymus. Sic auspiciatur omnes epistolas Augustino destinatas. Et in epistola. 25. libri. epistol. Sancti Augustini Diuus Hieronymus sic ait. Scit quid dicam prudentia tua, ma te virtute in orbe celebraris. Catholici te cōditorē antiquæ rursus fidei venerātur, atq; suscipiūt. Et quod signū maioris glorię est oēs heretici te maximè detestantur, & me pari persequuntur odio. O verba aurea aureis literis inscribēda. Quid excellētī⁹

aut

Proii. 25.

Lib. epif.  
Augu. ep. 25.

Nota.

Declamatio vndecima

aut præclariùs de Diuo Augustino dici potuit? in orbe celebrabatur, & à catholicis maximoperè venerabatur, & ab hæreticis infestus magno odio habitus, erga martyrij coronam ambulabat. Idquæ factum fuisset nisi die quodam, alto Dei consilio iter agēs à rectavia aberrasset. Desficeret me tempus de sanctimonia tanti episcopi narrantem. Eam ob causam ad secundū titulum trāseo.

*Text.* **V**os estis lux mundi.

¶ Par erat, vt qui sal terræ iam extiterat, vita immaculata, & candida illustratus, etiam lux mundi foret. Quādoquidem prius amet oues christi oportet, qui minister in sancta ecclesia est, & subinde lux sit per doctrinā dogmata sanctam subditis suis impertiens.

*Exod. 4.* Virga Moyfi in manu eius virga permanebat, rectitudinem habens, at contra, in terram proiecta, in serpentem tortuosum versa fuit.

*Figura.* Haud dubiè lex domini in qua tot miracula & portenta prælatus facit, vicens mundum, diabolum, & carnem suā, si opere adimpleat, perinde atquæ Moses virgam in manu tenet. Sin minus mādāta Dei post habens, terrenis & futilib⁹ rebus adhæreat,

*Exod. 4.* iam non virga tenet in manu. Nec abs re dominus Moyfi præcepit. Tene virgam in manu

In festo sancti Augustini. 319  
nu in qua factur⁹ es signa. Hūc alludit illud Ecclesiastici. Si volueris mādāta Dei conseruare, conseruabunt te in perpetuum. Sic & miles in bello, si gladium conseruarit, gladius seruabit eum ne moriatur. Ascende in montem, ait dominus, tu qui euangelizas Sion. Mons excelsus vita perfecta, quam ni fallor, habere debet qui alijs documenta salutis dare nititur. Itaque si prælatus vel cōcionator sal terræ fuit, condiens suo exēplo virtutes omneis, rursus, radijs sapientiæ & doctrinæ præfulgeat, vt sit lux mundi. O sapientem virum, o lucem mirabilem Augustinum, nonnè ipse totum terrarum orbem scientiæ suæ cœlestis fulgore illuminauit? Equidem triplici radio ipse in ecclesia fulsit, nam luxit vt stella, & sicut luna plena, & quod mirabilius est, refulsit veluti sol. Ecclesiasticum nunc audiamus, & ipse natiuis coloribus scientiam stupendam nostri doctoris & præsulis Augustini deliniet. Quasi stella matutina in medio nebulæ, quasi luna plena in diebus suis lucet. Quasi sol refulgens, sic iste refulsit in templo Dei. Enimuerò instar stellæ matutinæ effulsit egregiùs doctor noster, quādo primo conuersus ad Christū, vox illa cœlitus allata tonauit. Augustine, tolle, lege, Tolle, lege. Tunc antea actam vitā desilens

*Eccle. 15.*

*Esai. 40.*

*Eccle. 50.*

*Conuersio S. Augus.*



## Declamatio vndecima

deflens lachrymis scelera sua diluens exclamabat dicens. Vsq̄quo dñe, vsq̄quo obliuisceris mei in finem? pulchritudo antiqua & noua, quàm sero te cognoui. De ijs in libro confessionum latius. Emicuit vt luna plena vbi presbyter factus est, & sacrum euangelium, Valerio episcopo cogente palàm prædicauit. Obseruate fratres, nos sicut luna dimidia fulgemus dūtaxat credentes, non autem Deum toto corde, & proximū vt nos ipsos amātes. At beatus Augustinus corde & opere, verbo & vita, affatim in templo Dei vt luna plena illuminauit fideles. Deniq̄ue veluti sol refulgēs, iā episcopatus apicē attingēs, hāc, & illac, tū sermone, tū etiam scriptura, quot quot orthodoxi erāt illuminati sunt. Vel sic, quia in quouis statu, alij incipientes, alij proficientes, alij tādē perfecti inueniuntur, vtrosq̄ue Diuus Augustinus edocuit, vt risq̄; sese accōmodans, quò plus eis proficeret, vti stellā paruis fulgēs ad pœnitentiā eos excitabat, dicēs pœnitentiā agite, & appropinquabit regnū cœlorū. Qui habet duas tunicas det vnā nō habenti, & de cibis similiter. Proficientibus, vt luna plena illucebat, cum Apostolo clamās. exercitatio corporalis ad modicum valet, pietas autē ad omnia utilis est. Quibus verbis

*ib. confes  
sionum.*

*Nota.*

*Matth. 3.*

*Tim. 4.*

bis

## In festo sancti Augustini. 320

bis potissimè ad eleemosynam sectandam, nedūm discipulū suum quē alloquebatur, sed omnes fideles Apostoles hortatur. Postremò vt sol perlustrās ad perfectos viros ea quæ perfecta erāt loquebatur, dicēs cum Paulo. Sapiētiā loquimur inter perfectos. O virū ineffabilē, o sapientissimū doctore, omnibus omnia factus est, vt omnes lucrifaceres Christo Iesu. Quanta verò sapientia & eloquētia doctor hic præstātissim⁹ poluerit, testis est Diuus Hieronymus, qui in quadā epistola sic ait. Duob⁹ libellis quos meo nomini dedicaſti, eruditissimis, & omni eloquētiæ splendore fulgētibus, ad tēpus respōdere nō potui. Et Paulo post inquit. Certē quicquid dici potuit, & sublimi ingenio de scripturarū fontibus hauriri, à te positū & disertū est. Sed quæso reuerentiam tuam, parūper patiaris me tuum laudare ingenium. Mihi autem decretum est te amare, te suscipere, colere, mirari, tuaq̄ue dicta quasi mea defendere. Ecce quanti Sanctus Hieronymus fecerit viuacitatem ingenij & stupendam sapientiam Diui Augustini. Quis obsecro fratres adeò rudis, aut stupidus, qui legens eius cōfessiōes nō stupeſcat, audiēs eū gratias immortales optimo Deo agētē, quia quicquid legit, per se ipsū absq̄; magistro didicit.

*1. Cor. 2.*

*Lib. epist.  
S. August.  
epist. 30.*

*S. August.  
ingenium.*

cit.

Declamatio vndecima

clt. Enimuerò Plato quem diuinum appella-  
re solemus, eò quòd pleraque subtiliter de  
potentia & sapientia summi Dei scripsit, &  
ideas omniũ rerum in ipso Deo posuit, So-  
cratem eruditum virum, magistrum habuit.  
Aristoteles philosophorũ princeps annis  
viginti scholã Platonis frequẽtauit. Itaque  
nemo sine docente euasit sapiens, & in libe-  
ralibus artibus apprimè eruditus nisi solus  
Augustinus. O portetũ portetofum, o inge-  
nium monstruosum, o solem fulgentiorem  
iubare ipso meridiè perlustratè, quid de te  
dicam ignoro? cui te assimilare valeam ne-  
scio? fat ñt cum Salvatore asserere. Vos estis  
lux mundi. Splenduit sol iste in tẽplo Dei,  
quo illucente illud Dauidicum impletũ est.  
Ortus est sol, & in cubilibus suis collocabũ-  
tur. Quando quidem bestia syluæ quæ no-  
ctè pertransibãt, & animas fidelium seduce-  
bant in varios errores eas abducẽtes, iã iam  
Augustino irradiante pudefiunt, & vel ad  
lucẽ fidei cõuolãt, vel ad cubicula sua effu-  
giũt. Vbi obsecro leo Cruet? Arri? vbi vrsus  
insidians Manicheus? vbi fortunatus Mani-  
cheorum presbyter, quippè qui satana sug-  
gerente plurimos seducebat? planè ab Au-  
gustino deuicti ceciderunt, & falsa dogma-  
ta eorum instar fumi beato Augustino re-  
darũ

*Psal. 103.  
Heretici  
bestia sũt  
ne sunt.*

In festo sancti Augustini. 321

arguente euanuerunt. Quid multis immo-  
ror? candelabrum aureum septem lucernas  
habens, doctor hic Sanctus in templo Dei  
fuit, necnon & nunc est, eritque ad finem  
vsque mundi, suis libris, scientia, & doctrina,  
ac spiritu plenis tam prædicatores, quã om-  
nes fideles illuminans. Et rectè lucernas se-  
ptem habet, quia spiritus sancti dona cũcta  
suscepit. Mirabile dictu, vbi que ad amorem  
Dei corda nostra stimulat, vbi que syncerũ  
& piũ affectum ostendit, vbi que charita-  
tem spirat. Hactenus vt reor fratres vidistis  
quã opus habeat episcopus, candida vita  
vt sit sal terre, quã etiam indigeat scientia,  
vt sit lux mundi. & paratus arguere contra-  
dicentibus, & sacrae fidei veritatem obruere  
volentibus, sicut Paulus admonet. Et de se-  
cundo titulo, quo Christus honorat suos mi-  
nistros satis.

*Exod. 25.  
Figura.*

*Tit. 1.*

*¶ Non potest ciuitas abscondi supra mon-  
tem posita.*

*Text.*

*¶ Nunc prælati fortitudinem exactè domi-  
nus depingit, ciuitatem in cacumine mon-  
tis eum appellans. Quod planè luculenter  
Deus optimus ostendit Hieremiæ dicens.  
Ego quippè dedi te hodie in ciuitatem mu-  
nitam, & in columnam ferreã, & in murum*

*Hiere. 1.*

*S  
eneum*

## Declamatio vndecima

æneum super omnem terram. Et bellabunt aduersum te, & non praualebunt, quia ego tecum sum ait, dominus ut liberem te. Magnam energiam verba singula habet, & multis scatet mysterijs. Ciuitas munita suos ciues protegit, colūna ferrea totū edificiij pondus sustinet. Murus verò æneus iacula aduersariorū sua duritie frāgit, nec quicquā iacturæ suscipit. Hæc omnia ad fabre perfectionē & inuincibilē fortitudinē tā prælati, quam prædicatoris euangelici insinuāt. Sit ergo episcopus ciuitas refugij, hilariter suscipiēs peccatores ad poenitentiam. Verūm in terra illa lacte & melle manante, per quam sacrosancta ecclesia depicta est, ciuitates refugij Deus optimus fore fanciuit, in quibus homicidæ suffugiū, & tranquillitatem inuenirent. En prælatorū quale sit munus, & officium in ecclesia. Nempè, suscipere infirmos, & pusillanimos pro virili sua consolari. Quid multa; ciuitas ciuium vnitas est, & ad hanc vnitatem Christus voluit vniuersum orbem redigere veniens in mundum. Et hoc ingens miraculum in terra apparet. Iuxta illud qui habitare facit vnius moris in domo. Eā obrē vna est fides, vnū baptisma, vnus Deus & pater omnium. Eo nāq; prælatus vel maximè incūbat oportet, vt oues vnitatem

Iosue. 20.

Figura.

Psa. 67.

## In festo sancti Augustini. 322

tatem fraternitatis feruent. Pacem habete ait Apostolus, & Deus pacis, & dilectionis erit vobiscū. Diuisionē Pitagoras iure optimo mortem vocauit vniuscuiusq; rei. Vnionem vitā dixit. Vnde Saluator clamat. Omne regnum in seipsum diuisum desolabitur & domus supra domū cadet. Ecce ratio potissima ob quam ministros ecclesiæ delegit dominus, & principes eos fecit, vt ad vnitatem fidei infideles, & hæreticos adducāt, & orthodoxos in vinculo charitatis alligare nitantur. Sic in omnibus, vnitas intellectus fit, idem sapientes, & vnitas voluntatis inuicem sese amantes. Parui refert, vnitatem primam habere, & eandem veritatem fidei mordicus tenere, ni charitatis, & dilectionis vnitas adsit, dicente domino, Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos. O doctorem eximium, & pastore egregiū, maximis laudibus efferendū, Augustinū. O ciuitatē munitā, quā hæreticorum versutia, & calliditas expugnare non valuit. Equidem in hac ciuitate magna, nedum 30. ordines degunt, ceu iam meminimus, sed omnes oues Christi, quas moderabatur, tamquam ad ciuitatem refugij ad hunc pastore confugiebāt. Ad eò fortis erat vt pusillorū infirmitates gaudēter sustineret. Sic

Luce. 11.

Nota.

Ioan. 15.

S 3 chari

Declamatio vndecima

charitate pectus eius erat accensum, vt consumptis bonis suis in pauperes subleuādos ecclesiarum vasa argentea, & aurea in tantum opus absumebat. Vtinam consimiles episcopos ænū nostrum haberet. Sed vt pastoribus ait, dominus, qui se ipsos pascūt.

**Eze. 40.** Ecce ego super pastores. Mira res, quam fortis gigas erat, qui toto conatu episcopatus honorem timebat. Vsq̄ue adeo timebam episcopatum, & in quo loco sciebam non esse episcopum, illo accedere cauebam.

**Psal. 55.** Perinde ac si cum Dauide diceret. Ab altitudine dei timebo. O mirabile, & modis omnibus euehēdā humilitatē atq; seētādā. Nēpē, pectori suo insculptū gestabat verba illa terrificā. Custodi virū istū, qui si lapsus fuerit, erit anima tua, pro anima illius. Et rursus. Ipse peribit, animā autem eius de manu

**3. Re. 20.** tua requirā. Vocatus est Augustinus à Deo tanquam Aaron, nec sibi sumpsit honorē. Eam ob rem plurimū fructum attulit ecclesie. Quomodo non semper licet effugere dignitatē, vbi per superiorē imponitur, quia humilitas reluctari nescit alienæ voluntati, sed peculiare est ei cedere, fusius tractat **S. Thom. 2. 2. quæstio. 185. artic. 2.** Vnde

**S. August. ad Eudosiū.** Si qua opera vestra mater ecclesia desiderauerit, nec elatione

In festo sancti Augustini. 323

elatione auida suscipiatis, nec blādiente desidia respuatis. Appetere autē episcopatum ingēs nefas est, si ob honorem eum quis affectat. Hinc beatus Augustinus. lib. de ciuita. 19. ca. 19. Locus superior sine quo populus regi nō potest, & si administretur vt decet, indecēter tamen appetitur. Nec aduersatur sentētia isthæc beato Apostolo dicenti, qui **Timo. 3.** episcopatū desiderat bonū opus desiderat. Nam teste Dico Gregorio in pastoralis illo tēpore hoc dixit Apostolus, in quo ille qui plebi præerat, primus ducebatur ad martyriū. Tūc nihil erat aliud quod in episcopatu appeti posset, nisi bonū opus. Vel ijs verbis pulchrē exposuit Paul<sup>9</sup>, quid sit episcopatus. Profecto nomē est operis nō honoris. Episcopus, id est, superintēdēs. **S. August. li. 19. de ciui. ca. 10. & S. Tho. 2. 2. q. 185. art. 1.** Ceterū, quis effari poterit ardētissimos affectus huius præfulis, erga oues suas pascendas tā verbo salutifero, quā corporali alimēto? quis inquā, si alter Demostenes aut Tullius fuerit narrare queat, flamigera desideria quib<sup>9</sup> accensus ardebat, martyrij palmā vēdicare cupiens. Quotidie morior pro vestra salute, cū apostolo aiebat. Eā ob causam frequēter oppida circuibat prædicās regnū Dei in fracto animo, hereticorū minas sper

**S. August. li. 19. de ciuita.**

**1. Cor. 15**

## Declamatio vndecima

nens, qui nihil equè cupiebant, quā Augustinum aduersarium occidere. O athletam robustissimum, o verè desiderio, & merito martyrem, nam si tyrannus & gladius abfuit, voluntas feruens pro amore Christi, & salute ouium suarum moriendi nunquam defuit. At si ita res habet, quod Deus optimus magis pensat affectum quam censum, Diuo Gregorio autore, quid prohibet, aut vetat, vt non desiderio martyrem hunc sanctissimum praesulem vocitem?

*Summatius.*

¶ Summatim iam dicam fratres, quæ veluti dispendis dicta sunt. Doctor mirificus Augustinus, & dignissimus episcopus, sal terræ fuit, quamlibet corruptionē sceleris ab animabus fidelium depellēs, ne vt iumenta computrescerēt in stercore viciorū suorū. Virtutes omnes quæ improborū palato amaræ erāt, mirū in modū dulcorauit, exēplo & candore vitæ suæ. Adeo vt quā plurimi mundi oblectamēta spernētes, ad scētādā vitā Apostolicā cōuolarēt. Lux mūdi fuit ceu sol per lustrās, & illuminans vniuersam ecclesiam, necnon & radijs suæ doctrine, & miraculis valde eam decorās. Vnde iure sapiens dixit quasi sol refulgens sic iste refulsit in templo Dei. Templū autem summi numinis in quo dumtaxat, ipse adoratur, & colitur sacra Ro-

mana

## In festo sancti Ioannis. 324

mana ecclesia est. Denique magnus parens plurium religionum Augustinus, ciuitas munita est, ad quam omnes ecclesiæ status quotidie confugiunt, suppliciter exorantes tantum doctorem, & Christum Iesum regem regum in sancto suo toto affectu adorantes quique sua gratuita dignatione, sic eum sublimem fecit, sic in sancta ecclesia euexit, & tandem in caelo inter angelorum choros collocavit. Quod nobis domino suffragante contingat quā primum, gratia Christi Iesu. Qui cum patre, & sancto flamine regnat per secula cuncta. Amen.

### IN FESTO DECOLLATIONIS sanctificati Ioannis Baptiste martyris annotationes aliquot.

*quor.*



Lamabat Saluator noster, & iure optimo conquerebatur, videns Hebræorum execrādam ingrati tudinem. Retribuebāt mihi mala pro bonis. *Psal. 108.* Equidem dominus, ut potē pater beneficentissimus, innumera dona Iudæis impertiuit, dogmata sancta eis tradens, infirmos illorum vltro sanans, obsessos à diabolo liberās, necnō & mortuos sua mirabili potētia suscitās. At Hebræi tot beneficiorū oblitī, persequu-

S 4

ti sunt

*Eccl. 43.*

## Annotationes

ti sunt benefactorem suum tenuerunt, & flagellauerunt eum, & tandem inter duos latrones suspenderunt, autorem vitæ interficiētes. Ad eādē imaginem impius rex Herodes mala retribuit Ioāni Baptiste pro bonis. Cupiebat quidem eum eripere à peccato, & scādalū totius regni depellere, ideò zelo sancto actus palā corripuit eū dicēs. Nō licet tibi habere vxorē fratris tui. En ratio ob quā sanctificatus Ioānes in tetro ponitur ergastulo. Equidem ministerium suū impleuit, veritatē minime tacens, & opus piū & satis frugiferum in proximo suo exercuit.

Mar. 6.

Matt. 14.

Annot. 1.

Eccle. 1.

S. August.

¶ Vbi primò, notandum est quā fuit pro-  
cax tyrannus rex, mittens in carcerem virū  
sanctū, quē ipse tanti existimabat, vt eum li-  
benter audiret, & eo audito, multa bona fa-  
ciebat, verba eius pectori suo collocās. At-  
qui, quoniam peruersi difficile corrigūtur,  
dum ob oculos scelus illius ponitur, scande-  
scit, furit, & leonis instar flammās emittit  
sulphureas. Obseruandum quod non Salo-  
mon dixit. Peruersi correctionis sunt exper-  
tes, sed difficile corrigūtur. Ratio quia Au-  
gustinò teste, de illis tantū desperandum  
est, cōtra quos habemus occultam luctam.  
Hoc est de monstrantū incorrigibiles sunt,  
homines autem quālibet scelerati sint resipi-  
sci pos-

In festo decollationis Baptistæ. 325  
sci possunt, & pœnitentiam agere queunt.  
Alioquin rex noster & dominus Christus fu-  
nestum Iudam in cœna vltima pedes non  
ablueret, & tandem in horto faciem suā be-  
nedictam non daret, quando vipereus ho-  
mo dixit. Aue rabbi, & osculatus est Iesum.  
O dignationem mirabilem, o clementiam  
domini Iesu vehementer stupendam, blan-  
dientis affectu traditori loquitur appellans  
eum amicum, vt saltim eum pœniteat scele-  
ris sui, & pœnitendo non in æternū pereat.  
Quæ omnia eò tendunt vt certò certius te-  
neamus, omnem peccatorem propemo-  
dum delictis innumeris oppletam, quam-  
diu viuit, correctionis, & pœnitentiæ capa-  
cem fore. Quam sit meritorium fratrem cor-  
rigere ne pereat, quia elemosyna spiritalis  
est. S. Tho. 2. 2. q. 33. ar. 1.

Ioan. 15.

Nota.

Secundò.

Matt. 18.

¶ Secundo, mirabile est, quod Ioannes non  
secreto, sed publicè Herodem peccantem  
corripuerit. Nonne Saluator Petro tanquā  
apostolorum principi dixit. Si peccauerit  
frater tuus in te, corripe eum inter te & ip-  
sum solum? Matth. 5. Verum fratres Hero-  
des contra omnes sui regni incolas pecca-  
uit, scandalum magnum eis præbens fratris  
sui adhuc viuentis vxorem perperam possi-  
dens. Eam ob causam palàm erat arguendus.

S 5

Dicente

Annotationes

1. Tim. 5.

Dicente Apostolo. Peccantes coram omnibus argue, vt ceteri timorē habeant. Hūc tēdit quod diuus Petrus manifestē Ananiā

Act. 5.

& Saphirā puniuit, nulla admonitione secreta facta. De Ioseph vero qui accusauit fratres suos apud patrem de crimine pessimo, absq; dubio dicendū, quod vel clā prius eos

Gene. 37.

admonuit, vel quia peccatum inter eos erat publicū, absq; admonitione vlla illos accusauit. De ijs vberius. S. Tho. 2. 2. q. 33. art. 7. iuste ergo Ioannes Herodem redarguit.

Tertio.

¶ Obseruatione dignissimum est, quanta sit potestas impijs in hac vita, summo Deo consentiente, & quantas calamitates prohiobeāt, quantiq; aduersitatibus vndiq; quantiantur. Ecce prophanus rex alienam vxorē possidet, & in volutabro luxuriæ suæ quiescit. Præcursor autē domini, quo nemo maior inter natos mulierum surrexit, comprehenditur, vinculis alligatur, & carceris foetorem, & scalorem patitur. Nempē, sceleratis hominibus, latronibus & sicarijs, ac homicidijs ergastulum paratur. O virū omni sanctitate, & cādore iustitiæ decoratū, quid tibi cū vinculis, & carcere? Nū in heremo 25. annis cilicio coopertus, locustis, & melle syluestri victitans hoc pati meruisti? Audite fratres audite, hic vel maximē oculis fidei o-

Innocentia  
Ioannis.

pus

In festo decollationis Baptistæ. 326

pus habemus. Nil nos offendāt vincula & carcer Baptistæ, sed valde nos solētur, quādo quidē magnis gaudijs in illo carcere potitur. Magno iubilo gauisus est in aluo matris, Deipara loquēte in domo Zacharię, sed lōgē maiori gaudio exultat in ergastulo, eò quòd iā adorauit filiū Dei Iesum in ripa Iordanis illū baptizās. Iamq; ministeriū suū impleuit, ecclesiæ ostendēs spōsum verū Christū. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mūdi: quas ob res nō vult amplius viuere in mūdo. Imò mortuus erat mūdo, & soli Christo viuebat. Illū oportet crescere dixerat vir sanctus, me autē minui. Par erat, vt iā lucerna extingueretur, vt lux mūdi Iesus, magis ac magis orbē illuminaret, & fama eius accresceret. Quotidie videmus, quod sole ascēdente, lucifer qui anteibat occultatur. O res satis miranda Herodes cruentus in carcere erat, & vinculis delictorum suorum cōstringebatur, iuxta illud. Impius vinculis peccatorum suorum constringitur. Et in Psalmo funes peccatorum meorum circumplexi sunt me. At Ioannes libertate mira gaudebat: nam vbi Spiritus sanctus fuerit, ibi libertas, authore Paulo. Nec in carcerē eū tyrānus misit, q̄ viro probo tot⁹ orbis carcer est, coelū vero patria. Hinc regalīs propheta

Luce. 1.

Ioan. 1.

Pro. 5.

Psal. 118.

ait.

Annotationes

*Psal.* 14. ait. Domine educ de carcere animam meā, ut confiteatur nomini tuo. Non denique verus rex vitam viro iusto ademit, quam ille mirum in modum relinquere optabat. Cum Paulo fervido spiritu orans. Desiderium habens dissolvi, & esse cum Christo. Ecce quomodo improbus Herodes nihil nocuit Ioanni, sed satis ei profuit. Sicut scriptum est. Stultus seruiet sapienti. Quin ut de paruulis innocentibus pulchrè diuus Augustinus testatur. Nunquam tyrannus hostis paruulis tantum profuisset obsequio, quantum profuit odio. Itaque Herodes ad horam gauisus est, nunc vero perpetuo sulphureo igne cruciatur, Ioannes in gratia decedens cum angelis in cœlesti aula lætatur, & omnia bona Christi secum rapuit. *Esai.* 3. Dicit iusto quoniam bene, ait dominus, quoniam fructum manuum suarum comedet. Vos charissimi anime equiores estote, & eò vel maximè contendite ut candidam habeatis consciētiam: nam hæc est gloria nostra testimonium conscientie nostræ. Profectò mens sibi bene conscia paradus deliciarū est. Mala vero mens vbicunq̃ fuerit inferni cruciatus secum defert, dicente *Esai.* Non est pax impijs, dicit dominus. In cuius typo spiritus nequam vexabat Saul.

Ad

In festo decollationis Baptistæ. 327

¶ Ad hæc, illud admirari non sufficio, impius Herodes timebat Ioannem, sciens illū esse iustum & sanctum, & seruabat eū. *Quarto.* Quibus armis erat munitus præcursor domini odire tyrannum? Quo Satellitio stipatus incebat? Parris camelorum vestitus, solis arduibus obfuscatus, nonnullos discipulos pauperes habebat. Quid trepidas vesane rex? Equidem charissimi suapte natura vitium coram virtute pauet. Metuebat superbus rex humilem Baptistam, adulter virginitatem & munditiam Ioānis mirabatur. Quid quod anima iusti sedes est Sapientie, & tem *Sap. 7.* plum honorabile Dei? Intuebatur ergo Herodes in Ioanne Deum omnipotentem, maiestatem quandam diuinam, quippè quæ in pectore eius habitabat. Cuius verba sic ardebant, ut præ se ferrent, indicarentque Spiritum sanctum, qui in ipso loquebatur. Nō estis vos qui loquimini, ait Saluator, sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis. *Ioan. 10.* Veruntamen tam es potens concupiscentie rabies, ut quem tanto opere venerabatur miser rex miserit in carcerem, amputaritque caput illius. Ecce quam sit verū. Abissus abyssi inuocat. Delictum minus, nisi per poenitentiam abluatur, subinde ad aliud trahit. Ex peccato luxurie dilapsus fuit in homicidium,



Annotationes

dium, & sacrilegium. Sic rex Dauid ex adulterio Bersabæ incidit in homicidium. Vriq. Vos fratres maximopere caute, ne peccetis, ne forte post lapsum in maiora crimina ruentes infœliciter pereatis. Cõtigit Herodi quod in Apocalypsi legimus. Qui in sordibus est sordescat adhuc. Et rursus. Computruerunt iumenta in stercore suo. Enimvero Herodes miser, & Herodias infœlix, nō homines, sed iumenta erant, iumentorum more oblectamentis carnis vacantes.

*Quintò.* ¶ Hinc vel maximè discamus oportet, quā sit fugienda luxuria, quæ heu hodie tot animas fidelium illaqueauit. Nihil fanè est quod magis subuertat sensum & intellectum hominis, quam venenata luxuria. Intemperantia maxime corrumpit prudentiam,

*Ethi. 6.* ait quidam Sapiens absque Christo. Vnde Daniel redarguens senes iniquos ait. Auertunt sensum suum, vt non recordarentur iudiciorum iustorum. Et iterum. Species

*Dan. 13.* decepit te, & concupiscentia subuertit cor tuum: allusio est ad illud. Fornicatio & vinum, & æbrietas auferunt cor. Quia & omnes superiores vires potissimè per luxuriā deordinantur, teste Gregor. lib. 31. morali.

*Dan. 13.* Sed de ijs fufius. S. Thom. 2. 2. q. 113. artic. 5. Sic ergo obsecratus fuit rex impius vt nō modo

*Osee. 4.* modo tenuerit Ioannem, sed ad obsecrationem impudicę saltatricis, caput omni veneratione dignum Baptistæ in disco afferri iasserit. O demeritiam modis omnibus execrandam, o cœcitatē totis viribus fugiendam. O funestum regem, ne dicam diaboli mancipium, & concupiscentiæ vilem seruū. Hocine obsequium sanctificato præcursori præbes? Vocem redemptoris in clamantis in deserto huius mūdi extinguis? Etenim adulterium abstulit ab illo cor, vino luxuriæ æbrius, seipsum ignorat. Et perinde atq; stultus operatur. Væ qui eius vestigia sequuntur delitijs carnis dediti.

*Sextò.* ¶ Celebravit rex impius & crudelis diē natiuitatis suæ, quod tantū de Pharaone memoriæ proditū est. Sic peccatores luxuriando vitā suā expendunt dicentes. Comedamus & bibamus cras moriemur. Et iterū. Exiguū & cū tēdio est tēpus vitæ nostrę, & post hoc erit, quasi non fuerimus. Venite coronemus nos rosas, antequam marcescant, & non sit pratum quod non pertranseat luxuria nostra. O verba pessima, & omni execratione digna. Equidem homo natus ad laborem, & avis ad volandum. Eas ob res, iusti memoriam mortis suæ quotidie celebrant. Scientes per hanc in cœlestem requiem se transi-

*1. Cor. 13* Comedamus & bibamus cras moriemur. Et iterū. Exiguū & cū tēdio est tēpus vitæ nostrę, & post hoc erit, quasi non fuerimus. Venite coronemus nos rosas, antequam marcescant, & non sit pratum quod non pertranseat luxuria nostra. O verba pessima, & omni execratione digna. Equidem homo natus ad laborem, & avis ad volandum. Eas ob res, iusti memoriam mortis suæ quotidie celebrant. Scientes per hanc in cœlestem requiem se transi-

*Osee. 4.*

*Sextò.*

*1. Cor. 13*

*Sap. 5.*

*Iob. 5.*

transi-

## Annotationes

**Jerem. 20.** transiguros. Quin & cum Hieremia abominantur natiuitatem suam, eò quòd in originali peccato nati sunt. Maledicta dies in qua natus sum. Ait vir sanctus. Quid quod in hoc conuiuio scelus homicidij iureiurando tegere molitur rex pessimus? Contristatus est propter iusiurandum, puella dicente. Da mihi in disco caput Ioannis Baptiste, temere iurauit, & stultè iuramentum impleuit. Quandoquidem si puella caput Herodis peteret, de iuramento nihil cure Herodi fuisset. Hic iam omnes altius expendamus, quid passuri sunt scelerati, quando sancti & electi Dei tot labores in hac vita pertulerunt? Si in viridi ligno, si in sanctificato Ioanne hæc faciunt, in arido & sterili peccatore quid fiet? Enimvero horrendum valde est incidere in manus Dei uiuentis. O mirabile mysterium, quoniam humilis præcursor indignum se professus est, vt pedum obsequium Saluatori præstaret dicens. Cuius non sum dignus corrigiam calciamenti eius soluere, ideo propter puellæ saltus nefarios, dominus amicum suum euexit ad palmam martyrij. Sanè Ioannes martyr fuit quam pro fide passus non fuerit, sed pro iustitia. Hinc dominus ait. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. Iustitia

In festo decollationis Baptistæ. 329  
 tia vero non modo pertinet ad fidem, sed ad alias virtutes, quippè quæ protestationes fidei sunt. Sanctus Thomas. 2. 2. quæst. 124. artic. 5. Cæterum, non abs re hæc historia tam accurate Marcus, & Matthæus scripserunt. Discamus oportet conuiujs & æbrietatibus non operam dare, ne vti Herodes scelera nefanda committamus. Dicente Paulo. Non in comensationibus & æbrietatibus, non in cubilibus & impudicijs, sed induimini dominum Iesum Christum. Discant etiam patres filios & filias suas educare in timore domini, non choros ducere, & inaniter saltare, nam ex hisce saltationibus plurima dimanant mala, veluti hæc historia lugubris palàm ostendit. Discant etiam reges, & principes quæ serua sunt, non sine graui consilio discernere, nã quod versutus rex super mensam, & inter pocula mero plenus, de morte Ioannis definiuit stultitiæ, & tyrannidis eius magnum indicium fuit. Nos vero patientiam mirabilem Baptistæ imitantes, in quauis calamitate Christum Iesum laudemus, sine cuius nutu nec passerulus in laqueo cadit, vti ipse contestatur.

S. Th. 2. 2.  
 q. 124. ar.  
 5.

Dogma.

T. PRO

Declamatio duodecima  
¶ PRO FESTO NATIVITA-  
tis facerrimæ virginis extat declamatio  
in libro septuaginta eius.

¶ IN FESTO INVINDIS-  
mo exaltationis sanctæ Crucis.  
Declamatio duodecima.

**H**odie festum celebramus fratres  
exaltationis sanctissimæ Crucis,  
in qua pro totius orbis salute Sal-  
vator noster Christus Iesus pepē-  
dit. Hanc gemmam valde preciosam perse-  
ab Hierosolymis post multas fidelium ce-  
des abstulerant, & 14. annis possederāt. At-  
qui divina opitulante clemētia, Erachio Im-  
peratore creato, magnoq; parato fidelium  
exercitu princeps Christianissimus aduer-  
sus Coldroe regē tyrannū processit. Is ne-  
fand⁹ rex eo stultię de venerat, vt sese tāquā  
Deū collere fecerit, & à cūctis rex regum &  
dñs dominantū vocabatur. Deus autē qui  
superbis resistit, humilibus verò dat gratiā,  
mirū in modū eos exaltās victoriā præstitit  
sancto Imperatori, subiugato aduersario  
cruento. Mira res suis humeris Eraclius dñi  
crucem

Iaco. 4.

In Exaltatione Crucis. 330

crucē baiulās in eodē loco eā collocavit, in  
quo regina sancta Elena primo eā cōstitue-  
rat. Hūc triumphū omātes hodie omnes cele-  
brāt fideles, in exhaustas gratias Deo agētes  
pro tā ingēti beneficio præstito. Ecce ratio  
tāti gauđij, quo affecti præsentē diē annua-  
tim sancta recollit ecclesia. Nūc ad euāgelij  
expositionem veniamus, sciet quidem my-  
sterijs plurimis. Ait ergo Ioannes.

¶ Nunc iudicium est mundi, nūc prin-  
ceps mundi huius eijcietur foras.

Euāgelium  
Ioan. 12.

¶ Vbi vox patris insonuit è cœlo dicens.  
Clarificauit & iterum clarificabo. Nunc mi-  
rabilem modum suæ glorificationis per  
mortem suam fieri subindicat. Equidem iu-  
diciū vocat hoc: quia non potentia tantū,  
non violētia, sed iure diabolum prostravit.  
Mortuus est propter iniquitates nostras,  
resurrexit propter iustificationem nostrā.  
Vbi Sanctus Augustinus, non generale iu-  
diciū hoc est, quando probi mercedem  
suam commertam accipiēt, & reprobi pro  
delictis suis pœnas dabūt, sed hoc loco di-  
cretionis iudiciū signatur. Ante hac satanas  
atriū suū in pace possidebat, nā teste Iob.  
Non est potestas super terrā quæ compare  
Nūc autē postquā virtus Dei è cœlo

Rom. 4.

Iob. 41.

T 2 venit,

## Declamatio duodecima

venit, & homo factus hominum causam sua gratuita dignatione, perinde atque suam accepit, mundus iudicatur, & eius princeps tyrannus foras mittitur. Itaque mundus, non pro mundi machina, quam Deus optimus creavit, & oculis nostris aspicimus, Saluator accepit, sed pro hominibus terrena, & quae futilia sunt diligentibus. De quibus Ioanes alibi ait. Et mundus eum non cognouit, id est, mundi dilectores obsecrati Salvatorem suum nullatenus, tanquam verum Messiam, & redemptorem colere, & corde toto amare voluerunt. Rursus de hoc mundo dominus dixit Pilato. Regnum meum non est de hoc mundo. Summa, iudicium factum est per mortem Salvatoris, qui nos redemit, & asseruit in libertatem filiorum Dei. Et qui diaboli regnum eramus, atque filij irae, iam haeredes Dei efficimur, cohæredes autem Christi, quique factus est nobis à Deo, iustitia, sanctificatio, & redemptio. Vnde commode satis sequitur. Nunc principes mundi huius eijciuntur foras. Iam apertius loquitur ostendens quænam sit materia iudicij & iustitiæ exercendæ. Nèpe, eatenus Deus homo factus est, & mortem passus, ut satanas princeps tyrannus, vel ut inelius dicam latro crudelis foras eijciatur, & filius Dei atriū suū possideat. Deiectus fuerat

Ioan. 1.

Ioan. 19.

1. Cor. 1.

## In exaltatione crucis. 331

fuerat draco ille è cælo & in terram proiectus, sed ut est callidus hostis atriū inuenit in mundo, eò quòd impij magno suo malo, corda sua lubetes ei dederunt. In quibus per varia scelera pessimè ille regnabat. Quid plura fratres? In monte Caluario sic dñs gloriæ cõtra inuasorē, & sicarium irruit, ut occubens in cruce rex noster, diabolū captiuū duceret, & spolia eius auferret. Nonne fortis vir Eleazarus elefantem regis Antiochi interfecit, in prælio ipse obiēs? Sic & in nece Salvatoris contigit. Christus vere mortuus est in hoc prælio, veruntamen bellua immanissima, quæ homines expugnabat, nec non & captiuos ducebat, victus ac deiectus mansit, sicut scriptum est. Væ qui prædaris, nonne ipse prædaberis? Et rursus de hoc stupendo triūpho Esaias ait. Iugū oneris eius, & virgā humeri eius, & sceptrū exactoris superasti, sicut in die Madiam. Fracta lagenam dux fortis Gedeon Madianitas prostravit. Et ad eandē imaginē Saluator, corpus benedictū suū flagellis, clavis, & diræ lanceæ exposuit, quo demones euinceret, & eorū principem mirabili sua virtute superaret.

Foras eijciatur, ait dominus, nam in idolis morabatur, & ei homines obsequiū præbebant, ab illo decepti. Omnes dij gentium

Apo. 12.

1. Mac. 6.

Esa. 33.

Iudi. 7.

Figura.

## Declamatio duodecima

**Psal. 95.** dæmonia ait Propheta, dominus autem eos fecit. Videns autem dominus populos in se credituros, & idolis renunciaturos audacter loquitur. Nunc princeps mundi huius, eijcietur foras. Observandū quod à principatu huius mundi eiectus est satanas ob Salvatoris mortē, ne amplius regnet in cordibus hominū ipsiſ reluctātibus, & resistantibus. Vnde probe scriptū est. Resistite diabolo, & fugiet à vobis. Et Petrus inquit: Cui resistite fortes in fide. Itaq; eiectus est ne internè regnet, nō autē vt externè tētare cesset. Equidē hoc malleo quā plurima vasa, in hac vita perficiūtur, & in regali mensa Christi quotidie collocantur. O quot martyres, quot cōfessores, ac virgines, diaboli tentamētis, quotidie affecti in ethera cōscendūt. Tentavit in deserto caput ac regē nostrum, nō semel, sed ter, tantū abest, vt mēbris Christi parcat. Sed iubilemus, & gratias inexhaustas Christo Iesu agamus, eo quòd impletū videmus illud. Contritus est malleus vniuersæ terræ. Sed prōh dolor fratres, quāuis satanas eiectus est, & à Salvatore nostro superatus, adhuc stulti homines habitaculū ei vltro præbent, adeò, vt nedum, in mente infidelium habitet per infidelitatem, & in mente hæreticorum per contumaciā, sed in pe-

**Iaco. 4.**

**Ierem. 50.**

**Nota.**

etoribus

## In Exaltatione Crucis. 332

etoribus fidelium hunc tyrannum regnare intuemur, per omnifariā delictorū malitiā. Vx, & iterūve illis ad quos dñs inquit. Vos ex patre diabolo estis, & voluntatē eius vultis adimplere. Agite fratres, diabolus in exilium ductus est, morte Christi id operāte, ita vt nec heretici, nec Turcæ aut Sarraceni idola colant, agnoscentes nihil numinis fore in idolis, vos obsecro Christo adherētes, mādāta eius seruate, vt tā præcellenti victoria digni habeamini. Sequitur in euangelio.

**Ioan. 8.**

*Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum.* **Text.**

¶ Quo hamo Leuiatham extractus sit, & in exilium actus, iuxta vaticinium Iob, nunc palam dominus facit. Sanè crux sancta quam pertulit veluti Hamus fuit dæmoni. Et quod de pessimo Pharaone dictum est, recte diabolo accommodatur. Extraham te o draco magne, de medio fluuiorum tuorum in quibus habitas, id est, eijciam te de cordibus hominum fluidorum, & inconstantium. Etenim Iesus filius naue Christi Iesu typum ferens, de terra sancta hostes eiecit, & in ea constituit filios Israel. Sed ad rem. Scitu dignum est, quam honoret suam crucem Saluator, quantiūque

**Iob. 40.**

**Ezech. 29.**

**Iosue. 12.**

Declamatio duodecima

faciat mortem suam, quālibet probrosam & ignominiosam. Hanc sanè exaltationem appellat, & quidem rectè. Apostolum au-

*Phili. 2.* diamus nunc. Factus obediens vsq̄ue ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod & Deus exaltauit illū. Sed quomodo eum in sublime euexit? Planè vt omne genu flectatur in nomine eius. Iure ergo crucis suæ tormentum exaltationem vocitat. Et alludit ad illud. Sicut Moyse exaltauit

*Ioan. 3.* serpētem in heremo, ita oportet exaltari filiū hominis. Admonet eos illius figuræ, qua depicta erat, salus totius orbis, quippè quā operatus est Saluator pendens in cruce. Sed quæ omnia trahit, inquit S. Augusti. Verū

*S. Augus.* ea sunt ex quib⁹ diabolus eicitur foras. Notandū quod nō dixit. Oēs trahā ad me ipsū, sed signanter ait omnia. Non enim omnium est fides, vti Apostolus astipulatur. Vnde non hoc ad vniuersitatem hominum retulit, sed ad creaturæ integritatem, id est, ad spiritum, & animam, & corpus. Equidē

*Homo est omnia.*

*Sap. 10.*

homo ipse quodāmodo est omnia. Ideò esse habet cū lapidibus, viuere cum plātis, sentire cum animātibus, intelligere cū angelis. Hinc Sapiēs de homine loquens dixit. Dñe dedisti ei virtutem continēdi omnia. Scitè quidā Philosophus dixit, hominē microcos-

mum

In Exaltatione Crucis. 333

mum esse. Hoc est, homo paruus mundus est. Quam ob causam dominus omnē creaturam homines appellauit. Prædicare ait, *Mar. vlti.*

euangelium omni creaturæ. Ac si patenter dicat. Cuius homini, & nationi palām facite euangelij mysterium. Vel si de hominib⁹ saluandis verbū hoc, omnia, intelligere malumus pulchrè dictum est, omnia prædestinata ad me traham. Ecce vis mirabilis, & stupenda passionis Christi energia. Atqui trahere non violentiam, sed beneficiorū Christi copiam indicat. Alioqui non per prophetam clamaret. In funiculis Adam trahā eos,

*Osee. 11.*

in vinculis charitatis. Etenim quæ temporaria sunt, vt diuitiæ, honores, & alia id genus funiculi rectè nuncupantur, eo quod facile ab hominibus ingratis hi funiculi rumpuntur. Quando quidem filij Israel, Pharaone profligato, mari sicco pede pertransito, in deserto vitulum conflatilem temerè erexerunt, & adorauerunt, summo Deo relicto.

*Ioan. 16.*

At filius Dei è sinu patris veniens vincula charitatis fabrefecit, quibus corda hominū fortiū alligata, ad redemptorem suum benemeritum accurrerent, eiq̄ue per amorem inseparabiliter adhærerēt. O vinculum charitatis plusquàm æreum, quod Deus homo factus, in terris visus sit, & cum hominibus

*Nota.*

T 5

con-

Declamatio duodecima

conuersatus. Circuncisio eius, in qua tantū doloris sustinuit comprehēsis, sanguineus sudor, flagella, corona spinea, clauis eius, & lancea qua latus eius sacrum apertum est, nonnē vincula charitatis sunt, quibus ad se nos fideles trahere conatur dominus? O Iesu bone, & nostri amantissime, verbū tuum obsecram⁹ procliuiter adimple. Trahe nos post te, & subinde curremus in odorem vnguentorum tuorum. Misericordia utique tua bene olens, qua cum Magdalena, Cananea & Matthæo publicano, necnon cum latrone orāti vsuse est, vnguenta sunt fragrantia, postque omnes quamlibet scelerati currunt. Trahe nos idē idē oramus post te, & vinculis charitatis tamen mentes nostras alliga. Ad eō vtecum Apostolo serio dicamus. Quis nos separabit à charitate Christi? Scio quia nec mors, nec vita, poterit nos separare à charitate quæ est in Christo. Summa. Omnia traham ad me ipsum, sublato peccato per quod regnat tyrannus satanas, & non alio telo potens est, mihi in re vindicabo, quicquid ille per tyrannidem occupauit. Nec obstat quod superius dixi. Nemo venit ad me, nisi pater meus traxerit eum. Quandoquidem vna est actio, patris & Spiritus Sancti, & filij, eo quo ope-

Canti. 1.

X

Rom. 8.

S. Chryso.

ra

In Exaltatione Crucis. 334

ra Trinitatis ad extra indiuisa sunt, ceu theologorū schola asserit. Quid turba rudis tūc dixerit iam sequitur.

¶ Respondit ei turba. Nos audiuimus ex lege, quia Christus manet in æternum. Quomodo tu dicis, oportet exaltari filium hominis? & quis est iste filius hominis? Text.

¶ Quia mos erat talis inter Hebræos, vt exaltatum à terra dicerent in cruce eleuatū, turba statim intellexit, quod sub metaphora Saluator dicebat. Vel quia mortem Christi Iudæi maleuoli vehementer obtabant, sub-oscure loquentem intellexerunt. At cōtra, quia Apostoli maximè omnium necem Saluatoris horrebant, quāuis palàm eis diceret, Ecce ascendim⁹ Hierosolymā, & filius hominis tradetur, & cætera. Nihil horū intellexerunt teste Luca. Imò eū parabolicè loqui existimabāt. Ceterū bene aiūt audiuim⁹, nā scribæ & pharisæi ex prophetis regnū Messiaæ æternū prædicabant populo. Potestas eius, potestas æterna, & regnum quod non relinquetur. Et in Deuteronomio eā setētia inuenimus. Necnō in psalmo scriptū est. Thron⁹ eius Nota.

Lucæ. 18.

Danie. 7.

Psal. 88.

cuis

Declamatio duodecima

**Psal. 109.** eius sicut dies cœli. Et alibi. Tu es sacerdos in æternum. Ita que impossibile putabant, sicut quidam eorum nunc putant, Messiam moriturum, & in æternum victurum. At qui Christus mortuus est secundum humanitatem, & tertia die surrexit, viuet que in æternum. Semperviuens ad interpellandum pro nobis. Sanè si mortu<sup>9</sup> est in infirmitate, surrexit autem ex virtute, quia Deus verus erat & homo. Stant ergo duo hæc simul, & nihil controuersie adest, Christus mortuus est, & viuet perpetim. Sic & de pijs hominibus asserendum est, quod & si moriantur tamen internum regnant. Visi sunt oculis insipientium mori, illi autem sunt in pace. Observatione dignum est, quod se filium hominis iure vocat sæpè sepius, quia filius Adæ, qui pro honore primi parentis pugnavit, & magnoperè illum exaltauit. Nempè quicquid Adam<sup>9</sup> iacturæ nobis filijs suis reliquit, totum Christus Iesus nobis contulit, imò cumulatius fidelibus præstitit, dicente Paulo. Vbi abundauit delictum superabundauit & gratia: cæterum nec regnum Messie nouerant, qui non spiritale, sed temporale imperium fore credebant. Quas ob res non palàm de ijs mysterijs eos erudit, equidem digni non erant, eo quòd malo animo hæc inter-

In Exaltatione Crucis. 335

interrogabant. Sed admonet eos blandè, vt discere veritatem cupiant, Vnde ait.

*Adhuc modicum lumen in vobis est. Text.*  
*Ambulate dum lucem habetis, vt non tenebræ vos comprehendant.*

¶ Vbi Chrysostomus. Adhuc paruo tēpore ego lux mundi vobiscum sum. Per hoc ostendēs quod mors eius transmigratio est. Etenim solaris lux non interimitur, sed parum recedens rursus apparet. At Diuus Augustinus longè aliter hunc locum exponit. Modicum lumen in vobis est, quia intelligitis, quod Christus manet in æternum. Ergo ambulante in luce, accedite & illuminamini, & totum scietis, & Christum moriturum, & victurum in perpetuum. Multi post mortem Christi Iesu crediderunt in eum, & non tenebræ erroris illos comprehenderunt. O tenebras omni solertia fugiendas, in quibus Iudæi adhuc ambulant expectantes suum Messiam. Quippè qui sui erroris mercedem recipientes, non verum Christum, sed Antichristum vltro recipient, domino comminante ac dicente. Ego veni in nomine patris mei, & non suscepistis me, alius veniet in nomine suo, & illum suscipietis. O tremēdam,

S. Chrys.

S. Augus.

Ioan. 5.

Nota.



## Declamatio duodecima

dā, & terribilem vindictam fratres. Quia filium Dei benemeritū de omnibus, benignū, & miseratorē noluerūt accipere, filium diaboli, & hominem superbū, cruentū, atque tyrannū Antichristū, perinde, atq; Messiam venerabuntur. Summa. Ad breue tempus lumē inter vos versatur, quare dū lucis huius copia est, date operam, vt ambuletis proficientes in melius. Ne subito sublata luce, nox ignoratiæ vos inuoluat, iā quæ desideretis adeptū, quod nūc oblatū aspernamini. Hinc Salomon ait. Qui messem negligit, in hyeme esuriet, qui autem colligit in æstate sapiēs est. Nos verò fratres dogma hoc petori nostro inscribamus oportet. Habem⁹ Christum Iesum tā in sacramēto altaris realiter existentem, quam etiam in cæteris sacramentis virtute suæ mortis operatē. Habemus lumē euangelij toto terrarū orbe perstratis, ambulemus pia opera patrantes. Date gloriam Deo, ait propheta antequam tenebrescat. Et Paulus clamat. Dūm tempus habemus operemur bonū. Sequitur nunc.

*¶ Qui ambulat in tenebris, nescit quo vadat. Dūm lucem habetis credite in lucē, vt filij lucis sitis.*

¶ Metaphorā de luce & itineratē prosequitur,

Prou. 10.

Dogma.

Ier. 13.

Gal. 6.

Text.

## In Exaltatione Crucis. 336

tur, damnū quod ex comprehensione tenebrarum oritur ostēdens. Etenim qui noctu iter agit, quo vadat ignorat. Sic qui cognitionem Saluatoris non habet, quo procedat, & retrocedat haud intelligit. Quod in Iudæis gestum maximē omnium videmus. ambulabunt vt cæci, quia domino peccauerunt. Autorem vitæ crucifigētes, veluti cæci ambulāt, ambulabuntq; ad finem vsq; mundi, idq; de quouis peccatore dici potest. Verum, qui cæcos animi sui affectus sequitur in tenebris ambulat, & dūm se piē agere putat, impingit in mortem. Sic Sauli cōtingit, dūm noluit occidere Amalechitarū regē. Imò tales actus suos non in finem debitum referunt, nec infernum cōsiderant, quo appropinquant quotidie. Cæterum dū hanc lucē habemus, dū Christus lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, adest, expectans & vocans nos, in eum credamus, quod ad fidem formatam pertinet. Credentesque ambulemus. Id est, pietatis opera faciamus, & instar quatuor animalium, vbi fuerit impetus spiritus, illuc gradiamur. Sic planē efficimur filij lucis, Christi Iesu posteri, & gratiæ diuinæ filij. Phrasis Hebraica est, vt filij nuptiarum, filij mortis quidam appellentur.

Sopho. 1.

Ezech. 1.

Declamatio duodecima

Ioan. 1.

pellentur. Mira res, quos filios lucis nunc vocat antea filios Dei nuncupavit. Potestatem dedit eis filios Dei fieri, ijs qui credunt in nomine eius. Quæ omnia eo tendunt nostram dignitatem agnoscentes, non degeneres filij, sed grati simus, tali patri inserviētes, & Christum Iesum fratrem nostrum totis viribus amantes, Cui sit gloria & imperium, cum patre & Spiritu Sancto, per cuncta secula. Amē.

JANNOTATIONES

appendices.

Annota. 1.

**P**rimò, summopere aduertendum, quo nos amore Saluator dilexit, quam ingenti charitate nos vermiculos humi reptantes amavit, quum causam nostram agere instituit, & de manu diaboli nos liberavit. Sicut scriptum erat. Quoniam tu dñe fecisti causam & iudicium, sedisti super thronum, qui iudicasti iustitiam. Si quidem regalis thronus in quo sedere rex noster dignatus est, benedicta crux fuit, in qua obiens, peccatum destruxit, & autorem eius magnifice prostravit, triumphans eum & complices eius in semetipso, veluti pulchre apostolus enarrat. O thronum modis omnibus venerandum, o sedem regiam cui titulus regalis affixus manet. Adeo ut Hæbraicè

Psal. 9.

Colo. 2.

In Exaltatione Crucis. 337

braicè, Græcè, & Latinè Pilati edicto scriptum sit, Iesus Nazarenus, rex Iudeorum. Quid plura? ex hoc throno duos latrones iudicavit, alteri ut par erat, magnifice paradysum præbens, alteri infernum præstans.

¶ Secundo, opere precium erit adnotare, quod suam mortem exaltationem vocat, et quidem rectè, nam per crucem meruit exaltari, nedum in terris, sed in coelis. Hinc apostolus ait. Factus obediens usque ad mortem mortem autem crucis. Propter quod & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen. Ut in nomine Iesu omne genua flectatur, celestium, terrestrium & infernorum. Singula ingentem habent emphasim, nunc vero satis annotare, quod Saluator moriens in cruce quadrifariam meruit exaltationem. Primò quantum ad resurrectionem suam gloriosam. Vnde per prophetam ait. Tu cognovisti sessionem meam. Id est, humilitatem meam in passione, & rursus, agnovisti resurrectionem meam. psal. 130. Secundo quo ad ascensionem mirabilem in coelum, iuxta illud. Quod autem descendit, quid est nisi quod ascendit super omnes coelos? tertio exaltari meruit secundum confesum dexteræ paternæ, & manifestationem divinitatis ipsius. Sic in Esaia de Messia legimus. Exaltabitur & eleuabitur, & sublimis erit val-

Secundo.

Philip. 2.

Psal. 130.

Eph. 4.

Esa. 52.

V de,

Declamatio duodecima

s. Th. 3. p. q. 46. art. 9. de. Equidem vehemēter eleuatus est, qui super Seraphin cōscēdēs sedet ad dexterā patris Marci vltimo. Quartò deniq; exaltatus est, quātū ad potestātē iudiciariā. Vnde clamat vir rectus Iob. Causa tua quasi impij iudicata est, causam iudiciūq; recipies. Iob. 26. O nos desides, & pigros in obeundis probrijs, & laboribus pro Christi amore. Voluimus cū illo super cœlos eleuari, non autem cum ipso ad crucis ignominiā descendere. Extat inuolabilis sentētia, tū in cœlo inter angelos, tū etiā in terra apud homines obseruata. Omnis qui se humiliat exaltabitur. **Tertiò.** ¶ Tertiò prætereundum non est, quā fuerit cōueniēs Christum in cruce pati, & eleuari. Etenim in ligno patratū est peccatum, par ergo erat, vt in ligno Saluator pateretur, quasi restituēs quod Adamus temerē abstulerat. Vox dñi ea est. Quod non rapui tunc exoluebā. Itaq; Diuo Augustino teste, quicquid Adā perdidit, Christus in cruce inuenit. Deinde ius erat, vt qui terram & aquam sanctificarat, exaltatus in cruce aerem sanctificaret. Hęc ratio est sancti Chrysostomi. Quid quod in crucem ascēdens, & brachijs extentis in eamansit, nos fideles hortatus est, ad alta conuolare? Quo pertinet illud. **Exod. 15.** Quasi aquila prouocans filios ad volandū,  
& su-

In Exaltatione Crucis: 338

& super eos volitans, extendit alas suas, portans illos in humeris suis. Vnde obsecro fratres tot cunei martyrum? Vnde tot examina cōfessorū, & virginū, ouāter ad crucē currebant, quā vel maximē natura ipsa horret, nisi quia ducem suum, & imperatorem in cruce pendētem fidei oculis intuebātur? Enimuerò valde amabilem reddidit Saluator crucē, quā inuisam habebāt homines, ante quā sibi eam baiulauit, & in ipsa appetiuit mortē. Mitto lubēs pleraq; alia commoda, quæ sancta crux orthodoxis attulit. **S. Th. 3. p. q. 46. art. 4.** Quandoquidem hoc genus mortis plurimum figurarū fuit impletium. Arca Noe qua genus humanum mortem euasit, lignea erat. Virga Moyfi mare diuisit, & Pharaonē prostrauit. Arca testamenti non lapidea, sed ex lignis fabrefacta fuit. Tandem ligno immisso aquæ Marath valde amarę dulcoratę sunt. Et ad eundem modū, sancto ligno crucis labores, & calamitates seculi huius in dulcedinem versę sunt. ¶ Quid obsecro est charissimi dñm dicere ego si exaltatus fuero à terra, omnia trahā ad me ipsum, nisi quod multis retro seculis vaticinatus fuerat Esaias? leuabit signum in nationibus, & congregabit profugos Israel, & dispersos Iuda colliget à quatuor  
V 2 pla-

s. Th. 3. p. q. 46.

Exod. 15. Figura.

Quarto.

Esai. 11.

Declamatio duodecima

plagis terræ. Et Paulo post, hostes Iuda peribunt. Ecce crux sancta regale vexillum est, quo eleuato in monte Caluario profugi Israel conglomerati, ad Iesum conuerunt. Ita ut videntes signa, quæ in cælo & in terra, summi numinis virtute fiebant, omnes percutientes pectora sua reuerterentur, perinde atque dolentes, & gementes, & de preculis suis veniam petentes. Sed quid mirum si saxea corda emolliebantur, ubi saxa ipsa sensus expertia mirabiliter scindebantur? videre est profecto, quomodo à quatuor plagis terræ gentes accurrunt, & vndique nationes adueniunt, Christum Iesum redemptorem mundi confitentes, eumque toto corde amantes, pro virilique sua eum imitantes. Quum autem crucis mysterium in Iudæa foret Deus, & in Israel dumtaxat magnum esset nomen ipsius. Nos autem fratres ad labores crucis obeundos nos accingamus, nã sunt qui sponsum Christum sine sponsa eius, que est sancta crux possidere molliantur, quod fieri non potest, eo dicente. Si me persecuti sunt, & vos persecuentur. Et iterum. Ego dispono vobis sicut pater disposuit mihi regnum. Agite obsecro, & cum Paulo vnusquisque dicat. Absit mihi gloriari nisi in cruce dñi nostri Iesu Christi. Per quem mihi mundus

crucis

Luc. 23.

Psal. 75.

Gala. 6.

In Exaltatione Crucis. 339

crucifixus est, & ego mundo. Quod planè non de cruce lignea tantum dictum est, sed etiam, de quavis calamitate, & aduersitate quam dominus nobis immittit. Crux enim vel calix, labores & probra præsignant. Hinc dominus clamat. Qui non tollit crucem suam quotidè, & sequitur me, non potest meus esse discipulus. En nomine crucis quotidianè vniuersam laborum congeriem subindicauit. ¶ Quinto, tandem stupor me totum circumplectitur quoties mentis oculos ad Christum in cruce pedentem extollo. Quin & admirari non sufficio eius nimiam charitatem erga nos, quippè quæ tanta fuit ut pro vermiculis Deum maiestatis in cruce moriatur. Nonne in lege at benedictus erat à Deo, qui in ligno pedebat? at benedictus qui venerat in nomine domini in cruce pededit. Imò Christus pro nobis factus est maledictum, ut nos à maledicto legis redimeret. Gala. 3. Vbi sanctus Augustinus li. 14. contra Faustum. Peccatum maledictum est, ideò mors & mortalitas ex peccato. Et quia caro Christi mortalis fuit, similitudinem habens peccati, eam ob rem maledictum quodammodo vocatur. O ingentem amoris vim, o stupendam Christi Iesu charitatem, non sat visum fuit sponso ecclesie carnem induere, tot labores in hac calamitosa vita annis. 33.

Luc. 9.

Quinto.

Deute. 21

S. Aug. li.  
14. contra  
Faust.

## Declamatio duodecima

pro sponsa sua vnicè dilecta hilariter susti-  
nere, nisi crucis probra, & anxietates patere-  
tur. Enimuerò amor hæc omnia fecit, amor  
nostri cōpulit eū, amor vicit, & de filio Dei  
triumphauit. Verū amor ex patris coelestis  
finu in virginis almæ gremium auolare fe-  
cit. Sic Deus dilexit mundū, vt filium suum  
vnigenitum daret. Ecce ex quo fonte tot  
beneficia nobis exhibita dimanāt. Nēpè ex  
magno amoris oceano, non ex merito no-  
stro, nā filij iræ eramus, sempiternis suppli-  
cijs digni. Itaque amor vinculis & funibus  
omnipotentē in horto vinxit. Amor in do-  
mo Pilati innocētē Dei agnū flagellauit,  
adeò vt à planta pedis vsq̄ue ad verticem in  
eo nō esset sanitas. Amor spinea corona eū  
coronauit, amor crucem humeris sacris e-  
ius ponderosam & atrocem imposuit. A-  
mor durissimis clavis manus illius perfora-  
uit, & tandem amor ille mucrone diro lan-  
ceæ latus eius aperuit. O insignē charitatis  
triūphū, o fortissimè amor quā gloriose spo-  
liare reportas. Omnipotentē superasti, & cōtra  
omnipotentē triūphasti. Mirabilis lucta Ia-  
cob cum Deo, sed mirabilior & excelentior  
hæc est. O mirabilis & potēs amor si cōtra  
Deū fortis fuisti, si totius mūdi molitorem,  
& moderatorē superasti, quanto magis con-  
traho

Ioan. 3.

Amoris  
uis.

Gen. 32.

## In Exaltatione Crucis. 340

tra homines desides, & gelidos, fragileſq̄ue  
præualebis? o fratres amore vincitur Deus  
omnipotēs, vt sic emolliat adamantina pe-  
ctora nostra, & redamare nō pigeat, eū qui  
summo perē dilexit nos. Verè fortis est vt  
mors dilectio, duravelut infernus emulatio,  
quæ pro vermiculo Deum morti exponit.  
O Iesu bone gratias tibi immortales agim⁹,  
quia victus vicisti, & charitate nimia supe-  
ratus glorioſè superasti, nec non in cruce  
moriens mortem nostram destruxisti. Cū  
Augustino diu noctuq̄; clamabo. O Iesu bo-  
ne, dilexisti me plusquam te, quia mori di-  
gnatus es pro me. Trahe nos post te, vt quā  
primū cuncta terrena posthabentes, in  
odorem vnguentorum tuorum curramus,  
currentes te domine ardentissimis votis per-  
frui mereamur.

Canti. 8.

S. Augus.

## IN FESTO SANCTI MAT- thæi Evangelistæ declamatio de- cima tertia.

**Q**uam ob causam charissimi, fi-  
lius Dei huc venerit, & carnis no-  
stræ trabem assumpserit inge-  
nuè fatetur apostolus ad Timotheū scribēs.  
Fidelis sermo, ait, & omni acceptione dign⁹.

1. Tim. 1.

V 4 Venit

### Declamatio decima tertia

Venit Iesus peccatores saluos facere, quorū primus ego sum. Equidem nullus est sermo in sacra pagina, qui non sit dignus quauis acceptione. Necnō fidelis sit, quia inspirante Spiritu Sancto loquuti sunt sancti Dei omnes. Nihilominus aliqua verba non nihil laboris præferunt. Nam inimicos diligere, carnis lenocinia domare, per angustam portam intrare, & multa id genus dogmata, suapte natura difficilia sunt. At qui, quod dominus noster è cœlo descenderit, non vt diuitias nostras congerat, non vt volaticos honores mundi sibi vendicet, sed vt peccata nostra tollat, hoc vel maxime verbū omnī veneratiōe, & acceptione dignū est. O summi nūminis mirabilem charitatē, propemodū in numeris sceleribus offensus, mille peccatis prouocatus, & irritatus, non huc descendit, vt diris tormētis homines improbos plectat, aut in gehennalem ignē eos mittat, sed cōtra, vt eos quauis immeritos sibi accersat, ore suo sacro illos vocare dignetur, & Apostolos atque Euangelistas in domo sua cōstituat. Has ob res, Saulum orthodoxos persequētē vocauit, & in alterū virū mutauit, ita vt qui vas indignationis & iræ erat, fieret electionis optimū vas. Ob eandem causam videns publicanum Matthæum in

Matth. 5.

Nota.

Acto. 9.

In festo sancti Matthæi. 341

in thelonio, misertus est ei, & vocās eum dixit. Sequere me, veluti sacra nobis lectio nunc accuratē narrauit. Nūc latius eam domino opitulante, pro modulo nostro explicemus, est utique nedum plena mysterijs, sed mira dulcedine, & suauitate exundans.

¶ Cum transiret Iesus inde, vidit hominē sedentem in thelonio Matthæum nomine. *Euāgelium Matth. 9.*

*Et ait illi sequere me.*

¶ Transiens Saluator hunc peccatorem lubens intueri dignatus est, nam vt paulō antetigimus, hæc functio eius erat, hoc peculiare munus sibi assumpserat, peccatores ad se trahere, ac vocare. Non venit filius Dei in mundum vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsam. Etenim suo aduentu opus non habebamus, ad piacula nostra plectenda, sed vt ea deleret sacro sanguine suo. Ecce Ioseph quem pater misit inuisere fratres suos, cuius vox ea est. Fratres meos quæro. Quos sanè sic diligo spontaneè, vt quærere non desinam, inter vincula, flagella, inter ferreos clauos, quibus confixus in cruce pendens moriar. Necnō post atrocem mortem tertia die resurgens illos queritabo apprensus eis sepe numero, quo

Ioan. 3.

Gene. 37.

V 5 me

## Declamatio decimatertia

me suscitatum, & gloriose triumphantem, de eo qui mortis habebat imperium incun-  
ctanter credant. Signanter ait Matthæus. Cum transiret Iesus. Equidem nunc ad dex-  
teram patris sedens, in ecclesia sua Roma-  
na ambulat, & transit visitans nos in sacra-  
mentis suis. Potissimè in eucharistia mi-  
rabili, in qua Christus Iesus verè, & rea-  
liter continetur. Iuxta illud. Accipite,  
hoc est corpus meum, quod pro vobis tra-  
detur. Et statim subnectit. Bibite ex hoc  
omnes, hic est calix sanguinis mei. O  
verba flammantia omnimellita dulcedine  
plena, sese in cibum & potum quotidie lar-  
gitur, ne tanti beneficii immemores, in a-  
more illius anima nostra tepescat. Transit  
quidem fratres, transibitque quamdiu mū-  
dus steterit, vos nunc obsecro cum sponsa  
dicite. Tenui eum nec dimittam, donec in-  
troducā eum in domum matris meæ. Fœ-  
lix anima que spōsū detinet, & in corde suo  
habitaculum dignum ei præstat. Detinetur  
autem rex noster orationibus fervidis, ge-  
mitibus, ac suspirijs, ex corde puro obortis,  
nec non operibus pijs ac sanctis. Ecce qui-  
bus vinculis fortissimus noster Sāson retine-  
ri cupit. Cæterū in transitu vidit hominem  
sedentem. Vbi Sanctus Hieronymus. Cate-  
ri

*Euchari-  
stia.*

*Matth. 26*

*Cant. 3.*

*S. Hieron.*

## In festo sancti Matthæi. 342

ri euāgelistę ob verecundiam Matthæi no-  
luerunt eum nomine appellare vulgato, sed  
dixerunt Leui, fuit enim Binomius. Itaque  
Marcus, & Lucas nomen minus notum  
subscripserunt. At contra, Matthæus sese  
publicanum vocavit, iuxta illud. Iustus in  
principio sermonis accusator est sui. Non  
quod ex illis sit, qui lætantur cum malefe-  
cerint, & exultant in rebus pessimis. Absit,  
nec contra eum est illud Esaiæ. Peccatum  
suum sicut Sodoma prædicauerunt, nec ab-  
sconderunt. Sed vt insignem Saluatoris er-  
ga se manifestaret clementiam. Allusio est  
ad illud Apostoli. Qui blasphemus fui, &  
persequutus sum ecclesiam Dei. Verum cū  
sapientis medici artem, & industriam vehe-  
menter cōmendare alijs volumus, morbi no-  
stri acerbitem, atque fœditatē enarramus.  
Quanto enim morbus maior, atque despera-  
tior, tātō excellentior laus, & gloria accedit  
medico. Sic Matthæus Christi Iesu bonita-  
tē, & pietatem magnopere nobis commen-  
dare cupiens, suum morbum lethalem nati-  
uis coloribus depinxit, ac si patēter dicat.  
Publicanus erā, & in scelere meo perman-  
sem, nisi gratia Saluatoris me ab ore leonis  
eriperet. Quibus verbis spem nobis affert  
magnam, ne peccatis omnimodis oppressi,  
despon-

*Marc. 2.*

*Luc. 5.*

*Pro. 18.*

*Esā. 3.*

*Simile.*

*Nota.*

Declamatio decimatertia

despondeamus animum. Etenim Saluator peccatores amat, vocat, & allicit, quàm libet facinorosos. Tantùm abest, vt nos etiã delictis oppletos horreat. Verè gloriã Deo tribuimus cum tantùm peccata nobis ipsis damus. Dicamus ergo charissimi, & toto pectore cum Daniele semper clamemus. Tibi domine iustitia, nobis autem confusio faciei nostræ. Huc pertinet, quicquid Apostolus in suis epistolis scribit, probans nos omnes in Adam peccasse, & iræ filios nostræ nature fuisse. En ob gloriam Dei palàm sancti flagitia sua depromunt, Esaia dogma sectantes. Narra si quid habes, vt iustificeris. Orthodoxi autem quidam præpostere se habentes, nec clam sacerdoti patefacere volunt peccata sua, rubore iniquo perfusi. Quid quod Sanctus Augustinus, vt Deo optimo gratias ageret, nobis que humilitatis exemplum impenderet. 15. libros edidit peccata sua affatim narrans, etiam minima. Quippè quæ omnes quotquot voluerint ea legere possunt. O magna & vehementer laudanda humilitas, & à nobis per omnia imitanda. Quando quidem dum nos ipsos accusamus, mirum in modum Dei nostri munificentiam, & clementiam exaltamus, maioraque charismatum dona tunc promeremur.

Dicente

In festo sancti Matthæi. 343

Dicente Iacobo. Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Ecce vnde hereticorum incommoda orta sunt, nempe superbia eorum decepit illos, ne suorum peccatorum exomologesim faciant. Christus Iesus lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, illos illuminare dignetur ne pereant. ¶ Observatione dignum est, quod euangelista non dixit. Vidit Iesus publicanum, aut peccatorem, sed vidit hominem, naturam quam ille creauit inspexit, etsi delictis varijs fedatam, non autem opera quæ homo ille temere patrauit vidit, alioqui eum puniret, vt ius erat. Orandum ergo nobis est, & omnixè cum propheta precandum. Respiice in me & miserere mei, quia vnicus & pauper sum ego. In me respice domine, quem manus tuæ fecerunt, & plasmauerunt. Opus tuum ne despicias obsecro, quod si libenter respexeris misericordia motus gratiam tuã impercies. Veruntamen auerte faciem tuã à peccatis meis quæ profectò magna, atque innumera sunt. Sic dominus respexit Petrum, & respiciendo ad lachrymas, & veram poenitentiam illum traxit. Sic Paulum mirarum spirantem intuitus est dominus, & eius misertus de labyrintho peccatorum il-

lius

Dan. 9.

Esa. 43.

S. Augus.

Iaco. 4.

Notæ.

Psal. 85.

Act. 9.



Declamatio decimatertia

lius magnificè liberavit. Mira res, in thelo-  
nio sedebat. O infœlicem hominem qui in  
peccatis patrandis sedem suam collocavit.  
Nōne cathedra pestilētiae, quam sum opere  
execratur David hæc est? Sedebat Matthe⁹  
in thelonio, in avaritiæ malo exercitatus,  
perinde atque in tenebris lectulum suū po-  
nens. Quod maximè deplorat Sanctus vir  
Iob. 17. Iob. Imò in magno degens bello magnā pa-  
cem appellabat, quod peccatoribus peculla  
re est, Sapiente authore. Qui autem fuerint  
Sap. 14. publicani, disertè indicat diuus Hieronym⁹  
in Mattheum. c. 18. Ij planè seculi sectantur  
lucra, vectigalia per negociationes & frau-  
des exigunt, pauperes opprimunt, lucris tā-  
tūm per fas & nefas inhiantes. Hos vel ma-  
ximè populus contēptui habebat, & tāquā  
raptores vehementer horrebant. Utinam  
hisce publicanis seculum nostrū non abun-  
daret. Sed quid magister optimus vbi vidit  
Matthæū tot flagitijs plenum, multisq; vlce-  
rib⁹ fauciatū dixerit, auscultemus oportet.

Text. ¶ *Sequere me inquit, & surgens secu-  
tus est eum.*

¶ O magnum, & stupendum Saluatoris ver-  
bum, quod tā est efficax, & virtute plenum.  
Enimvero si in ore sanctorum, sermo Del-  
vius

In festo sancti Matthæi. 344

viuus est, & efficax, & penetrabilior omni  
gladio ancipiti, Paulo teste, quanto magis  
in lingua Saluatoris internam virtutem ha-  
bebit? Equidem de Helia legimus, quod ascē-  
dit sicut ignis, & verba eius sicut facula ar-  
debant. Ille typum habebat Christi, quippè  
qui, cum esset Deus, & ignis cōsumens pec-  
catorum nostrorum rubiginem, flammātia  
verba depromebat, audiētium corda quāli-  
bet gelida, & saxea, in sui amoris calorem  
excitabat, prorsus & incēdebat. Argumēto  
rei huius nobis sit, quod milites volentes eū  
tenere, quā audirēt mellita eius eloquia, stu-  
pore magno tacti, reuersi sunt dicētes. Nun-  
quam sic locutus est homo. Mira res, volen-  
tes eū apprehendere, mirabili dulcedine ver-  
bi eius ipse eos cōprehendit, & concionato-  
res suos effecit. Vocauit igitur eū vt seque-  
retur se, nā quos præsciuit, hos & prædesti-  
nauit, quos prædestinavit, hos & vocauit. En  
effectus præcipuus prædestinationis est ipsa  
vocatio, postquam sequitur iustificatio. O  
nos beatos fratres, si bonis operibus, vt opti-  
mè admonet Petrus, certam faciamus no-  
strā vocationē. Vocati sumus, & iustificati  
in sacro baptismo, imò ibi Christum indui-  
mus, teste Paulo, duplicem prædestinatio-  
nis effectum iam accepimus, desperationi  
nemo

Heb. 4.

Ioan. 7.

Rom. 8.

2. Pet. 1.

### Declamatio decimatertia

nemo det operam, quoniam qui vocavit nos Christus Iesus, & sanctificavit, ille sua gratuita dignatione magnificavit nos in cœlo, uti ipse pollicitus est.

**¶** Quis non admiretur? Qui irretitus erat tot laqueis avaritiæ, qui nil excogitabat nisi iniquum quæstum, thelonium subindere liquit, & Salvatorem sequutus est. Sanè in-  
**Matt. 25.** uenta vna preciosa margarita, vendidit omnia quæ habebat & eam emit. Nec non inuēto thesauro abscondito in agro, id est, Deū omnipotentem sub velamine carnis, gaudens omnia posthabuit emens agrum frugiferum, cum quo simul thesaurum angelorum possidere valeat. Iamque cum Apostolo dicens. Omnia arbitratus sum ut sterco-  
**Phil. 3.** ra, ut Christum lucrificiam. Obmutescant iam fidei nostræ ossores, facessant blasphemi Prophirius, & Iulianus apostata; nihil leuitatis fuit in Petro, & Andrea, Ioanne & Iacobo, aut in Matthæo, dum audito Christi verbo ex templo cuncta reliquerunt, ut  
**S. Hieron.** optimè beatus Hieronymus testatur, sed mirabiliter pater cœlestis eos traxit ad Christū, ipso acclamante. Nemo venit ad me nisi pater meus traxerit eum. Et iterum nemo venit ad patrem nisi per me. Quandoquidem magnes virtute innata, trahit ferrū ita

vt

### In festo sancti Matthæi. 345

ut videntes hoc stupeant. Quanto magis dominus creaturarum omnium ad se trahere quos volebat poterat? Quid multa? Fulgor ipse & maiestas diuinitatis occulte, quæ etiā in facie Iesu fulgebat, videntes ad se in primo aspectu trahebat: Nonne Moyse facies mirabiliter splendebat, postquam in monte Sina cum Deo loquutus est? Serui facies sic fulgebat ut populus intendere in eam non valeret, tantum abest, ut domini vultus obscurus & obnubilatus foret. Vos charissimi Matthæi exemplum sectamini, & hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra. Statim surgite, & ducem ac principem vestrum sequimini. Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia eius. Charitatem, patientiam, humilitatem, cæterasque virtutes imitemur oportet, nam hæc vestigia sunt Salvatoris, cuius vox è cœlo nunc tonat. Exemplum dedi vobis, ut quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis. Surrexit Matthæus ab officio periculoso, surrexit à vita peccatis onusta, surgamus & nos cum eo, & dominum sectemur. Surge qui dormis resurge à mortuis, & illuminabit te Christus. Equidem peccator quicumque ille sit, mortuus est,  
**X** quia

Collatio.

Exo. 34.  
Figura.

Psal. 94.

1. Pet. 2.

Ioan. 13.

Ephe. 3.

Declamatio decimatertia

quia gratia Dei destitutus, que planè anime  
vita existit. Rursus vt dormiens in somnis  
multa videt, sic impius imagines & umbras  
rerum intuetur, quibus delusus cuncta præ  
postere iudicat. Is est velut alter rex Babylo

**Dan. 2.** nix, qui statuam auream vidit, non vigilans  
sed in stratu suo dormiens. O foelix qui cū

**Psal. 3.** Davide ait, exurrexi & dominus suscepit  
me. Mirabile dictu, impius homo dormit, &  
mortuus est. Dormit inquam, quia ad pœ  
nitentiam surgere potest, quamdiu viuit,  
mortuus tamen est coram Deo, donec resi  
piscat, & Christum sequatur. Præcedat do

**Gene. 33.** minus meus, & sequar ego, aiebat vir San  
ctus Iacob. Ecce dominus noster, & frater  
noster Iesus præcedit, curramus cū eo: quā  
tus honos, quanta merces extat his qui do  
minum sequuntur mundo relicto. Magna  
gloria est sequi dominum, inquit Sapiens, lō

**Eccles. 23.** gitudo dierum affameat ab eo. Sic hodie  
gloriabatur Matthæus cum Ieremia decan  
tans. Non sum turbatus te pastorem se  
quens, & diem hominis non desideravi, tu

**Ierem. 17.** scis. Quia omnes qui te derelinquunt cōfun  
dentur. Itaq; sequellam Matthæi, non mo  
do externam intelligamus, sed internā, qua  
per omnia magistrum optimum imitatus  
est. Iuxta illud. Qui dicit se in Christo ma

nerere,

In festo sancti Matthæi. 346

nerere, debet quomodo ille ambulauit, & ipse  
ambulare. **1. Ioan. 1.**

¶ Nec silentio præterire oportet, quod  
Matthæus inter miracula à Christo Iesu fa  
cta conuersionem suam enumerat. Enim  
uero, statim vt de sanitate paralitici histo  
riam scripsit, de vocatione sua fusius loqui

cœpit. Ratio quia maximum opus Dei iu  
stificatio impij est. Quod agnoscens rega  
lis Propheta dixit. Miserationes eius super  
omnia opera eius. Equidem nisi hoc opus  
præcellentius esset alijs, vates sacerrimus  
non hanc sententiam protulisset. Huic sen  
tentia ad stipulatur beatus Augusti. in Ioā

**S. Augus.**  
nem. capi. 14. Explicans illud, Qui credit in  
me opera quæ ego facio, & ipse faciet. Et ma  
iora horum faciet. Magis est quod ex impio  
fiat iustus, quam creare coelum & terram,  
inquit. Coelum & terram transibunt, præ  
destinatorum salus, & iustificatio permane  
bit perpetim. Sanctus Thom. prima. 2. q.

**S. Th. 1. 2.**  
113. articul. 9. Sub hæc malus opus hoc ef  
se, quam creationem mundi probat alia ra  
tio. Nam vt Deus optimus mundū crearet  
nil obfistebat. At ne ipse largiatur suam gra  
tiam impio, reluctatur peccatum, & impie  
tas peccatoris. Vnde liquet maximum o  
pus Dei hoc fore. O mutatio dexteræ excel  
si.

X 2 li.

Declamatio decimatertia

**A. 9.** si, ex superbo Saulo facere humilem Paulum, & Matthæum lucris inhiantem verbo vno, in diuersum mutari. Imò plura miracula in conuersione Matthæi contigerunt quàm in sanitate quam Christus consulit paralitico in lecto iacenti. Nōne ex auaro factus est pauper spiritu, postquàm sequutus est Saluatorem? Profecto ex superbo humilis, & ex crudeli pius gratia dñi aduentate Matthæus efficitur. Nōne bene merito hæc omnia miracula appellatur? Audite quàm sit maximū miraculū peccatoris cōuersio, cor mūdum crea in me Deus: & spiritū rectū in noua in visceribus meis. Verum nisi Deus optimus cor mundū creet, & spiritū suū sanctū infundat pectori hominis scelerati, à peccato surgere nequit. Sed iam textum euangelij sequamur, & pietatem Matthæi attentius auscultemus.

**Tex.** *Et factum est discumbēte eo in domo, ecce multi publicani, & peccatores discumbebant cum Iesu, & discipulis eius.*

¶ Mirabile dictu, non tenuit Matthæus, etsi publicanus conuiuium parare domino, qui angelos in coele visione suæ gloriæ faciat, & homines, & omnia aperiente eo manum

In festo sancti Matthæi. 347  
 num suam benedictione sua implet. Vti Psalmographus testis est. Equidem non temeritatis arguendus est Matthæus parans magnum conuiuium in domo suo Christo Iesu, nam eo inspirante id fecit. Planè quod voce sonora Zacheo publicano dixit Saluator, vade quia hodie in domo tua oportet me manere, hoc proculdubiò internè loquutus est Saluator Matthæo. Volebat dominus indicare quam sit verum quod Ezechiel scripserat. Si impius auerterit se ab iniquitate sua, & poenitentiam egerit, omnium iniquitatum, quas operatus est, non recordabor amplius. O verba aurea aureis & literis scribenda, in cordibusque nostris diu noctuque versanda. Non ita homines fragiles inimicis suis parcere consueuerunt, quoniā infirmi sunt, ideò si infestatoribus parcāt, saltim iniurię memores, nec eos videre volunt. At pater beneficentissimus Christus Iesus, sic radicitus cūcta delicta verè poenitentis delet, vt nec memor sit iniquitatum pristinarum. Ad hæc confundere voluit dominus in hoc conuiuiu publicanorum, petulantiam Phariseorum & Scribarum, quippe qui à peccatis suis respiscere nolebāt. Imò sanctimonix insigne præ se ferentes, nihil minus quàm virtuti, &

**Psal. 144.**

**Ezech. 18.**

**Dogma.**

### Declamatio decimatertia

*Apo. 3.* sanctitati operam dabant. O clementiam summi numinis, o inauditam munificentiam Saluatoris, non dedignatur peccatorum mensē adesse, qui sedet super Cherubin. Quin & quotidie ad nos clamat. Ego sto ad ostium & puiso, si quis aperuerit mihi intrabo ad eum, cenabo cum illo, & ipse mecum. Quod nisi fallor, in domo Matthæi impletum legimus. Cæterum, videre est quanta solitudine, & cura solerti Matthæus lucrari animas Christo moliebatur. Non solus in conuiuio fuit, sed multi publicani, & peccatores per ipsum conuersi conuiuio aderant, iuxta illud Dauidicum. Si pepereris mihi, docebo iniquos vias tuas, id est, misericordiarum tuarum, & clementiarum itinera, & impij ad te conuertentur. O zelum mirabilem, quo sancti exardescunt, dum animas peccatis oppletas cernunt, Zelus domus tuæ comedit me opprobria exprobrantiū tibi ceciderunt super me. Heu quā lōge sumus ab hac perfectione, quā nihil dolemus super tot delicta, hæreses, & mala quotidie aspicientes. Equidē ratio est, & potissima causa, quia parum numen diuinum, & gloriam eius diligimus. Nonne si fama nostra vel leui iactura fuerit læsa, ingemiscimus, tristamur valde, & lachrymis habenas dantes fusius desilemus?

Cur

### In festo sancti Matthæi. 348

Cur ita? Planè quia maximè omnium honorem peculiarem amamus. Vocauit Leui alios peccatores, & adduxit eos ad Iesum, eo quod amore Dei accensus, zelo magno zelatus est pro gloria Dei. Agite fratres qui audit, dicat veni. Vnicuique mādauit Deus de proximo suo. Date omnibus salutaria monita, vt ad Christum Iesum veniant, cum toto corde diligant, mundo, & carni, nec non diabolo penitus renuncient. Qui non coligit mecum, ait dominus, dispergit. Habet satanas complices qui clament, & dicant. Venite coronemus nos rosas, antequā marcescant. Non sit pratum quod non pertranseat luxuria nostra. Ius est vt rex noster Christus habeat operarios, qui cum Dauid clamitent. Venite & narrabo vobis quanta fecit animæ meæ. Et rursus. Venite exulemus domino iubilemus Deo salutari nostro. Venite adoremus & procidamus ante Deum. Ploremus coram domino qui fecit nos, quia ipse est dñs Deus noster, nos autem populus eius & oues pascuæ eius.

¶ Præterea, altius expendite mecum fratres, quomodo gratia Dei mutauit Matthæum in virum alterum. Qui ante hac aliena rapiebat iam abunde propria largitur, cibum

X 4

præbens

Declamatio decimatertia

præbens pauperibus apostolis, qui domi-  
num comitabantur. Sanè hæc mutatio  
dextere excelsi fuit. Allusio est ad illud Za-  
ccheæ. Domine ecce dimidiū bonorū meo-  
rum do pauperibus. Incumbamus obsecro  
huic pietatis operibus, non qui parce sem-  
inat parce & metet. Et qui seminat in benedi-  
ctionibus de benedictionibus & metet. En  
qualiter ferendū est, vt in morte frugem co-  
piosam colligamus. Quid pluribus immo-  
ror charissimi? Eleemosyna à morte liberat,  
ipsa est quæ delet peccata, & facit inuenire  
vitam eternam. O thesaurum preciosum in  
quo tot diuitiæ cōtinentur. A morte perpe-  
tua sancta eleemosyna eripit, scelera omnia  
abluit, & vitam cœlestem præstat. Notādum  
quod tā vocatiōnis huius apostoli quā cōui-  
uii quæ parauit Christo & discipulis olim  
figura præcessit, quando Helias vocauit disci-  
pulum suū Eliseū. Hūc arantē inuenit in agro  
Helias, & misit palliū super eū. Qui statim  
relictis bobus cucurrit post Heliam & ait.  
Osculor oro patrem meum & matrem meā,  
& sic sequar te. Cui propheta. Vade & re-  
uertere, quod enim meum erat feci tibi.  
Reuersus autem Eliseus tulit par boum,  
& mastrauit, & in aratro boum coxit  
carnes, & dedit populo, & comederunt.

Ad

In festo sancti Matthæi. 349

Adeūdem modum noster Helias Christus,  
venit ad Matthæum quem laborantem &  
arantem in thelonio reperijt. Cuius misertus,  
pallium gratiæ suæ super eum extendit vo-  
cans eum, & tegens cuncta illius facinora.  
Nam charitas operit multitudinem pecca-  
torum. Et rursus. Beati quorū remissæ sunt  
iniquitates & quorū tecta sunt peccata. *Psal. 31.*  
Sed obseruandum quod non statim Eliseus  
sequutus est magistrum suum Heliam, sed  
prius salutauit parentes suos. At Leui, audi-  
to verbo domini illico relinquens omnia  
dominum sequebatur. Quoniam ibi homo  
tantum erat qui vocabat, hic autem Deus  
& homo loquebatur. Coxit carnes boum  
Eliseus & parauit conuiuium, & sic Mat-  
thæus fecit magnum conuiuiū Iesu, cor suū  
& viscera ei offerens, & igne amoris sancti  
cibaria decoquens. Quid autem Pharisei, &  
Saluatoris infestatores, de hoc cōuiuiō tā ce-  
lebri senserint, nunc historia euangelij, pa-  
lām facit.

Nota.

*¶ Et videntes Pharisei dicebant discipu-  
lus eius. Quare cum publicanis & pecca-  
toribus manducat magister vester?* *Text.*

*¶ Saluatoris emuliy vt vt erāt proeaces, par-*

X 5 tim

### Declamatio decima tertia

**Phariseorū** timore inuidiæ accēsi, partim suapte ma-  
**lior.** litia commoti, Christi Iesu formam, & hono-  
rem nedūm videre quibant. Ideo separare  
volebant discipulos ab optimo magistro.  
Quin & Lucas narrat eos verba hæc dixisse  
Saluatori. Itaq; tam Christū, quā discipulos  
reprehendere nitebātur, perinde atq; opus  
**S. Ambro.** correctione dignum dñs patraret. Quare  
magister vester cum publicanis edit? quan-  
**Genes. 3.** do quidem vox serpentina hæc est. Sic ser-  
pens versutus dixit Euz. Cur præcepit vo-  
bis Deus. &c. Vos fratres captiuātes intelle-  
ctū vestrū in obsequiū Christi opera ei⁹ ser-  
tari caute. Sciētes quoniā qui scrutator est  
maiestatis, oprimetur à gloria. Pellātur omi-  
nus quæstiones, vbi fides sincera adest. Et  
**Psal. 138.** cū propheta semper clamemus. Mirabilia  
opera tua, & anima mea cognosceat nimis.  
Hoc est, mirifica tua opera dñe non curiosè  
scrutāda, sed vehemēter laudāda sunt. Eam  
ob causam illa penitiū cōtemplās, poten-  
tiā, & sapientiam, nec non bonitatem tuam  
magnam in eis collaudare haud desinam.  
Crudeles & diri Pharisei pietatem Saluato-  
ris, quam in peccatores exercebat sustinere  
nō poterāt, quominus murmura lætarēt. O  
inscrutabilia iudicia Dei, peccatores cū dño  
ad mensam sedēt, edūt, gaudēt, & faciantur,  
Phari

### In festo sancti Matthæi. 350

Pharisei verò opinione sanctitatis pollētes  
foris stātieiuni. Extat verissima Deipare vir-  
ginis sententia. Esuriētes impleuit bonis, & **Luc. 11.**  
diuites dimisit innanes. Equidē dū Hæbrei  
foris manēt murmurātes, publicani epulan-  
tur cum Christo, palā agnoscimus gentium  
vocationem, & synagoge repudiationem.  
Id quod in filio prodigo & fratre suo lucidi⁹  
apparet, iuxta doctorū amplectendā senten-  
tiam. Videmus sanè hic adimpletum quod **Luc. 15.**  
dominus in Esaia, multis retro diebus dixe-  
rat. Ecce serui mei comedent, & vos esurie-  
**Esa. 65.** tis. Nos verò iubilemus, & Saluatorem vo-  
tis omnibus laudemus cuius clemētia tanta  
est, vt cū peccatorib⁹ edere dignetur. Quod  
sanè summè nos cōsolatur, & spem magnā  
nobis ingerit. Adeo vt nullus quantūlibet  
peccatis irretitus desperet. Cauete ne quis  
hos hypocritas sectetur, versutia diaboli  
hæc est, vt festucā in alieno oculo aspicien-  
tes, trabē magnā in proprio oculo nō aspi-  
ciāt. Hinc docemur pastoris, seu prædicato-  
**Luc. 6.** ris vitā nequā nihil nobis nocere, modo do-  
gmata quæ docet sana sint. Domino præci-  
piente. Quæ dicunt vobis facite secundū **Matt. 23.**  
opera eorū nolite facere. Nunc quam man-  
suetè, quamque benignè Saluator noster  
in festatoribus suis respōdeat auscultemus.

¶ At

Declamatio decima tertia

**Text.** ¶ *At Iesus audiens ait. Non est opus va-*  
*lentibus medicus, sed male habentibus.*

¶ Ecce medici munus se exercere asserit, qui  
miro medicandi genere vsus est propter ini-  
quitates nostras vulneratus, & eius liuore sa-  
**Esaiæ. 53.** nati sumus, Esaiæ teste. Ijs verbis veros poeni-  
tentes esse indicat, eos qui cum Matthæo ad  
**S. Hieron.** Ierusalem venerunt. Quibus beneficis & sapiens  
medicus medicamē suæ gratiæ largitus est.  
Sanos verò eos appellat, qui suam iustitiam  
volentes statuere, iustitiæ Dei subiecti non  
erant. Taxat ergo Phariseos, qui fastu & su-  
perbiaturgidi, plagisque innumeris saucia-  
**Luce. 11.** ti, medicum optimum horrebant. Itaque non  
ipsi intrabāt, & alios intrare in regnum cœ-  
lorum non sinebant. Nemo succenset medi-  
co ubi infirmos inuisit, imò summè lauda-  
tur, cur mihi in vicium vertitur, quod in alijs  
laude dignum est? Gaudere, & lætari eos o-  
**Luce. 15.** portebat, non tristari, quia peccatores in pe-  
rierant & inuenti fuerant, mortui erant, &  
reuixerunt. Denique dominus prorsus os  
eorum obturare volens, ad sacram scriptu-  
ram rimandam eos mittit, & ait.

**Text.** ¶ *Euntes discite: quid est misericordiam*  
*volo & non sacrificium.*

¶ Perin

In festo sancti Matthæi. 351

¶ Perinde dicat, si Osee vaticinium legistis, **Osee. 6.**  
quare illud non intellexistis? ipse quidem  
ait. Propter hoc dolavi in prophetis, & occi-  
denti verbis oris mei, quia misericordiam  
volo & non sacrificium. Id est, non in sacrifi-  
ciji delictor, nam victimę sunt salus creden-  
tium, & peccatorum vera conuersio. Huc **Prok. 216**  
pertinet illud Salomouis. Facere misericor-  
diam magis placet Deo, quam victimę. Et  
rursus Obedientiam vult Deus non sacrifi-  
cium. Idque passim in sacra scriptura inue-  
nimus. Hoc est ieiunium quod elegi ait, do-  
**1. Reg. 15**  
minus. Frange esurienti panem tuum, & va-  
**Esaiæ. 58.**  
gus induc in domum tuam. Non ergo negli-  
genda est charitas sed summopere ample-  
ctēda, eo quod pietas in fratres nostros om-  
nium maxime Deo placet. Denique per Mi-  
chæam Deus sic ait. Ostendam tibi homo  
quid sit bonum, & quid Deus requirat à te.  
Vtique facere iudicium, & diligere miseri-  
cordiam, & sollicitum te ambulare coram  
Deo. Verum tria hæc non vulgarem præse-  
ferunt emphasim. Nos verò euangelium fi-  
niamus.

¶ *Non veni vocare iustos, sed peccatores.* **Text.**

¶ Miranda quidem modestia Salvatoris, &  
pro nostra virili festanda, nunc iustos vocat,  
quos



### Declamatio decima tertia

quos paulò antè sanos appellauit, quib⁹ me-  
dicus nō sit opus, eò quod nō morbū suum  
agnoscant. Haud dubiè, superbia, & inuidia,  
cæterisq̄ue vicijs illi laborabant, & nihilo-  
min⁹, se incolumes fore falso iudicabant.  
**Gala. 5.** Hos cè nunc iustos dicit, quorum iustitia in  
externis tantū sita erat, non in fide, quæ per  
dilectionē operari solet. Sic Phariseus in tē-  
plo orās, nedū sua ieiunia, & decimas teme-  
re iactabat, sed omnibus alijs sanctiorē sese  
**Luce. 18.** assererat. Talis namq̄ue semper Pharisæica  
petulantia fuit, vt de fucata sua iustitia præ-  
sumeret. Notandum quod Lucas explora-  
tius, & lucidi⁹ hoc scripsit. Non veni voca-  
re iustos, sed peccatores ad pœnitentiã. Hæc  
sanè procaces Pharisæi spernebāt, quoniam  
ea se egere nō putabāt. Nō ergo vt pulchrè  
**S. Augus.** testatur Augustinus, Deus peccatores dill-  
git, quia peccatores sunt, sed quoniam vitæ  
prioris eos pœnitet, & nouã vitã inchoare  
vehemēter appetūt. Chrysostomus autē, lo-  
**S. Chryso.** cū hūc explicās ad ironiã refert Christi Ie-  
sulocutionē, quo tropo sacra scriptura vti  
solet. Quale est illud. Dormite iã & requie-  
scite, ecce appropinquat, qui me tradet. Et  
**Genes. 3.** iterū. Ecce Adā quasi vnus ex nobis similis  
factus est, sciēs bonū & malū. Vel si malum⁹.  
Iesus nō venit vocare ad pœnitentiã Ioan-  
nem

In festo sancti Matthæi. 352  
nem baptistam, Natanaelē, & alios iustos,  
sed eos qui perperã viuentes summi numi-  
nis mandata conculcabāt. Sed prior sensus  
germanior literæ apparet. Sunt planè pec-  
catores separati à deo, iuxta illud lōgè à pec **Psal. 18.**  
catoribus salus, ideò voce grandi vocandi  
sunt. Iusti verò, qui verè iustitiæ incumbūt,  
ita propè Deum ambulant, vt vnus spiritus  
sint cum Deo, Apostolo teste. Summa, supe-  
rest fratres, vt beati Matthæi exēplo, domi-  
no vocante, quã primū surgamus, pecca-  
ta pristina sponte relinquentes, nec non &  
peccatorum occasiones fugiētes, ne rursus  
labamur. Sequamur & regem nostrū Chri-  
stum per omnia, vestigia eius sectantes, quo  
mercedem commeritam, è manu eius acci-  
piamus, quippè qui, dat affluenter & non  
improperat. Cui sit imperium & gloria cū  
patre & Spiritu Sancto per æterna secula.  
Amen.

### ANNOTATIONES appendices.

**¶** Irabilis valdè est Saluatoris humi-  
litas, & clemētia, qua tact⁹ nō per  
angelū aut prophetā, sed ipse di-  
gnat⁹ est p se ipsum vocare apostolos suos.  
Nō vos me elegistis, ait dñs, sed ego elegi vos **Ioan. 15.**  
Perin-

Nota.

Annot. 1.

1048. 15.

### Declamatio decima tertia

Perinde dicat. Ego ipse prius dilexi vos, & symbola amoris præcipui vobis ostēdi. Par erit vt vicissim vos toto pectore diligatis eū qui tantopere dilexit vos. Et hæc non vulgaris dignitas apostolis fuit, quod rex regū Christus eos elegerit de mundo vocauit, & que ore suo sacro. Sciebat profectò quantę efficacitæ verbum ex ore suo benediçtio profectum foret. Quas ob res cū Hieremia orare nos oportet. Conuerte nos domine ad te & conuertemur. Vbi aduertendum quod triplex est conuersio. Vna quidem per dilectionem perfectam, quæ est creaturæ iam Deo fruētis. Et ad hanc requiritur gratia consummata. Alia cōuersio est, quæ est meritum beatitudinis, ad quam requiritur habitualis gratia. Tertia verò est, per quam aliquis præparat se ad gratiam habendam, & ad hanc non exigitur aliqua habitualis gratia, sed operatio ad se animam cōuertentis. Et talis fuit conuersio sancti Matthæi in thelonio sedentis. S. Thom. p. 1. q. 61. artic. 2. ad tertium.

**Secundo.** ¶ Maximè munificētia Christi resplendet in hac vocatione Matthæi, quippè qui in thelonio sedebat, quæstui iniquo dans operā, & suæ salutis oblitus. Veruntamen tam est efficax verbum Dei, vt Salvatore vocante ex

**Triplex cōuersio.**

In festo sancti Matthæi. 353  
te extemplo cuncta reliquerit, & dominum sequutus est. Vnde impletum illud videm⁹. *Psal. 28.*  
Vox domini in virtute, vox domini in magnificentia, vox domini confringentis cedros. Verum cedrus alta petens & superbia inflatus Matthæus erat, pauperes diuexans & expoliās. At vox Christi sua mirabili virtute core eius emolluit, adeò vt stercora diuitias existimaret, & pauperum parentem, & inopię amatorem Iesum sequeretur. O mutationem non nisi à potenti dextera summi numinis factam. Nos charissimi magni existimemus concionatoris verbum; quo nos Christus quotidie vocat, ipso dicente. *Matt. 10.* Qui vos audit me audit. Et qui vos spernit me spernit. Et rursus. Nō estis vos qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Audiamus inquā prædicatorem, qui *Luce. 10.* tuba Dei est, per quā dominus excitare nos vult, & à peccatis surgere. Clama ne cesses, sicut tuba, exalta vocem tuā, ait dominus ad *Esaiæ. 58.* Esaiam. Imò concionator euangelicus, os Dei optimi est, iuxta illud. Si separaueris mundum à vili, quasi os meum eris. Quante virtutis fuerit vox hæc, totius mundi conuersio indicat.

¶ Obseruatione dignū est, quā sit ingēs summi Dei erga peccatores charitas, qua vrgente non

*Hier. 15.*

**Tertiò.**

Y te non

### Declamatio decima tertia

te, non modo vocat nos per prædicatores, sed per creaturas omnes. Huc pertinet illud Salomonis. Sapientia foris clamat, in plateis dat vocem suam, videlicet creaturarū.

**Pro. 1.** Usquequo paruuli diligitis infantiam, & stulti quæ sunt sibi noxia cupiunt. Quærūt enim sibi præcipitia in quibus pereant. Enim uerò coeli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annuntiat firmamentum. Hanc vocem creaturarum philosophi solo naturali lumine illustrati audierunt,

**Rom. 1.** ita ut cognouerint Deum, non autem ut ius erat eum glorificauerunt, aut gratias egerunt, Paulo teste. Heu fratres, Ethnici excusare se non poterunt, quia hanc vocem creaturarum audierunt, nos qui præcellenti lumine fidei illuminati sumus, quæ excusationem prætexere poterimus? Plane creaturæ omnes nos ad Deum mittunt dicentes. Ipse fecit nos non ipsi nos. Itē ad creatorem, in quo solo tranquillitas, pax & satietas uestra sita est, nos uerò ut gutullæ illius maris sumus. Eam ob rem sitim uestram sedare haud ualemus.

**Nota.**

**Psal. 99.**

**Quarto.**

¶ Quid plura charissimi? tam est nostræ salutis amator Christus, ut tertiam vocem addat internæ quouis momento inspirando ut eum sequamur. Equidem vox hæc

po

In festo sancti Matthæi. 354

potentissima est de qua in psalmo. Audiam quid loquatur in me Deus, quoniam loquetur pacem in plebem suam, & super sanctos suos, & in eos qui conuertuntur ad eum. In me, ait loquetur, cordi meo inspirando bona quæ mihi utilia sunt, & valde frugifera. Vox est non tonans sed penetrans, non auribus obstrepens, sed affectibus blandiens. Huc attinet illud Pauli. Viuus est sermo Dei, & penetrabilior omni gladio accipiti. Nonne vox tonitruum tui domine in rota? hoc est in peccatore, qui quæ ut rota uoluitur, de peccato in peccatum gradiens. Sic Dauid cecidit ex adulterio in homicidium. Nè ergo amplius rotari uelit in peccatis tonitruum intus insonat, & vox tonat. Nisi poenitentiam egeritis omnes simul perhibitis. Et iterum. Horrendum est incidere in manus Dei uiuentis. Hæc vox potissimè conuertit Paulum, Magdalenam, & Matthæum, nam externa vox parui refert, nisi interna insonuerit. Quid quod flagella cuncta, & beneficia nobis exhibita uoces sunt, quibus Christus nos ad se trahere conatur. Ueh nobis si aure surda pertransiamus, poenitentiam non amplectentes.

**Psal. 84.**

**Psal. 76.**

**Matt. 3.**

¶ Quintò deniq; obseruandū sum operè est, **Quintò.**

Y I quod

Declamatio decimatertia

quod ob id cum peccatoribus Saluator cō-  
fortium habebat, & cōuiuijs eorum interes-  
se volebat, vt spiritales cibos, dogmataque  
sancta eis impenderet, vt perbellē sanctus  
Hieronimus contestatur. Atqui, nos tan-  
quā fragiles, & ad malum propensi, impio-  
rum fugiamus commercia. Vnde meritō sa-  
piens admonet. Qui tangit picem, inquina-  
bitur ab ea. Nihil enim deterius prauo con-  
sortio, quam ob rē Loth vir iustus, eò quod  
cum malis cohabitabat, per angelum edu-  
ctus est. Mira res Saul inter prophetas pro-  
phetabat, & cum Phitonisa ariolus factus  
est. Profectò cum improbis conuersari per-  
fectorum virorum est, non infirmorum. Pre-  
clarum utique dogma illud est, & literis  
aureis conscribendum. Cum viro iusto assi-  
duus esto. Cæterum quod Pharisei aduer-  
sus Christum murmurabant, ex liuore inui-  
diæ & superbia scaturiebat. Erat quippè do-  
minus fons totius sanctitatis, cui nil mali ac-  
cidere poterat. Quin vt peritissimus, & sa-  
pientissimus medicus, solo verbo omnes  
morbos tum animæ, tum corporis mirabili-  
ter depellebat. Hunc & nos fratres sequa-  
mur, hunc totis medulis cordis nostri  
diligamus, atque indefesse lau-  
demus.

¶ In

In festo sancti Michaelis. 355

¶ INFESTO SANCTI MI-  
chaelis Archangeli, declamatio de-  
cima quarta.



Vs erit fratres, & satis rationi cō-  
sentaneum vt nos homines terre-  
ni, & vermiculi humi reptātes an-  
gelorum festa cum iubilo celebremus, ange-  
lis ipsis gaudētibus in cœlo de hominū con-  
uersione. Quòd planè dñs palā fecit vbi ait.  
Amen dico vobis gaudiū est angelis super vno peccatore pœnitentiam agente, quam  
super nonaginta nouem iustis, qui non indi-  
gent pœnitentia. Ecce quam nos diligāt an-  
geli & salutē nostrā cōcupiscāt. Quid multa?  
Fratres mei, nedū de nostra conuersione ve-  
hemēter exultāt in cœlo, sed quod plus ad-  
mirationis habet, ipsi pro sua virili contē-  
dunt è cœlo descendentes, vt à peccatis no-  
stris resipiscentes, pœnitentiam amplexē-  
mur. Argumētō nobis est sermo ille breuis,  
quē protulit angelus domini corā populo  
domini in Galgalis. In libro Iudicū sic me-  
morix proditū est. Ascendit angelus domi-  
ni de Galgalis ad locum flentiū, & ait. Eduxi  
vos de Ægypto, & introduxi in terrā pro-  
qua iuraui patrib⁹ vestris, & pollicitus sum,  
vt non

Eccle. 13.

Genes. 19.

Eccle. 37.

Luce. 18.

Iudicum. 2.

¶ Y 3

### Declamatio decima quarta

vt non facerem irritū pactum meum vobis scū in sempiternū, Ita dūtaxat, vt non feriretis fœdus cum habitatoribus terræ huius, & aras eorū subuerteretis. Et nolulistis audire vocē meā. Cur hoc fecistis? quā ob rē nolul delere eos à facie vestra, vt habeatis hostes, & dij eorum sint vobis in ruinā. Mirabile dictu, hoc loquente angelo, omnes filij Israel conuersi sunt ad dominum, & leuantes vocem suam fleuerunt, immolauerunq̄ue ibi hostias domino. Multa sunt in hoc sermone angeli adnotatione digna, sat sit verba eius narrasse. Nunc ad expositionē euangelij Christo Iesu suffragāte veniamus, quo in secūda parte declamationis, nōnullade beato Michaelē, deq̄ue angelis eius diseramus. Euangelij lectio sic habet.

Nota.

*Euangeliū  
Matt. 18.  
Luc. 9.  
Mar. 9.* ¶ *Accesserunt ad Iesum discipuli eius dicentes. Quis putas maior est in regno cœlorum.*

*¶* Ratio huius questionis beato Hieronymo autore ea fuit, quod dñs præcepit Petro cēsum persoluere dicēs. Staterē in ore piscis inuenies, solue pro me & pro te. Quiquidē cēsus à patrefamiliās tātū soluebatur. Ad hæc iuxta Cæsareā dñm pollicentē Petro audierant.

### In festo sancti Michaelis. 356

rant. Tibi dabo clauēs regni cœlorū. Et quia sepiuscule de primatu cōtēdebāt, nūc occasione oblata certior es fieri volūt, de re hac ambigua. Quas ob res magistrū optinū interrogāt. Sed hic velim charissimū Paulo altip̄ mecū expēdatis, q̄ fuerit natura humana fauciata ac deprauata post primi parētis piculū, ita vt semper in deteriorē partē sit p̄cliuior, sic scriptū est. Sēsus & cogitatio humani cordis prona sunt ad malū, ab adolescētia sua. Nō quod Deus optimus talē creauerit naturā, sed fecit hominē rectū. Ipse verō sciētia Dei perperā affectās miserē cecidit, ita vt iā, heu, cōparatus sit iurētis insipiētibus & similis factus sit illis. Quod vltimis suspirijs deplorat regalis propheta. Itaq; homo quū puluis & cinis sit humilia nihilominus rūgit, alta frequēter appetit, cūctis præesse conatur auidus gloriæ, quāuis se ipsum gubernare nō valeat, sibiq̄ue præesse nequeat, suis & prauis affectibus haud dominetur. Hinc filij Zebedæi sedere ad dexterā & sinistram Christi expetunt. Hinc contētio excitatur inter eos, quis illorū videretur esse maior, iā iam Saluatoris morte imminente. O nos in foelices, de nobis quid erit, quādo discipuli domini, organa Spiritus sancti, totius orbis lumina, humanæ ambitionis titillantur?

Matt. 16.

Genes. 8.

Eccle. 7.

Psal. 48.

Luc. 22.

Declamatio decima quarta

sed profectò Spiritu Sãcto repleti nō erant,  
 sed vti infirmi dignitatē hãc appetebãt. No-  
 tãdũ, quod regnũ cœlorũ hĩc nō pro diuina  
 Luce. 17. gratia accipitur, de quo regno dñs ait regnũ  
 Dei intra vos est. Nec pro beatitudine cœle-  
 sti, quippè quæ pauperib⁹ Spiritu promissa  
 Matth. 5. est. Dicēte dño. Beati pauperes Spiritu, quo-  
 niã ipsorũ est regnũ cœlorũ. Sed pro sancta  
 Romana ecclesia summitur iuxta illud. Exi-  
 bũt angeli & colligēt de regno ei⁹ omnia scã-  
 dala. Nō ergo cura erat tũc discipulis nisi de  
 primatu terreno. Qui cũ maximè Petro in-  
 uiderēt, adeũt Iesum ac rogãt, quis esset futu-  
 rus primus in ecclesia post eius necē. Adhuc  
 quidē somniabãt tales quasdam dignitates,  
 quales videmus in regũ aulis. Huc pertinet  
 Luce. 22. illud. Nos autē sperabamus quod esset redē-  
 pturus Israel. Et iterũ ipso in cœlum ascen-  
 dente, quidã interrogabant. Dñe si in tẽpo-  
 re hoc restitues regnum Israel. Nos igitur  
 Aãto. 1. fratres feram hanc, & lethalem pestē timea-  
 m⁹, ambitionē dico, quæ etiã viros strenuos  
 inuadere conatur, timeamus inquã toto pe-  
 Psal. 35. ctore, cũ Dauide precãtes. Nō veniat mihi  
 pes superbię, quæ labefactare solet sanctos  
 homines. Et iterũ illud sapiētis sep̃ sapi⁹ re-  
 Eccle. 23. petam⁹. Deus & pater vitæ meæ, extollētiã  
 oculorũ ne dederis mihi. Equidem viciũ hoc  
 vel

In festo sancti Michaelis. 357  
 vel maximè preclaros viros vexat, & in mili-  
 tia hui⁹ vitę nouissimũ est. Vnde iure, super-  
 bia vitę vltimũ locũ sortitur inter vitia hui⁹  
 mũdi. Omne quod est in mũdo, ait Ioãnes, 1. Ioan. 2.  
 aut est concupiscentia carnis, aut est concu-  
 piscentia oculorum, aut est superbia vitæ.  
 Obseruanda est series verborum. Quomo-  
 do ambitio importat inordinatum hono-  
 ris appetitum, & ideò semper est peccatum.  
 S. Thom. 2. 2. q. 131. art. 1. Hinc Paulus cla-  
 mat. Caritas non est ambitiosa, non quæ-  
 rit quæ sua sunt. Qui ergo supra id quod  
 S. Th. 2. 2. q. 131.  
 1. Cor. 13.  
 est cupit honorari, vel honorem non refert  
 in Deum, vel in aliorum vtilitatem, is ambi-  
 tiosus est. Tantũ abest, vt primatu sit di-  
 gnus. Quid autem magister optimus disci-  
 pulis responderit sumopere notandum  
 est.

*¶ Et aduocans Iesus paruulum statuit Text.  
 in medio eorum & dixit. Amen dico vo-  
 bis, nisi conuersi fueritis, & efficiami-  
 ni sicut paruuli non intrabitis in regnum  
 cœlorum.*

*¶ Terrifica quidem verba hæc sunt, necnō  
 & valde tremenda, in quibus non ecclesia,*

## Declamatio decimaquarta

*Nota.*

sed coelestis gloria significatur, in quam nemo intrare potest, nisi humilitate fultus, atque candore innocentiae decoratus. Vocavit paruulum quendam, & in medio eorum estatus. Quò rudes discipulos, tum verbis, tum exemplo visibili erudiret, cupiens tantum malum radicitus e pectoribus eorum euellere. Nec praetereundum duxi quod Marcus indicat. Saluator haec dicens sedit. Tanquam de re seria & vehemente proficua locuturus. Tamen et Apostoli affectu humano turbati, iam leuè ambitionem suam putabant. Mitti lubens hic tractare an paruulus ille Sanctus Marcialis fuerit, an alius puerulus, hoc parui refert. Diuus Hieronymus vero ait, quod in hoc paruulo dominus seipsum ostendit, quia non venit ministrari, sed ministrare. Iure iurando contestatur dominus, neminem ad ethera regna conuolare nisi fuerit paruulo similis. Quando quidem paruulus suapte natura innocentiae candorem habet, non extollitur in vestimentis, aut in thesaurorum copia effertur, non loci habet delectum, non irritatur, imò si quando ira motus fuerit, statim iniuriae oblitus latatur. Ecce qualem vult Christus euangelicum hominem, humilem, abiectum, Deum quaerentem, & à quauis immunditia expertem. Non ergo

etate

## In festo sancti Michaelis. 358

etate paruuli simus, sed malitia. Sicut Apostolus admonet. Malitia paruuli estote, sicut sibus autem perfecti. Cui sententiae ad stipulatur Petrus. Quasi modo geniti infantes lac concupiscite, ut in eo crescatis. Talis erat qui dixit. Custodiens paruulos dominus, & liberauit me, & iterum. Ludam & vilior fiam ante eum qui elegit me, & ero humilis in oculis meis. Talis denique erat rex Saul cui Samuel dixit. Nonne cum esses paruulus in oculis tuis, caput in Israel factus es? Enimvero ut humilitas virtutum est radix, dicente Deipara Maria. Quia respexit humilitatem ancillae suae. &c. Sic superbia omnium vitiorum fons est. Alioqui Sapiens non diceret. Initiu omnis peccati superbia. Etenim auersio à Deo quae formaliter complet rationem peccati, ad superbiam attinet. Itaque superbia habet rationem primi. S. Tho. 2. 2. q. 162. ar. 7. Summa. Deus optimus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Iaco. 4. Vae quidem paruulis, contra quos clamat dominus. Usquequo paruuli diligitis infantiam, & stulti quae sunt sibi noxia cupiunt. Et imprudentes odibunt scientiam. En peccatores paruuli sunt, stulti, & imprudentes, quae sunt sibi lethalia amantes, parua & temporaria plus equo amant, & eam ob causam amittunt

quae

*Magis histori.*

*S. Hieron.*

1. Cor. 14

1. Pet. 2.

2. Reg. 6.

1. Reg. 15

Eccles. 10.

S. Th. 2.

q. 162. ar.

7.

Pro. 1.

Declamatio decimaquarta

**1. Pet. 5.** quæ bona sunt æterna. Nos ergo fratres nõ  
ita, sed humiliemur sub potenti manu do-  
**Marc. 9.** mini, vt nos exaltet in die vilitationis. Mira-  
res fratres, teste Marco, Iesus paruulum il-  
lum complexus est, vt palàm faciat quam  
auerfetur superbos, quamque humiles ac  
modestos diligit. Huc etiam expectat  
illiud. Sinite paruulos ad me venire, ta-  
lium est regnum cœlorum. Notandum rur-  
sus, quod Apostoli post rerum omniũ abdi-  
cationem conuersione opus habebant. Nã  
ait, nisi conuersi fueritis. Quid de nobis di-  
cendum? Et quis nostrum gloriabitur se per-  
**Luc. 13.** fectum esse? Sanè nisi pœnitentiam egeri-  
mus omnes simul peribimus, & in Psalmo.  
**Psal. 7.** Nisi conuersi fueritis gladium suum vibra-  
uit, arcum suum tetendit, & parauit illum.  
Qui ergo vult ascendere, descendat, qui pre-  
esse ministret, qui in Christo vult adolesce-  
re puer fiat. Et sequitur.  
**Tex.** ¶ *Quicumq; humiliauerit se sicut paruu-  
lus iste, hic maior erit in regno cœlorum.*  
¶ Quæstioni discipulorum iam facere satis  
incipit, perinde dicat. Illud habetote certũ  
quod nisi quis totus immutatus fuerit, ac  
prorsus abiecerit affectus huiusmodi, & trãf-  
formatus in simplicitatem huius pueri, non  
recipie-

In festo sancti Michaelis. 359  
recipietur in regnum cœlorum. Tantum  
abest, vt ambienda sit eminentia. Itaque si-  
quis se deiecerit, & efficitur huic paruulo si-  
milis, hoc ipso maximus erit. Extat immu-  
tabilis illa sententia. Omnis qui se humiliat, **Luc. 14.**  
exaltabitur. Miror Romanorum pruden-  
tiam fratres, sic templum honoris construc-  
runt, vt ad illud nemo intraret, nisi per tem-  
plum virtutis transiret. S. Augustinus li. 5. **S. Augus.**  
de ciuitate Dei. Quid host est, nisi vt suafum **li. 5. de ciu.**  
nobis habeamus, quod aditus non est ad ho-  
norem cœlestis gloriæ, nisi per humilitatẽ,  
& innocentiam prius gradiamur paruulis  
similes facti. Pròhdolor, quam pauci ita sese  
demittunt, honores volaticos solerti cura  
quærunť homines gloriam vanam, & cœle-  
stem spernunt, vmbas dumtaxat ample-  
ctentes seipfos decipiunt, quorum vox ea  
est. Quid profuit nobis superbia, & diuitia- **Sap. 5.**  
rum iactantia quid contulit nobis. Transie-  
runt omnia illa sicut vmbra. En seipfos ar-  
guunt, profitentes se delusos fuisse, quamuis  
sera, & infrugifera sit cõfessio illorum. Vti-  
nam nos cristicolę, paruuli in morem omni  
solicitudine abdicata in patrem nostrum  
Christum, cum Dauide diceremus. Domi- **Psal. 39.**  
nus sollicitus est mei. Et iterum iacta cogita-  
tuũ in domino, & ipse te enutriet. Sim-  
plicitate



Declamatio decimaquarta

Matth. 11

plicitate ergo, & humilitate vel maxime  
opushabemus, vt magni simus in regno cœ  
lorū. Hinc humilitatis magister clamat. Di-  
scite à me quia mitis sum, & humilis corde.  
Verum qui mitis est facile ignoscit, quāuis  
læsus, iuxta illud. Sol non occidat super ira-  
cundiam vestram, & iterum. Donantes vo-  
bis metipsis, sicut Christus donauit vobis. Ec-  
ce præfixa nobis est meta in paruulo, quā  
quis gloriabitur se attigisse? Sanè gratia di-  
uina ad hoc omnes indigemus, hanc vltro  
præstabit dñs, modo proclini genu, & preca-  
tione humili eā petamus. Petite, inquit, & ac-  
cipietis, quærite & inuenietis, pulsate & ape-  
rietur vobis. Cæterum quāti vero Saluator  
suos electos faciat sequētia nunc ostendūt.

Ephē. 4.

Text.

*¶ Et qui susceperit unum paruulum ta-  
le in nomine meo me suscipit. Et qui scan-  
dalizauerit unum de pusillis istis mini-  
mis, expedit ei, vt suspendatur mola asi-  
naria in collo eius & demergatur in pro-  
fundum maris.*

¶ Quamuis de etate paruulo hoc possit in-  
telligi, nā qui amore Christi pueros educat,  
corripit, & virtutis viam demōstrat Christo

famula-

In festo sancti Michaelis. 360

famulatū gratū præbet, nec nō ingentis mi-  
sericordix opus exercet, nihilominus de  
paruulo humili maxime verba Christi intel-  
ligamus oportet. Hunc planè quisquis foue-  
rit, tutatur, ac hospitio suscipit, ipsum regē  
gloriæ suscipit, & ab eo cōmeritam merce-  
dem accipiet. Allusio est ad illud. Qui reci-  
pit Prophetam in nomine Prophetæ, mer-  
cedem Prophetæ accipiet. Planè ipse est ca-  
put nostrum nosque membra eius, Apосто-  
lo teste, eam ob causam, quicquid impendi-  
mus membris eius, ei præbemus, ipso conte-  
stante. Quod vni ex minimis meis fecistis  
mihifecistis. Hinc Paulo ecclesiam perse-  
quenti, ipse dixit. Saule, Saule, quid me per-  
sequeris? Perinde atque suorū fidelū iactu-  
rā propriā reputans. Quid plura? Samueli  
dictū est. Nō te spreuerunt sed me. Obseruā-  
dū, quod Saluator se suscipiendum dixit in  
paruulo, hoc est, in humili, & innocēte vesti-  
gia magistri per omnia seclate, ne Apосто-  
li efferantur, vbi se honoratos viderint. Eò q̄ nō  
suo merito, sed magistri honore erant susci-  
piēdi. Quod vero pœnam magnam cōmina-  
tur ei qui scandalo fuerit fratri suo, contra  
Apóstolos est, qui de primatu cōtendebāt.  
Equidē pessima ambitio nō vulgare scādalu  
parit potissime pusillis. Nam perfecti non  
scanda-

Matth. 10.

Matth. 25.

Acto. 9.

1. Reg.

S. Hierony.

Declamatio decimaquarta

**Psal. 118.** scandalum patiuntur. Pax multa diligentibus legem tuam, & non est illis scandalum. Planè scādalum Græcum nomen est, quod nos offensionem vel ruinam, iuxta diuum Hieronymum dicere possumus. Est igitur scandalum quando dicto, vel facto quis occasione ruinæ præbet alteri. **S. Thom. 2. q. 43. ar. 1.** Est enim scandalum peccatū mortale quando quis alterum inducit ad mortale piaculum patrandum. Erit veniale vbi suaferit venialiter delinquere. **S. Thom. vbi supra. ar. 4.** Quod vero Pharisei scandalizati fuerint in verbis, & miraculis Christi ad illorum peruciatiā referendum est, erant araneæ vel viperæ similes, & floribus odoriferis venenum colligentes, ex quibus apis argumentosa fauos mellis componere solet. **Matt. 15.** Vnde iure optimo Saluator discipulis respondit. Sinite eos, cecisunt, & duces cæcorum. Summa, pro virili nostra caueamus puillos scandalizare, vbi tam atrocem poenam dominus comminatur, eis qui scandalum excitant fratribus suis. Longè leuius eis foret quàm libet temporalem poenam subire, quam flammis æternis perpetuo cruciari. Et enim per Zachariam dominus ait. **Zach. 2.** Qui tangit vos, tangit pupillam oculi mei. **Gene. 12.** Mirabile dictu, omnis Ægyptus punitur propter Saram

In festo sancti Michaelis. 361

Saram vxorem Abrahamæ, sic cruciatur Abimelech ob eandem causam, nec non propter Dinam violatam omnes Sichimitæ perierunt. Quæ omnia eo tendunt, ne scandaloso simus fratribus nostris. O quantū viri sancti hoc modis omnibus cauebāt, si scandalizauero fratres meos, carnes nō manducabo in æternum. Ecce Apostolus vehementer trepidat, ne fratres scandalum patiantur. Et quoniam mundus nequam scandalis scatet dominus contra eum exclamare incipit.

*Veh mundo à scandalis. Neesse est, vt veniant scandala. Veruntamen, vae homini illi per quem scandalum venit.* **Text.**

¶ Vltimis deplorat suspirijs beneficus ac pius rex impiorum mala opera. Nō vtique de mundo elementari est sermo, nā vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erāt valde bona. Sed mundū appellat dominus iniquorum ceteruā, cuius princeps diabolus est. Nunc princeps huius mundi eijcietur foras. Vae mundo à scandalis, id est, propter scandala tua. Dolet Saluator videns tot mala in mundo exuberare, & comminando ingemiscit tanquā pater. Heu, ego cōsolabor super hostibus meis. Eodem pertinet illud. Heu, omnes

**Z** abomi-

Declamatio decimaquarta

abominaciones domus Israel, quia gladio, fama, & peste morituri sunt. Necesse est ut veniant scandala. Non necessitate coactiva, sed necessitate moralis cursus. Sunt planè

Gen. 8.

sensus & cogitatio humani cordis prona ad malum, ab adolescentia sua. Has ob res scandala plurima quotidie oriuntur. Vel necesse est ut scandala veniant, id est, satis utile id

1. Cor. 11

erit. Oportet hæreses esse, ait Apostolus, ut qui probati sunt inter vos manifesti fiant. Necesse fuit ut Saluator pateretur, alioqui mundus periret, verumtamen, væ Iudæ traditori, qui nostrum bonum suum fecit ma-

Deut. 13.

lum. Tentat vos dominus, ut palàm fiat, an diligatis eum toto corde necne. Ecce causa ob quam tot hæreses, & mala eueniant, nēpè ut sollicitiores facti magis per fidem, &

Eccles. 27.

amorem Christo agglutinemur. Vasa figuli probat fornax, homines iustos tētatio tribulationis. Equidem dum poenam comminatur Christus ei qui scandalum præbet, li-

S. Augus.

beri arbitrij insigne subindicat. Nā peccatū ideò peccatū quia volūtarium. Profectò nō uti bruta agūtur, ita homines, sed ipsi agūt, quod Philosophi fidei sacræ expertes, varijs rationibus suadent. Enimvero ubicūq; est intellectus, inibi voluntas sit oportet. Et quia dumtaxat in angelis & hominibus est

intel-

In festo sancti Michaelis. 362

intellectus, in eis tantū est liberū arbitrium.

S. Th. p. 1. q. 59. ar. 3. Alioqui frustrà essent

S. Th. p. 1.

mādāta Dei, pollicitationes, & cōminatio-

q. 59. ar. 3

nes. Potuit trāsgredi & nō est trāsgressus, fa-

cere mala & nō fecit. Videte elogia iustorū,

quippè qui summi numinis gratia coadiu-

uante, libero arbitrio bene vsi sunt. At con-

tra, impij perperā agētes, arbitrium suū pec-

cato dederunt. Sequitur in euangelio.

*¶ Si manus tua vel pes tuus scandalizat*

Tex.

*te, abscinde eum & projice ab te. Bonū*

*tibi est ad vitam ingredi debile vel clau-*

*dum, quam duas manus, vel duos pedes*

*habentem miti in ignem æternum.*

*¶ Vbi Sanctus Chrysostomus, ut autem dī*

S. Chryso.

*scas scandala nō absolutè necessitatis fore,*

*audi quid dñs addat. Si autē manus tua vel*

*pes tuus. &c. Quod nō de corporalibus mē-*

*bris, sed de amicis quos in ordine necessario*

*rū membrorū habemus, dictū est. Nihil sanè*

*tā nociuū, quā praua conuersatio. Idq; bea-*

*tus Hieronymus confirmat dicēs. Omnis*

S. Hierony.

*trūcatur affectus, & vniuersa propinquitas*  
*amputatur, ne per occasionē pietatis vnus*  
*quisq; credentium scandala patiatur:*

Z 2

non

Declamatio decimaquarta

Nō denique corporis membra, sed affectus prauos amputandi sunt. Adeo vt nil nobis tam vtile tamque charum, quod non abijciamus, si scandalo nobis sit. Sanè quod facimus in periculo corporis, cur in periculo animæ non faciamus? Nobilior & excellentior corpore anima est. Origenes rudi intellectu hanc sententiam capiens, errauit. Marcus vero amputans sibi pollicem, quo sacerdotio reprobis haberetur, laudatur à doctoribus, & miraculose ei restitutus est digitus. Optabilius esset cum parentibus, & amicis seruari, verum si id non licet, præstat desertis omnibus Christo adherere, eique inseruire.

Origenes.

Text.

*¶ Si oculus tuus scandalizat te, erue eum & proijce abs te. Bonum est tibi unum oculum habentem in vitam intrare, quam duos oculos habentem mitti in gehennam ignis.*

Vide S. Ber. ser. 2. huius festi.

Ioan. 6.

¶ Quemadmodum de manu & pede expositum est, sic de oculo proculdubio est dicendum. Vtrumque moraliter vult intelligi, alioqui in errorem quis dilapsus periret, vt iam meminimus. Que ego vobis loquor spiritus & vita sunt, ait Saluator. Origenes, hæc omnia ad opera animæ transfert. Ani-

ma

In festo sancti Michaelis. 363

ma peccans operando manus est, incessus animæ delinquentis pes iure dicitur. Visus animæ Deum offendentis, appellatur oculus, hæc omnia oportet præcidere, si scandalum præbent. Frequenter ipsa opera membrorum pro membris in sacra scriptura ponuntur. Summa, quicquid nobis causam ruinæ præstat, longe à nobis proijciamus, quauis parentes, amici, serui vtilis sint; quippe quos tenere amamus. Rursus paruulos suos Saluator maxime commendat & ait.

Dogma.

Text.

*¶ Videte ne contemnatis unum ex ijs pusillis. Dico enim vobis quia angeli eorum semper videt faciem patris mei qui in caelis est.*

S. Hieron.

¶ Qui antehac præceperat manum pedem & oculum, omnesque propinquitates & necessitudines amputandas, quæ scandalum poterant facere, is tanquam austeritatem sententiæ temperans, nunc docet sanctis exhibere honorem. Pusilli enim sunt qui nuper in Christo nati adhuc lacte egent. De quibus Apostolus ait. Tanquam paru-

1. Cor. 3.

Psal. 22.

Z 3

non

**Declamatio decimaquarta**  
non homo, opprobrium hominum & abie-  
ctio plebis. Et rursus cum Abraham clami-  
*Genes. 18.* tare nō cessant. Loquar ad dominum meū,  
cū sim puluis, & cinis. Cæterum rationē do-  
minus adducit, ob quā magni existimandi  
sunt paruuli, qui in eum credunt. Equidem  
vnusquisque angelum coelestem habet cu-  
stodem, qui indefinēter pulchritudine sum-  
mi Dei fructur. Ecce fidelium grandis digni-  
tas, nempe qui sunt angeli Dei, sunt & ange-  
li eorum, id est, nuntij illorum, & ij non ha-  
bent opus iræ, & venire eo quod vbiunq;  
*Ierem. 23.* sint mira potiuntur beatitudine, videntes fa-  
ciem patris, qui coelum & terram implet. Et  
de euangelio satis. Nunc partem secundam  
declamationis aggrediamur.

*¶ SECUNDA PARS DE-  
clamationis. Angeli eorum semper vidēt  
faciem patris mei, qui in caelis est.*

**D**E angelorum natura locuturi fratres  
merito stupet intellectus, eò quòd ca-  
ptum nostrum exuperet. Equidem  
*Psal. 18.* facilius de optimo Deo loqui valemus quā  
de angelo. Nonne coeli enarrant gloriam  
Dei, & opera manuum eius annunciat fir-  
mamen-

**In festo sancti Michaelis. 364**  
mamentum? Sanè ex operibus Dei surgi-  
mus in cognitionem eius. Adeò vt in excu-  
sabiles Philosophos omnes fore Apostolus  
asserat. Adhæc multa scimus de Deo per in-  
spirationē, nā ipse illabitur menti nostræ, &  
plurima arcana reuelat. Vnde in Psalmo le-  
*Psal. 84.* gimus. Audiam quid loquatur in me domi-  
nus Deus. Atqui angelorum opera in hac  
mūdi machina nulla inspicimus, nā creator  
omnium Deus noster est. Adhæc, per inspi-  
rationē illorū haud nobis innotescere ange-  
li possunt, quia extra animam loquuntur.  
Quid quod in sacra pagina de ipso forū crea-  
tione nil habemus? Nec propter hoc silea-  
mus omnino oportet in hac præclara festiui-  
tate, quā sancta ecclesia annuatim celebrat  
in gloriam Christi Iesu, & laudem coelestium  
spirituum coelestium.

¶ Enimuero angelus creatura spiritalis est,  
suapte natura homine nobilior. Nam de ho-  
mine dictum est. Minuisti eū paulominus  
ab angelis. Anima nostra ad imaginem Dei  
*Psal. 8.* creata spiritalis est, nihilominus apta na-  
ta informare corpus, quod angelus mi-  
nimè potest. Rursus, angelus per se per-  
sona est, anima verò non ita. Ideò minu-  
tus ab angelis homo dicitur. Quid quod  
*Nota.* angelus ordine quodam absque discursu

Declamatio decimaquarta

intelligit, anima autem, quia nihil est in intellectu quin prius fuerit in sensu, sine discursu, quamdiu corpus viuificat, intelligere nequit. Mira res fratres, quanquam hæc omnia ita se habeant, & angelus longè nobilior sit homine, nihil prohibet hominem per gratiam & gloriam, multis angelis excellentiorem fore. Verum Ioannes Baptista & Apostoli in cælo maiori gloria fruuntur quam multi angeli. Imò sacerrima virgo exaltata est super omnes choros angelorum. Quod planè magnum solatium nobis affert. Satagite ergo charissimi sanctis desiderijs, & operibus angelos vincere in gloria cælesti, à quibus per naturam vos victi estis. Quam ob rem angelus tanquam nobilior creatura, non uti homo in terra, sed in cælo empireo creatus est. Conueniens utique fuit quod angeli in supremo cælo crearentur, tanquam toti creaturæ corporeæ præsidentes. Sanctus Thom. part. 1. quæst. 61. art. 4. Idque Sanctus Isidorus contestatur explicans illud Deutero. 8. Domini Dei tui cælum, & cælum cæli. Quod enim Lucifer dixit, ascēdā in cælum, de cælo Trinitatis intelligendū est, nō de aliquo cælo corporeo. Si vere quis querat quādo Deus optim⁹ angelū creauit Sapiēs respōdebit. Prior omnium  
creata

S. Th. p. 1  
q. 61. ar. 4

Esa. 14.

In festo sancti Michaelis. 365

creata est sapientia, id est, angelus qui sapiētia mirum in modum decoratus est. Sanctus Augustinus angelos creatos fatetur, ubi dominus dixit. Fiat lux. Siquidem angeli in sua substantia nobiles sunt, ac subtiles nec non & lucidi, eam ob causam nomine sapiētiæ vocātur. Duo fecisti domine aliud propè te, id est naturā angelicam, & aliud propè nihil, hoc est materiam primam. Sane angelus proximus est Deo, quoniam Deus spiritus est, & angelum fecit spiritum. Vnde in psalmo legimus. Qui facit angelus suos spiritus, equidem spiritus nomē est naturæ, angelus autem nomē est officij, ut pulchrè sanctus doctor Augustinus exponit.

¶ Mirabile dictu fratres, tot angelos Deus optimus simul creauit, ut nemo nisi eorum creator illos valeat numerare. Vnde Iob de miratus dixit. Nunquid est numerus militū eius? & in psalmo. Currus Dei decem millibus multiplex millia latantium, dominus in eis in Sinai in sancto. Loquitur propheta de angelis in quibus Deus omnipotens habitat. Sanè magno regi magna familia conuenit. Alioqui sicut populus, sic & sacerdos. Et in multitudine populi dignitas regis, & in paucitate plebis ignominia principis. Cū ergo Deus noster rex regum sit, & altissi-

Eccle. 1.

S. Augus.  
li. 12. cōfe.  
ca. 7.

Iob. 25.

Psal. 67.

Pro. 14.

Declamatio decima quarta

mus princeps, in augustali sua aula ab exordio mundi habet amplam familiam angelorum. Quod verò Daniel ait. Millia millium ministrabant ei, & decies cetera millia assistebant ei, numerum certum positum est iuxta consuetudinem scripturae sanctae pro numero incerto.

**S. Gre. lib. 17. mora. 1.** S. Gregor. in Job. li. 17. mora. c. 7. hoc asserit.

**Ad hæc S. Dionysii. de coelesti Hierarchia. c. 18.** Scriptura sancta patet nobis coelestes ordines nobis esse innumerabiles, ubi ait.

**Danie. 7. Vide. Sen. Th. 1. 2. q. 50. ar. 3.** Millia milliū ministrabant ei &c. Summa, profectò si coeli stellas quas noctu intueimur ad numerare non valemus ob earum multitudinem, tantum abest, ut coelestes mentes numeremus, quas nunquam vidimus, nec videre possumus. Sanè, qui numerat multitudinem stellarum & omnibus eis nomina vocat, uti psalmista testatur, is spiritus omnes numerat, & suis nominibus illos nominat. Quid multis immoror charissimi? hos omnes creavit Deus in gratia, nam simul in eis condidit naturam, & largitus illis suam gratiam, ut si velent creatori suo adherere, eos creator ipse bearet. Sanct. Thom. p. 1. q. 62. art. 3. & sanctus August. li. 12. de ciui. c. 9. de angelis loquens ait. Simul in eis condens naturam, & dās gratiam nec obstat in hoc loco magistri opinio, probabilior est quam hic sequimur, & dicitur

**Psalm. 146.**

Sanè, qui numerat multitudinem stellarum & omnibus eis nomina vocat, uti psalmista testatur, is spiritus omnes numerat, & suis nominibus illos nominat. Quid multis immoror charissimi? hos omnes creavit Deus in gratia, nam simul in eis condidit naturam, & largitus illis suam gratiam, ut si velent creatori suo adherere, eos creator ipse bearet. Sanct. Thom. p. 1. q. 62. art. 3. & sanctus August. li. 12. de ciui. c. 9. de angelis loquens ait. Simul in eis condens naturam, & dās gratiam nec obstat in hoc loco magistri opinio, probabilior est quam hic sequimur, & dicitur

**S. Th. p. 1. q. 62. ar. 3.**

Sanct. Thom. p. 1. q. 62. art. 3. & sanctus August. li. 12. de ciui. c. 9. de angelis loquens ait. Simul in eis condens naturam, & dās gratiam nec obstat in hoc loco magistri opinio, probabilior est quam hic sequimur, & dicitur

Etis

In festo sancti Michaelis. 366

Etis sanctorum magis consona. O felicem angelorum naturam, quae vno tantum actu meruit beatitudinem. Nobis autem datum est, ut per plures actus, etiam charitate formatos beatitudinem nostram attingamus. Itaque suapte natura angelus creatus est, ut statim suam perfectionem attigerit, ad quam creabatur.

¶ Et quia teste Apostolo, quae a Deo sunt ordinata sunt, non chaos aut confusio aliqua in tot spiritibus coelestibus reperitur, sed in ordine Creator eos digessit, ita ut tres sint Hierarchiae, quippe quae novem choros continent. Prima ac suprema Hierarchia. Seraphin, Cherubin, & Thronos habet. In secunda dominationes, virtutes, & potestates sunt. In tertia, principatus, angeli, & archangeli inveniuntur. In hac computatione lubuit magis sanctum Dionysium sequi, quam Divum Gregorium, eò quod propemodum omnes sancti eum sequuntur. Fuit utique discipulus magni apostoli Pauli, qui raptus in tertium coelum, arcana plurima vidit, & audiuit, quae planè non licet homini loqui. Seraphin ideo dicti sunt primi quia charitate nimia fervent amantes & collaudantes Deum. De quo choro Esaias dixit. Duo Seraphin clamabant alter ad alterum. Sanctus, Sanctus, Sanctus, dominus Deus exercituum. Hos precor fratres &

Ordo angelorum.

Vide Sanct. Th. p. 1. q. 108. ar. 2.

S. Dionysii. de coelest. hierar. c. 6.

Esaias. 6.

nos

Declamatio decimaquarta

& nos imitemur spiritu feruētes, & domino semper & ubique feruientes, dulceque hoc melos canentes, in honorem sacratissimæ Triadis. Omnes spiritus charitate ardēt, præ alijs autem Seraphin, vnde & sic appellantur. Cherubin, idest, plenitudo scientiæ, in secundo choro locatur. Huius ordinis David meminit deprecans dominū, & dicens. Qui sedes super Cherubin, manifestare coram Ephraim, Benjamin & Manasse. Nec non Cherubin constituit Deus ad ostium paradisi, vt Moses narrat. Et bene claritas cognitionis, & plenitudo scientiæ post charitatē qua ardent Seraphin sequitur, quia parui refert plura scire nisi dilectio Dei adsit. Dilectio Dei ait sapiens, ipsa est sapientia. Nonne autore Paulo, scientia inflat, charitas edificat? tertius ordo est Thronorum. Thronus sedes regia & magnifica est, vbi rex in sua maiestate sedet. Sic Deus optimus in Thronis suis conuiescit discernens iudicia sua. Erimus & nos Dei summi Throni, si peccatam habeamus conscientiam, nam teste psal mographo. Fact⁹ est in pace loc⁹ eius. Discamus ergo fratres à Seraphin Deum nostrū magnopere amare, à Cherubin arcana diuina indefesse contemplari, à Thronis tranquillitatem mentis possidere, quo princeps pacis

*Psal. 79.  
Gene. 3.*

*Throni.*

*Psal. 75.*

In festo sancti Michaelis. 367  
pacis Christus conuiescat in cordibus nostris. Obseruandum hic cerno, quod in tribus theologi beatitudinem sanctorum collocant, in fruitione, visione, & tentione. 4. d. 49. Quæ tria in his tribus ordinibus significantur. In Seraphin fruitio, in Cherubin Dei visio, in Thronis tētio rectè designatur. ¶ In Hierarchia secunda dominationes, virtutes, & potestates sunt. Dominationes nominantur eò quod per hos spiritus Deus gubernet mundum Hunc. Nec non alios angelos sibi subiectos habent, quibus imperant. Sunt quidem illi instar dominorum, qui alijs imperant angelis. Virtutes autem sunt per quas in mundo portenta & mirabilia Deus optimus operari solet. De quibus in psalmo scriptum est. Dominus virtutū ipse est rex gloriæ. Virtutes etiam sunt vt duces in exercitu, vnde nonnulli putant de ijs virtutibus Saluatorem loqui vbi ait. Nam virtutes coelorum mouebuntur. Potestates enim dæmones expellunt, & eos vincūt. Vnde quidam ex hoc ordine fuisse dicunt Raphaellem. Quique dæmonem ligauit, & in desertum Ægypti misit. Idque de quodam angelo descendente de celo, habente catenam magnam qua diabolū ligauit in Apocalypsi legimus. Imò huius chori meminit Paulus

*4. senten. d.  
49.*

*Hierarchia  
secunda.*

*Psal. 23.*

*Luce. 24.*

*Tobiæ. 8.*

*Apoca. 20*



Declamatio decimaquarta

**Ephe. 1.** Paulus dum Christum super omnem potestatem exaltatum testatur.

**Hierar. 3.** ¶ In tertia, seu infima Hierarchia, principatus, archangeli & angeli sunt. Ex quibus dominus mittit ad nos, ut custodes nostri sint, sicut scriptum est. Angelis suis Deus mandavit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis. Quæ verba perperam dæmon de Christo exposuit, cum ille angelorum dominus sit, & angelorum custodia minimè indiguerit. Quin & ipse Saluator hominum, & angelorum custos sit. Nos verò, ut ut sumus fragiles, ignari, & inter tot bella constituti, adeò, ut militia sit vita hominis super terram, sicuti Iob admonet, & experimento heu compertum est, vel maximè angelorù cura & custodia opus habemus. Non quod Deus optimus sufficiens custos noster non sit, qui que omnipotens est. Veruntamè attingens à fine usque in finem fortiter, disponit omnia suaviter. Quà ob rē ei placuit, ut qui angelos malos ad exercitiū virtutis habem⁹, angelū sanctū vnusquisq; possideret, qui nos veluti nutrix in manib⁹ suis portaret, ne succūberemus. Homo enim sicut flos egreditur, & cōteritur. Ecce quā simus fragiles, & miseri. Et in psalmo habetur. Homo sicut fœnū, & dies eius tāquām flos agri sic

**Iob. 7.**  
**S. Th. p. 1.**  
**q. 113. 6. 4**  
**Sapient. 8.**  
**Iob. 13.**  
**Psal. 101.**

efflore-

In festo sancti Michaelis. 368

efflorebit. Mira res, ceu manib⁹ suis angelus portauit tres pueros, ne ignis in Babylone aliquid iacturæ eis inferret. Quin & vincula eorum rupit, & medium fornacis fecit, quasi ventum roris flantem. Verum quod semel illic gestum legimus, sæpè sæpius hodie apud fideles contingit. O quotiens anima igne tētationis, & calamitatis vexata, angelus noster, ei præstat auxilium, roborat, & fulcit, ita ut in medio flammarum posita, dulce melos canat domino, & cum tribus pueris cōcinat. Benedicite omnia opera dñi dño, laudate & superexaltate eum in secula. Et iterū cum Ana decātet. Gaudens gaudebo in dño, & exultabit anima mea in Deo Iesu meo. Sūma, sic Deus optimus vnice homines dilexit, ut vnaquequæ anima habeat angelum custodem, quæ planè magna dignitas est, teste Diuo Hieronymo. Et quod plus admirationis habet, angelus custos non deserit hominē quālibet sceleratū, nisi morte aduentāte. Ratio, quia sicut dæmones nunquā impugnare nos cessāt quādiu viuim⁹, sicut Petrus admonet. 1. ca. 5. ita conueniens erat ut nos angeli tueantur ad finem usque vitæ. S. Thom. p. 1. q. 113. ar. 6. Derelinquūt autē angeli aliquāliter eos, qui custodire solent, dū non impediūt, quia tribulationibus

subdan

Declamatio decimaquarta

**Hiere. 51.** subdantur. Vnde in Hieremia scriptum est. Curauimus Babylonem, & non est sanata, derelinquamus eam. Idque asserendum est, quando quis labitur in peccatum, secundum iudicia Dei. Vident itaque faciem patris celestis, & simul nos custodiunt, erudiunt, & illuminant, nec non & roborant, quoniam actio qua nos tuentur non impedit fructum beatam quam ubique habent. O mira erga homines summi numinis munificentia, nedum angeli & archangeli, qui in hierarchia infima sunt curæ & custodiæ nostræ inuigilant, sed omnes sunt administratorij spiritus, missi propter eos qui hæreditatem capiunt salutis. Nam Hierarchia suprema arcana Dei reuelat, Hierarchiæ, mediæ, mediæ autem nuntiat infimæ, & sic omnes spiritus coelestes seruiunt nobis. Sed quid mirum si omnes spiritus homini obsequium præstent, cum angelorum rex, & creator velut alter Iacob pro sua Rachel, non septem annis, sed 33. seruerit. Filius hominis non venit ministrari, sed ministrare, & animam suam dare pro multis. Et iterum ego in medio vestrum sum, tanquam qui ministrat. Quid ergo superbis homo terra & cinis? En angeli tibi seruiunt, & eorum dominus Christus Iesus, sponte obsequia offert.

¶ Cate

In festo sancti Michaelis. 369

¶ Cæterum fratres mei, vnum illud tacere nequeo, quanta charitate feruēt angeli, & quam ingenti zelo nobis inserviūt, quo nos Deo nostro seruiamus, & pro nostra virili eius mandata custodiamus. Quis non stupeat vidēs angelum illum in corpore phantastico assumpto prædicare populo Dei in Galgalis? sic in lib. Iudicū legimus. Ascēdit angelus dñi de Galgalis ad locū flētiū, & ait. Eduxi vos de Ægypto & introduxi in terrā pro qua iuravi patribus vestris, & pollicitus sum, vt non facerēt irritū pactū meū vobiscū in sempiternū. Ita dūtaxat, vt non feriretis fœdus eū habitatoribus terræ huius, & aras eorū subuerteretis. Et nolistis audire vocē meā. Cur hoc fecistis? quā ob rē nolui delere eos à facie vestra, vt habeatis hostes, & dij eorum sint vobis in ruinā. Cumq; loqueretur angelus dñi hæc verba ad omnes filios Israel, eleuauerunt vocem suam, & fleuerunt, & immolauerunt ibi hostias domino. O quanto affectu quantoque ardenti desiderio loquebatur qui sic vniuersum populum ad pœnitentiam conuertit. Non vt quidam contionatores ad risum audientes excitauit, sed ad lamentum & fletum populum comouit. Nec sermone prolixo, sed breui admodum eos ad dñm conuertit. Vtinam & nos huius angeli vestigia

Iudi. 2.  
Nota.

Prædicato  
res.

Aa      lectan

Declamatio decimaquarta

sectates, seruēti charitate verba Dei proferētes, tācū frugis haberemus quantū vnico sermone angelus ille habuit. Nōne verba mea sunt ignis, ait dominus, & quā malleus cōterens petras? hoc planē igne pectora piorum liquefcunt, & cum sponsa clamāt. Anima mea liquefacta est, vt dilect<sup>9</sup> locutus est. *Iere. 23.*

Vel saxea corda improborum franguntur, & in amorem Dei emolliuntur, & ideò Malleus petras conterens verbum Dei iure appellatur. Væ eis, qui adamantina duritie obstinati, nec cor eorum verbo Dei insonante liquefcit, nec saltim frangitur, à peccatis resipiscens, & anteactam vitam deplorans. *Canti. 7.*

¶ Sed iam magnopere cupio charissimi, vt videamus vnde Michael & angeli eius adfastigiam tantę glorię peruenire meruerunt, vt videant semper faciem patris, qui in cœlis est. Vtinam agnita via, quam ipsi ingressi sunt, nos pro modulo nostro eā sequamur. *Dogma.*

Res satis ardua & frugifera est, quā explanare nitimur, precor attētius auscultetis. Duo quidem sancti angeli in cœlo empyreo fecerunt quę nobis Saluator summopere fidelib<sup>9</sup> suis in euāgelio commēdat, imò vehemēter præcipit. Primò sese dimiserūt, & valde humiliauerūt sub potētī manu creatoris sui. Et sic prostrati ante thronum Dei eū adoraue-  
runt

Angelorū  
humilitas.

In festo sancti Michaelis. 370  
rūt, gratias inexhaustas agētes creatori suo pro tot beneficijs sibi impēs. Est profectò angelus humilis creatura, & alien<sup>9</sup> à quauis petulātia. Quod exēplo agnosimus, dū beatus Ioānes vidēs quēdā angelū, sole ipso fulgētiorē, procidēs in terrā eū adorare voluit. At ipse exclamauit. Videne feceris, conseruus tuus suum, & fratrū tuorū habentium testimoniū Iesu, Deum adora. Quid hoc est fratres nisi humilitatis inūgne, qua potissimè angelus præfulget? Oblatū sibi honorē vltro respuit angelus dñi, diabolus verò, vt pote superbus honorē à Christo extorqueri conabatur dicens. Hęc omnia tibi dabo, sicadens in terram adoraueris me. Enimuerò charissimi non hominis vulgaris sed angelici est, honores oblatos spernere, non dignitatib<sup>9</sup> inhiare, sed cū regali propheta tū corde, tū ore dicere. Elegi abiectus esse in domo Dei mei, magis quā habitare in tabernaculis peccatorū. Et rursus. Nō nobis dñe nō nobis, sed nomini tuo da gloriā. Ecce quam commode in festo angelorum lectio de parulo à Christo Iesu vocato, decantata est. Enimuerò ob id spiritus cœlestes in gloria confirmati sunt, quia se humiliauerunt. At contra angeli nequā ob superbiā suā miserè ceciderūt. Itaq; humilitas spiritus cœlestes  
Aa 2 ange

Apo. 22.

Matt. 4.

Psal. 83.

Psal. 113.

Declamatio decimaquarta

angelos effecit, superbia verò demones cōstituit. Nam verissima ea sententia est, tū in coelo, tū in terra opere cōpleta. Omnis qui se humiliat exaltabitur, & omnis qui se exaltat humiliabitur. Cui sententiæ astipulatur *Luce. 14.* *Jacobi. 4.* Jacobus in sua canonica. Deus superbis resistit, ait, humilibus autem dat gratiam. Si ergo angeli volumus esse angelorum instar nos demittamus, & humilitati operam demus quamprimum.

*Angelorū cū demonijs bellum.* ¶ Sed cum angeli postquā se antè creatorē suū humiliaverūt, Luciferū tētatorē viriliter vicerūt, cū ipso & cōplicibus eius generose pugnātes. Nō igitur oscitātes aut ocio indulgentes gloriæ palmā adepti sunt, sed belligerantes triūpharūt, & brauiū felicitatis æternæ acceperunt. Videte quātū laboris subie-

*Apoc. 12.* rint, pro gloria dñi pugnantes. Factum est prælium magnum in coelo, Michael & angeli eius præliabantur cū dracone, & draco pugnat, & angeli eius, & non prævaluerunt, nec inuentus est locus eorū amplius in coelo. Et proiectus est draco ille magnus serpens antiquus, qui vocatur diabolus & Sathanas, qui seducit vniuersum orbem, & proiectus est in terrā, & angeli eius cū illo missi sunt.

*Esai. 14.* Dicebat versutus Lucifer, ascēdā in coelum, & ero similis altissimo. Vbi notandū, quod non

In festo sancti Michaelis. - 371  
non voluit esse æqualē Deo per equiparantiam, nā hoc erat impossibile & cōtra naturale desiderium, quo omnis res suū esse appetit cōseruare. Imò fieri nequit, vt unus angelus inferior appetat secūdū gradū nature æqualis esse angelo superiori. Ratio, quia iam desideret esse. Voluit ergo angelus vt Deus esse, per similitudinē. Deus à nullo habet suā felicitatē, sed in se ipso foelix est. Et sic demō nō per gratiam diuinam appetijt suā beatitudinem, sed per virtutem suæ nature. *San. S. Th. p. 1. Tho. p. 1. q. 63. ar. 3.* Hinc sanctus Anselmus ait. Demō appetijt illud, ad quod peruenisset, si stetisset. O demētiā execrandā, voluit miser quod Deo optimo peculiare est, ideo princeps magnus Michael altissimi honorē defendere cupiēs ait. Quis sicut dñs De⁹ noster qui in altis habitat, & humilia respicit in coelo & in terra? Michael, interpretatur, quis sicut Deus. Vtinam nos orthodoxi honoris nostri obliti, Michaelis zelum sanctū imitemur, Christū Iesum in omnibus magnificantes. Quin & alios commouentes ad tam egregium opus cū Dauide diceremus. Magnificate dñm mecum, & exaltemus nomen eius in idipsum. Sed lubet bellum hoc magnū inter angelos factū, vel succincto sermone recētere. Factū est præliū magnum in

Nota

S. Th. p. 1.

q. 63. ar. 3.

Psal. 112.

Psal. 33.

Declamatio decima quarta

coelo. Magnū bellum illud fuit, eò quod in-  
 ter magnos principes suscitatum. De Michae-  
 le dictum est. Venit in adiutorium mihi Mi-  
 chael princeps magnus qui stat pro filiis po-  
 puli Dei. De Lucifero quidē sanctus Iob lo-  
 quitur. Ipse est rex super omnes filios super-  
 bia. Hūc Saluator noster mundi huius prin-  
 cipē cōpellat, quoniā multi homines malē  
 viuētes in ditione tyrāni huius degūt. In cœ-  
 lo certamē hoc fit, nō in quouis, sed in excel-  
 lentiore, hoc est, in cœlo empyreo, vbi bea-  
 torū loc⁹ situs est, eò quod cœlis cæteris an-  
 tēcelat claritate, pulchritudine, & eminētia.  
 Nota. Quo datur nobis intelligi nullū fore locum  
 absq; periculo. In cœlo præliū fit inter an-  
 gelos, in paradiso amenissima serpens cruē-  
 tus pugnas cum hominibus, eos vicit. Quid  
 ergo efferimur fratres? quid nobis pacatam  
 vitam in hoc exilio tot inimicis circumual-  
 lati promittimus, & pacem vendicare niti-  
 mur? strenu⁹ ille athleta loquatur, qui inter  
 tot agones gloriose triūphauit. Militia est  
 vita hominis super terram. Enimvero, is qui  
 cū Michaelē, & sanctis angelis certauit in cœ-  
 lo, nobiscū luctatur quotidie in terra. Sunt  
 quidē mōstra de genere giganteo quæ ve-  
 hementertēruerunt exploratores Moyfi:  
 quiq; eò nobis aduersantur, ne terrā fluen-  
 tem

In festo sancti Michaelis. 372

tem lacte & melle, idest, cœlestem gloriam  
 à qua illi ceciderūt possideamus. Nihilose-  
 tius animū ne despēdeamus, sed cū Iosue &  
 Caleph clamemus. Sicut panē poterimus,  
 dño adiuuāte eos deuorare. Plures sunt no-  
 biscū, quā cum illis, aiebat Elifæus discipulo  
 suo perturbato, quia viderat ciuitatē inimī-  
 corū cuneis vallatam. Deniq; orante Elifæo,  
 dominus aperuit oculos pueri, & vidit mon-  
 tem plenum curribus igneis. Ecce custodia  
 angelorū, de qua dominus dixit angeli eo-  
 rum, semper vidēt faciē patris mei. Et notan-  
 dū, quod multitudo curruū apparuit, quia  
 solus creator eis infidet, & eius voluntas in  
 illis fit. De quibus David. Potentes virtute  
 ad faciendū sermonē eius. Quid plura? velu-  
 ti per scalam angeli quotidie descendūt ad  
 nos, vt in pugna & bello nō succūbamus, &  
 etiam ascēdunt orationes nostras, desideria  
 & opera nostra defferētes Deo, sicut in Apo-  
 calypsi asserit Ioānes. Et quod res ita habeat  
 Apostolus contestatur. Nō est nobis collu-  
 ctatio aduersus carnē & sanguinē, sed aduer-  
 sus principes & potestates, aduers⁹ mūdi re-  
 ctiores tenebrarū harū. Ecce cū quibus habe-  
 mus occultā luctā fratres. Potentes sunt &  
 nos infirmi, spirit⁹ sunt, & nos caro fragilis.  
 Mira res, quā sint potentes, & sapientes

4. Re. 6.

Gene. 28.  
Figura.

Apo. 8.

Eph. 6.

Declamatio decima quarta  
 dæmones, enim uerò post peccatam natura  
 lia in eis manserunt integra. S. Diony. lib. de  
 cœlesti Hierarchia. ca. 4. Dona gratuita tan-  
 tum amiserunt. S. Tho. p. 1. q. 64. art. 1. At qui  
 in primo parente, & posteris eius non ita,  
 quin potius, in intellectu ignoratia, & in vo-  
 luntate malitia, in sensibus prouitas ad malū  
 remanserunt, & ceu plagis tribus natura hu-  
 mana est fauciata. Cæterum draco nil po-  
 tuit contra Michaelē, quia in sanctis ange-  
 lis dñs certabat. Eam ob causam non præua-  
 luerunt. Sic quotidie Saluator noster in fide-  
 libus suis pugnat, & eis victoriam præstat.  
 Dominus pugnabit pro uobis, & uos uidebi-  
 tis, ait Moyses ad populū Israel. Rursus, nō  
 est inuētus amplius locus eorū in cœlo. Ob-  
 seruādū, quod Paulo persequēte ecclesiam  
 Christi, quum adhuc esset in peccato morta-  
 li, locus & sedes eius erat in cœlo, nam præ-  
 destinatus fuerat. At dæmones quia poeni-  
 tere nequeūt, nec tam insigni priuilegio de-  
 corati sunt, sic ceciderunt ut casus illis sit  
 mors. O nos beatos si poenitentiam egeri-  
 mus, si tam mirabile donū nobis datum nā  
 spreuerimus. Poenitentiam agite, ait dñs, &  
 appropinquabit regnum cœlorum. Deniq;  
 proiectus est draco ille, & angeli eius in ter-  
 rā, plures quidē steterunt in cœlo & permā-  
 serunt.

S. Tb. p. 1.  
q. 64. ar. 1.

Exod. 14.

Matth. 3.

In festo sancti Michaelis. 373  
 ferunt, dicente Ioanne, draco ille cauda sua  
 traxit tertiam partem stellarum, id est, pra-  
 uam suam uoluntate & persuasione, tertiā par-  
 tem angelorū decepit. Sed heu, quia de ho-  
 minibus non minor pars peribit sed maior,  
 domino contestante. Multi sunt uocati, pau-  
 ci uero electi, & iterum. Arcta est uia que du-  
 cit ad beatitudinem, & pauci inueniunt eā:  
 lata uero que ducit ad perditionem, & mul-  
 ti ambulāt in illa. Sed de his fusius in septua-  
 gesima tractabimus.

Matth. 20.

Matth. 7.

¶ Summa, cum Saluator dicat electos suos  
 similes angelis in cœlo fore, expedit ut an-  
 gelorum uestigia pro modulo nostro secte-  
 mur in terra. Primò humilitatem habea-  
 mus, & conuersi instar paruuli efficiamur,  
 simplicitate, & innocentia freti. Nam Deus  
 optimus deponit potentes de sede, & exal-  
 tatur humiles, quemadmodum alma uirgo ce-  
 cinit. Quod sanè in angelis bonis & malis  
 conspicuum est. Deinde ingenue certemus  
 cum hostibus animæ nostræ oportet, sicut  
 legitimè angeli certarunt contra dæmones.  
 Homo natus ad laborem, & auis ad volan-  
 dum, teste beato Iob. Equidem regnum cœ-  
 lorum vim patitur & uolenti rapiunt illud.  
 Desides uero & oscitantes in baratrum de-  
 scendent. Vox ea auribus piorum semper  
 resonat,

LUC. 1.


Iob. 5.

Matth. 3.

Annotationes

**Apoc. 2.** resonat, ne in militia tam laboriosa forsitan deficient. Esto fidelis vsque ad mortem & dabo tibi coronam vitæ. Faxit dominus vt sic fideliter in bello hoc pugnantes nos habeamus, vt fertū vitæ æternæ possideamus, Christo Iesu opitulāte. Qui cū patre & Spiritu sancto viuit, per cuncta secula. Amen.

**¶ IN SOLENNITATE SANCTI Hieronymi doctoris ecclesie, legitur euangelium, vosestis sal terra. De quo in festo Sancti Augustini poterit quis videre, in quo bona pars euāgelij declaratur. Placuit nihilominus aliquot annotationes dictare, in laudem tanti doctoris.**

**Annata. 1.**  **R**ofestō Sancti Hieronymi tum sanctitas miranda, tum etiam sapientia stupēda, tam fuit insignis, vt in eum elogium illud dici possit. Fecit & docuit, ideo magnus vocabitur in regno cœlorum. Primò quidem mirabilis est eius humilitas, & proculdubio quoties hanc egregiam virtutē manu illius depictam intueor, gratias ingentes Christo Iesu refero, qui p̄

In festo sancti Hieronymi. 374  
p̄ qui, tam humilem seruum suū effecerit. In epistola ad Florentium singularem Rufini sanctimoniam vehementer collaudans sic ait. Noli nos eius estimare virtutibus, in illo conspicias expressa sanctitatis vestigia, & ego cinis, & vilissima pars luti, etiam in fauillam dum vertor satis habeo, si splendorem illius imbecillitas oculorum meorum ferre sustineat. Ille modo se lauit, & mundus est, & tanquā nix dealbatus. Ego cunctis peccatorum sordibus inquinatus, diebus ac noctibus opperior cum tremore reddere nouissimum quadrantem. Sed quoniā dominus soluit compeditos, & super humilem & trementem verba sua requiescit, forsitan & mihi in sepulchro scelerum iacenti dicat. Hieronyme veni foras. O mirabilem & modis omnibus laudandam humilitatē, quis posthac se efferre poterit, tam egregiū virum virtutibus omnibus absolutū, humili prostratū videns, luto, & fauille se assimilatē? Ecce alterū Abrahā, qui dño orantem dixit. Loquar ad dñm meū, cum sim puluis, & cinis. En alter Iob vir ore Dei laudatus, qui sese dimittēs dixit. Comparatus sum fauille, & cineri. Hanc præcellentem virtutē potissime in hoc sacro doctore imitemur, hanc totis medullis nostri cordis amplexemur, ob

**S: Hieron.**  
*miranda humi-  
litas.*

**Psal. 145.**  
**Esa. 66.**

**Genes. 18.**  
**Iob. 30.**

Annotationes

ob oculos illud Pauli habentes. In humili-  
*Phili. 2.* tate superiores inuicem arbitantes. Nam  
 potest aliquis reputare aliquid boni esse in  
 proximo, vel aliquid mali in se fore, quod  
 in alio non est, ex quo potest ei se subijcere  
 per humilitatem. *S. Thom. 2. 2. q. 161. artic. 3.* Quid multis immoror? Saluator noster se  
 tanquam speculum nobis offert, à quo di-  
 scamus hanc preclaram virtutem. Discite à  
 me, ait, quia mitis sum & humilis corde. *Vn-*  
*S. Augus.* de Sanctus Augustinus. Nolo ut à me disca-  
 tis, mundum creare, aut super aquas siccis  
 pedibus ambulare, non mortuos suscitare,  
 sed quia mitis sum & humilis corde. Hoc  
 vobis expedit scire, hoc vobis erit frugi,  
 magis quam prodigia & miracula patrare.  
*Secundo.* ¶ Secundo post mirabilem humilitatem  
 beati Hieronymi, obseruanda est sumopere  
 illius austerrima poenitentia. Is spiritu Dei  
 afflatus, Romam & eius delicias horrens ad  
 heremum conuolauit, & inibi mansit. Quasi  
 cum regali Propheta decantans. Ecce elon-  
 gaui fugiens, & mansi in solitudine. En mo-  
 dus quo deseramus fallacem mundum, nē-  
 pē fugiendo, non gressu testudineoambu-  
 lando. Fugite de medio Babylonis, ait domi-  
 nus ne pereatis. Cæterum quam arctam in  
 vasta illa solitudine poenitentiam egerit,  
 quam.

In festo sancti Hieronymi. 375  
 quamque ieiunijs, & feruentissimis oratio-  
 nibus, gemitibus & lachrymis, carnem suā  
 edomauerit, in seruitutem spiritus illam re-  
 digens, ex ore ipsius iam audiamus. In epi- *Epistola ad*  
 stola quam Eustochio misit sic inquit. No- *Eustochū.*  
 lo sinas cogitationem crescere. Nihil in te  
 Babylonium, nihil confusionis adolescat.  
 Dum paruus est hostis interfice, ne cizania  
 crescant, sed elidantur in semine. Audi *Psal. 136.*  
 mistam dicentem. Filia Babylonis misera,  
 beatus qui retribuet tibi retributionē tuā.  
 Beatus qui tenebit, & allidet paruulos tuos  
 ad petram. Quia enim impossibile est in  
 sensum hominis non irruere innatum me-  
 dullarum calorem, ille laudatur, ille prædi-  
 catur beatus, qui ut ceperit cogitare sordi-  
 da, statim interficit cogitatus, & allidit ad  
 petram, petra autem erat Christus. O quo-  
 ties ego ipse in heremo constitutus, & in il-  
 la vasta solitudine, quæ exusta solis ardori-  
 bus, horridum monachis præstat habitacu-  
 lum, putabam me Romanis interesse deli-  
 tijs. Sedebam solus, quia amaritudine plenus  
 eram. Horrebant sacco membra deformia,  
 & squalida cutis sitū. Ethiopice carnis ob- *Nota.*  
 duxerat. Quotidie lachrymæ, quotidie ge-  
 mitus. Et si quando repugnantem somnus  
 imminens oppressisset, nuda humo vix of-  
 sa



sa herentia collidebam. De cibis vero, & potu taceo, quum etiam languentes, aqua frigida utantur, & coctum aliquid accepisse luxuria sit. Ille igitur ego qui tali me carceri ob metum gehennæ mancipavi, scorpionum tantum socius & ferarum, sæpe choris intereram puellarum. Pallebant ora ieiunij & mens desiderijs æstuabat in frigido corpore. Itaque omni auxilio destitutus, ad Iesum iacebam pedes, rigabam lachrymis, crine tergebam. Et repugnantem carnem, hebdomadarum inedia subiugabam. Memini me clamantem iunxisse crebro diem cum nocte. Nec prius à pectoris cessasse verberibus, quam redderet, domino imperante, tranquillitas. Ipse mihi testis est dominus, post multas lachrymas, post caelo inherentes oculos, nonnunquam videbar mihi interesse agminibus angelorum, Et lætus cantabam atque gaudens dicebam. Post te domine in odorem unguentorum tuorum curremus. Proculdubio charissimæ egregia sunt & notatu digna quæ nunc audivitis de stupenda tanti doctoris poenitentia. Reliquum est, ut pro nostra virili eum imitantes, ob oculos habeamus, tum eius lachrymas assiduas, tum in ediam illius potius laudandam, quam prorsus imitandam.

¶ Tertio

¶ Tertio magnopere observandum est, quatenus sanctus hic doctor fecerit virginitatis, & puritatis virtutem. Alij sum opere tum ore, tum literis, & pluribus tractatibus angelicam hanc virtutem mirificantes, haud opere eam servauerunt. At beatus Hieronymus sermone & opere eam exaltauit, suavitque hominibus. Unde ad Eustochium scribens ait. In principio libelli præfatus sum, me de angustijs nuptiarum, aut nihil omnino, aut pauca dicturum. Et nunc eadem admoneo, ut si tibi placuerit scire quot molestijs virgo libera, quot vxor astricta sit, lege Tertulianum ad amicum Philosophum, & de virginitate alios libellos, & beati Cypriani volumine egregium, & Papæ Damas. super hac re, versu & prosa composita. Et Ambrosij nostri quæ nunc scripsit ad sororem opuscula. In quibus tanto se effudit eloquio, ut quicquid ad laudes virginum pertinet exquiliavit, expressit, ordinaverit. Nobis diverso tramite incedendum. Nos ipsi virginitatem non tantum efferrimus, sed servamus. Nec sufficit scire quod bonum est, nisi custodiat attentius quod electum est. Quia illud iudicij est, hoc laboris, illud commune cum pluribus, hoc cum paucis. En fratres quam peripique testatus est se virginitatem servasse. Et

paulo

Tertio

Ad Eusto.

Hierony-

mus virgo

fuit.

**Es. 4. 9.** paulò superius virginitatis encomia profere-  
rens ait. Eua cum dolore parturiebat, post-  
quam vero virgo concepit in vtero, Spiritu  
sancto cooperante, peperitque nobis filiū,  
cuius principatus super humerū eius, Deū  
fortem, patrem futuri seculi, soluta maledi-  
ctio est. Mors per Eua, vita per Mariam.  
Ideoque, & diutius virginitatis donum flu-  
xit in foeminas, quia coepit à benedicta foe-  
mina. Statim vt filius Dei ingressus est super  
terram nouam familiam sibi instituit: vt qui  
ab angelis adorabatur in caelis haberet an-  
gelos etiam in terris. Mira res, in testamen-  
to veteri multivirginitatem coluerunt. Vir-  
go Helias, virgo Eliseus, virgines multi filij  
Prophetarum, Hieremie dicitur. Tu ne ac-  
cipias vxorem. Sanctificatus in vtero, capti-  
uitate propinqua vxorem prohibetur acci-  
pere. Ecce quam sit amabilis virginitatis vir-  
tus, quippe quæ tam antiqua est. Huc atti-  
**Pro. 22.** net illud Salomonis. Qui diligit cordis mun-  
ditiam habebit amicum regem. Quis obse-  
cro rex hic est, qui vnicè puritatem & can-  
dorem cordis amat, nisi Christus Iesus, de  
quo in Apocalypsi scriptum est. Rex regū  
& dominus dominantium? Huic placere  
optans Sanctus Hieronymus, & amicitiam  
eius conciliare cupiens, nedum virginitatē  
lauda-

In festo sancti Hieronymi. 377  
laudauit, sed solerti cura semper seruauit.  
Equidem iam dudum legerat quod ore suo  
sacro dominus dixerat. Beati qui se castra-  
uerūt propter regnum caelorum, & rursus.  
Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum vi-  
debunt. Summa, quanquam absolute virgi-  
nitas nō sit maxima virtutū, saltim in gene-  
re castitatis excellētissima est. Transcendit  
enim vidualem, & cōiugatam castitatē, & ei  
tribuitur excellentissima pulchritudo, imò  
virgines sunt illustrior portio Christi gre-  
gis. S. Tho. 2. 2. q. 153. ar. 5. Itaq; Cypriano  
teste, in virginibus semper floret ecclesia.  
Nec nō & virgines sequuntur agnū quocun-  
que ierit, cātantes canticū nouū, quod ne-  
mo canere valet, nisi virginitatis cādore de-  
coratus. Apoc. 14. Hoc est gaudium pecu-  
liare habent, de integritate carnis, quā Dei  
amore afflati seruarunt.

¶ Quartò aduertendum, quod non modo  
dignus Hieronymus vitæ suæ sanctitate, &  
mirabili pœnitentia fideles omnes erudiuit,  
vt resipiscant à peccatis & pœniteant de pia-  
culis patris, verum etiam eloquio suo do-  
cuit, & sanctæ ecclesiæ status omnes insti-  
tuere vehemēter laborauit, quod planè quā  
plurimi tractatus, & epistolæ testantur quas  
ipse miro eloquio, mirabiliq; doctrina scri-  
psit.

Annotationes

*S. Hieron.* *ad Heliodo- rum.* psit. Qui vero solitariam vitam corde aman-  
 mant, epistolam quam ad Heliodorum scri-  
 psit attentius legat. Vbi diserte quidem re-  
 fellit singula quæ eum deterrere ab here-  
 mo poterat. Ait ergo, inuito te, iam prope-  
 ra, nolo pristinarum necessitudinum recor-  
 deris, nudos amat heremus. Nolo te longin-  
 quæ peregrinationis terreat difficultas, qui  
 in Christum credis, eius crede verbis. Quæ-  
 rite primum regnum Dei, & iustitiam eius,  
 & hæc omnia adiicientur vobis. Non pera-  
 tibi sumenda est, non virga, affatim diues  
 est, qui cum Christo pauper est. Quid facis  
 in paterna domo delicate miles? vbi vallus?  
 vbi fossa? vbi hyems acta sub pellibus? Ecce  
 de caelo tuba canit, ecce cum nubibus de-  
 bellaturus orbem Imperator armatus egre-  
 ditur: ecce bis acutus gladius, ex regis ore  
 procedens, obuia quæque metit, & tu mihi  
 de cubiculo ad aciem, tu de vmbro egredie-  
 ris ad solem? Corpus assuetum tunicis lori-  
 cæ onus non fert, caput opertum linteo ga-  
 leam recusat, molem ocio manum, durus  
 exasperat capulus. Audi edictum regis tui.  
*Luc. 11.* Qui non est mecum contra me est, & qui  
 non colligit mecum dispergit. Recordare  
 Tyrocini tui diem, quo Christo in baptis-  
 mate consepultus, in sacramenti verba iu-  
 rasti

*Verba du-  
 rec.*

In festo sancti Hieronymi. 378  
 rasti pro nomine eius, non te patri parcitu-  
 rum esse, non matri. Gladium tenet hostis  
 vt me perimat, & ego de matris lachry-  
 mis curabo? Facile rumpit hæc vincula a-  
 mor Dei, & gehennæ timor. Mirabile di-  
 ctu fratres quanta id genus in hac episto-  
 la annotatu dignissima hic doctor egregius  
 proferat, vitam solitariam laudans, & ad  
 eam nos pellicere studens. Vnde exclamās  
 ait. O desertum Christi floribus vernans. O  
 solitudo in qua nascuntur lapides, de  
 quibus in Apocalypsi ciuitas magni regis  
 extruitur. O heremus familiaris Deo gau-  
 dens. Quid ergo frater agis in seculo, qui  
 maior es mundo? Delicatus est qui hic vult  
 gaudere cum seculo, & postea regnare cum  
 Christo.

*Nota.*

¶ Sub hæc saluberrima præcepta tradi-  
 dit ad vitam clericorum, & sacerdotum  
 instituendam, in epistola ad Nepotianum.  
 Quippè qui normam viuendi ab ipso Hie-  
 ronymo sæpius petierat. Inibi lector  
 prudens pleraquæ inueniet annotatu di-  
 gna: vbi potissime admonet clericum  
 vel monachum veram sapientiam quæ-  
 rere. Nam hæc est Sunamitis Davidis  
 vxor grandi solertia quæsitæ, vt seruiat  
 regi in senectute sua, foueatque eum.

*Quinto.*

Annotationes

Pro. 4.

Vnde Salomon exponens hoc mysterium clamat. Posside sapientiam, posside intelligentiam, ne obliuiscaris, & ne declinaueris à verbis oris mei, neque derelinquas illam, & apprehendet te, amam illam, & seruabit te. Principium sapientiae posside sapientiam, & in omni possessione tua posside intelligentiam, circunda illam, & exaltabit te. Honora illam, & amplexabitur te, ut det capiti tuo coronam gratiarum, corona quoque deliciarum proteget te. Enimvero Sunamitis in lingua nostra coccinea dicitur, ut significet calere sapientiam, & diuina lectione feruere. Quod licet Dominici sanguinis indicet sacramentum, tamen feruorem ostendit sapientiae. Vnde & obstetrix illa in Genesi coccinum ligat in manu Phares, qui ab eo quod parietem diuiserat duos ante populos separantem, diuisoris, id est, Phares fortitus est nomen. Et paulo post, ait hic sanctus vir. Amplexetur me sapientia modo, & Abisac nostra quae nunquam marcescit in sinu meo requiescat. Impolluta est, virginitatisque perpetuae, & quae in similitudinem Mariae benedictae, quotidie generet, semperque parturiat incorrupta est. Hinc reor dixisse Apostolum. Spiritu feruentes domino seruietes. Clericus, id est, fors, pars domini

Nota.

Rom. 12.

In festo sancti Hieronymi. 379  
domini sit, & ipse dominus pars eius. Cantans cum Propheta pars mea dominus, & Paulus ait. Habentes alimenta & quibus tegamur his contenti sumus. Mensulam tuam pauperes, & peregrini, cum illis Christus conuiuia nouerit. Negotiatorem clericum, & ex inope diuitem, ex nobili gloriosum, quasi quandam pestem fuge. Corruptunt bonos mores colloquia praua, omnes puellas virgines Christi vel aequaliter ignora, aut aequaliter dilige. Ne sub eodem tecto mansites, nec in praeterita castitate confidas. Nec sanctior David, nec sapientior Salomone potest esse. Memeto semper, quod paradisi colonum, de possessione sua mulier eiecit. Diuinas scripturas lege saepius, imò nunquam de manibus tuis sacra lectio deponatur. Paratus semper ad satisfactionem, omni poscenti te rationem, de ea quae in te est, spe & fide. Vestes pullas equè deuota, ut candidas, ornatus ut sordes pari modo fugiendae sunt. Quia alterum delicias, alterum gloriam redolet. Videte charissimi quam exacte candorem vitae, & paupertatis maximè clericis & sacerdotibus commendet, sapientissimus doctor, sciens viros ecclesiasticos vulgi imperiti speculum fore.

Psal. 72.

Gene. 3.

1. Pet. 3.

## Annotationes

**Sexto.** ¶ Denique, quantum sacram scripturam illustrauerit, tum interpretando, tum exponendo, & in lucem quæ abdita erant deducendo nemo sermone explicare valet. Vnde ad Furiam scribens, qualiter seruanda sit viduitas, maximè ad studium sanctarum literarum eam exortatur dicens. Sta iuxta Hieremiam, in vjs pluribus, vt ad illam viam quæ ad patrem ducit peruenias: amorem monilium aut gemmarum, sericarumque vestium transfert ad scientiam scripturarum, ingrediere terram promissionis lacte & melle manantem, comede simillam, & oleum, vestire cum Iosephi varijs vestibus. Perforentur aures tuæ cum Hierusalẽ sermone Dei, vt preciosa ex illis nouarum segetum grana dependeant. Quotiescunq; manum extendis, Christum cogita, caue ne mendicante domino Deo tuo, alienas diuitias augeas.

¶ Caterum quantum laboris subierit, discrete ipse palam facit, ad Lucilum scribens, vbi ita inquit. Vt enim veterum librorum fides de Hebraicis voluminibus examinanda est, ita nouorum Græci sermonis normam desiderat. Quod vero de sacra Eucharistia sumenda interrogas, absq; condemnatione nostri, & pungente conscientia, semper accipere oportet. Vnde Psalmista ait. Gustate & videte, quo-

*Ezech. 36.*

*Psal. 33.*

In festo sancti Hieronymi. 380

quoniam suavis est dominus, & iterum. Eructauit cor meum verbum bonum: quando quidem tempus me deficeret laudes tanti doctoris personantem. Sat sit in laudem eius aurea verba S. Augustini audire, ait enim in epistola. 28. quam scripsit huic doctori. Deum nostrum qui nos vocauit in suum regnum, & gloriam, & rogavi, & rogo, vt hoc quod ad te scribo sancte frater Hieronyme, consulens te de ijs quæ nescio, fructuolum esse velit: quanquam enim te multo quam ego sum ætate, maiorẽ, tamẽ etiã ipse senex cõsulo, sed ad discendum quid opusest? Nulla mihi ætas sera videri potest. Quia etsi senes magis decet docere, quam discere, magis tamen discere quam quid doceant ignorare. Nihil enim molestius fero in omnibus angustijs meis quas patior, in difficillimis quæstionibus, quam in tam longinqua tue charitatis absentia. Vt vix possim meas dare, vel recipere literas tuas, per interualla non dierum, non mensium, sed aliquot annorum. Quum si fieri posset, quotidie te presentem habere vellem, cum quo loquerer quicquid vellem. Ecce fratres quanto diuus Augusti. beatũ Hieronymũ venerabatur affectu: quẽ vnice amabat in Christo, & eius presentiam magnopere cupiebat: quem deniq; vti

*S. August. epist. 28.*

*Nota.*

Annotationes

seniorem, & magistrum consulebat, potissimum in illa epistola de animæ immortalitate disertans. Faxit Deus optimus ut utriusque sanctitatem, domino suffragante, pro nostra virili sectemur. Amen.

*PRO FESTO SANCTI Francisci legitur euangelium. Respondens Iesus dixit. etc. Quod expositum est in die Sancti Matthie. Placuit tamen aliquot annotationes de sanctitate et humilitate huius sancti conscribere.*

Annot. 1.



Rimò admiranda est, & laudibus magnis laudanda sancti Francisci fortitudo in diuitijs renunciandis.

Phili. 3.

Equidem cum Paulo clamauerat. Omnia arbitratus sum ut stercora, ut Christum lucrifacerem. Etenim sapiens quidam absque Christo diuitiarum pondus, & incommoda agnoscens, nec sustinere earum iugum ferreum valens, in mare eas proiciens dixit. Non vos me demergetis, sed ego vos. Ad eundem modum sanctus Franciscus abiiciens opes quas possidebat, & questum omnem spernens, nudus

In festo sancti Francisci. 381

nudus Iesum Christum nudum, pendentem in cruce secutus est. O virum ineffabilem, o fortem, o gigantem, qui ut alter Samson, virtute ex alto roboratus, tot vincula rupit. Pro festo auaritiam iure Paulus idolorum seruitutem compellat. Cui obsequio quam plurimi mancipati, diuitias veras & coelestes posthabent. Equidem auaro nil est scelestius, teste sapiente. Et addidit statim, nihil est iniquius quam amare pecuniam. Quid quod auaritiam sanctus Augustinus vocat venenum charitatis. lib. 83. q. Nec non & sanctus Gregorius. li. 3. moralium maxime inuehitur in auaros. Quæ omnia intelligamus oportet quando auaritia opponitur iustitiæ. Nam tunc ex genere suo peccatum mortale est, non autem quando opponitur liberalitati semper erit charitatis venenum, modo diuitiarum amore homo non preferat charitati. Tunc saltem venialis noxa est. Sanct. Tho. 2.2. q. 118. ar. 4. Quid plura? auarus sitim inextinguibilem habet, dicente scriptura. Auarus non implebitur pecunia. Eccles. 5. Et subinde sequitur qui amat diuitias, fructum non capiet ex eis. Idque beatus Franciscus experimento agnoscens spreuit diuitiarum copiam, paupertatem amplectens. Quippe quam sic honorabat, ut dominam ipsam ap-

Eph. 3.

Ecc. 10.

S. August.

li. 83. q.

S. Th. 2.2.

q. 118. art.

4.

Annotationes

**Iacobi. 2.** pellarct. O verè diuitè, fide, charitate, & spe. Audite fratres. Nōnè Deus elegit pauperes in hoc mūdo, diuites in fide. Ecce alter Moyses diuitias regales nihilipēdēs, negās se filiū fore filiæ Pharaonis. Maiores diuitiās æstimās thesauro Agyptorū, impropetiū Christi. Vnde si Moses dux populi Dei factus est, & ex tyrānico imperio regis cruenti eū eduxit dño adiuuante, pater Francisc. ordinis minorum fundator, & princeps cōstitutus fuit, qui ordo inter omnes mendicantes floret, & indies amplificatur. Nempè de filijs eius vel maximè sentētia Pauli vera est. Tāquā nihil habentes, & omnia possidentes. Quauis de quouis fideli paupertatē sectante, hoc verū sit, iuxta illud beati pauperes spiritu, quoniā ipso rē est regnū coelorum.

**Secundò.** ¶ Secundo aduertendum quā sit veritatis plena sententia illa, & documentum saluberrimū Pauli. Omnes qui piè viuere volunt in Christo Iesu, persecutiones patientur. Nunquā æquè crudeliter Pharao populum Dei persequutus est, quā quum vidit illum gradientem, & in terram sanctam pergentem. Tūc planè exercitum cōgregauit, currus parauit, & aciē suā instituit, quā id suo magno malo fecit. Ad hęc, quādiu Labā secū habuit Iacob, affectu blandiētem

In festo sancti Francisci. 382  
 tis eiloquebatur. Nihilominus quādo fugit & mendacē Labā reliquit, ingēti ira tactus virū sanctū insectatus est. Ad eandē imaginē sanctus vir Franciscus relinquēs mūdū, & ea quæ in mūdo sunt, persecutionē magnam passus est. Mira res, & vehemēter mirāda, nō à quouis fratre, vt Abel, & Iacob, sed à proprio parēte grauē persecutionē sanctus vir pertulit, quia sese Christo Iesu dicarat, & penitus mūdum fallacē reliquerat. O foelicē virū, qui ob Christi amorē à patre cōprehēditur, & in ergastulo tetro vinculis alligatus ponitur. Quæ omnia gratias agēs Saluatori nostro, nedū patiēter sed ouanter sustinebat, cū propheta regali decātās, quoniā pater meus & mater mea dereliquerūt me, dñs autē assumpsit me. O meritò martyrē, o beatū virū, qui propter iustitiā tot calamitates obiens, in fracto animo in certamine mansit, nempè menti eius irrepserat dogma illud mirabile ex ore regis nostri Christi profectum. Qui perseuerauerit vsque in finem hic saluus erit, & iterum, Qui vicerit, faciam eum columnam in templo meo. Nonnè columna sanctæ ecclesiæ Romanæ factus est benedictus Franciscus? enimuerò eius sanctus ordo non modò inter fideles, sed inter Sarracenos, & Turcas mirum in modum crescit,

Nota.

Psalm. 26.

Matth. 10.

Apoc. 3.

Annotationes

crescit, & fide nostræ arcana palàm fratres huius ordinis prædicant. Quid quod in ipsa Hierosolyma Christo Iesu opitulante duo cœnobita ordo hîc possidet, in laudē & gloriā Christi Iesu, qui inibi crucis mortē subiit, ut mortem nostram superaret, & æternæ vitæ participes orthodoxos suos efficeret?

*Tertiò.* ¶ Tertiò, huius egregij viri adnotanda est insignis humilitas, quando quidem hæc virtus sic in ipso resplēdit, ut se omnium peccatorum maximum vocitaret, cum Apo-

*1. Timo. 2.* stolo dicens. Venit Iesus peccatores saluos facere, quorum primus ego sum. Hinc inter contumelias & probra miro rapiebatur iubilo, Christum Iesum pendentem in cruce probris affectum ob oculos habens. Ita quæ

*Acto. 5.* apostolorum instar gaudebat, quoniam dignus habitus est pro nomine Iesu contumeliam pati. Vē nobis qui mundi honores ardenti affectu quæritamus, vel minimam contumeliam pro Christo nolentes pati. Nun-

*Esaï. 40.* quid seculi huius honos non floris in morē extēplò marcescit, & suapte natura arefcit? omnis caro fœnū & omnis gloria eius quasi flos fœni, clamat Esaïas. Has ob res humilis

*Gala. 6.* Franciscus, cum Paulo dicebat. Absit mihi gloriari nisi in cruce domini nostri Iesu Christi. Per quem mihi mundus crucifixus est, & ego

In festo sancti Francisci. 383

& ego mundo. Verum sancti viri sub ignominia crucis Christi quandam gloriam rutilare vident. At nos contra, crucis opprobriū horremus, & pro nostra virili gloriolā mundi amamus. Mundus crucifixus erat beato Francisco, quia nil de ipso querebat, imò uti crucifixum, & fœdum eum odio habebat. Vicissim diuus Franciscus mundo crucifixus erat, alioqui ille sanctum virum nō insectaretur. Quia ego elegi vos de mūdo, ideo mundus odit vos. Nam si de mundo fuissetis, mundus quod suum erat diligeret. Ecce signum magnum quo amici Dei, etiam in hac vita palàm fiunt. Cæterum, nisi Christo fuisset confixus in cruce hîc sanctus ne utique cum Apostolo diceret. Ego stigmata domini mei in corpore meo porto. O priuilegium singulare, o vere magnum diuini amoris signum, non clavis ferreis, nō lancea dira, sed ense charitatis & dilectionis stupēde, Christus vulnera sua depinxit, in dilecto suo Francisco, cuius oratio frequens erat. Absorbeat mentem meam amor tuus mellifluus domine, ab omnibus quæ sub cœlo sunt, ut amore amoris tui moriar, qui amore amoris mei in cruce mori pro me dignatus es. Sūma. Tam fuit humilitas sancti Francisci ingens, ut illud Dauiticum diu noctu-

*Ioan. 15.*

*Oratio notanda.*

*1. Re. 6.*

que



Annotationes

que personaret. Ludam & villior fiam ante eum qui elegit me, & ero humilis in oculis meis. Obseruandum quod non sat est, vt in aliorum oculis humiles & abiecti videamur, nisi in proprijs oculis humiles simus. O verum discipulum Christi, qui indefesse clamat. Discite à me quia mitis sum, & humilis corde. Agite fratres, si extremam in opiam beati Francisci seruare non valetis, saltem eius flagrantem amorem Dei, & humilitatē insignem sectamini.

Matt. 11.

Quartò.

Acto. 17.

1. Re. 17.

Nota.

¶ Denique si de propheta egregio David dominus dixit, inueni virum secundum cor meum, quorsum de beato Francisco hoc ipsum non sit asserendū. Etenim David manu fortis hic sanctus fuit, qui superbū gigantē in nomine dñi profligauit. Etenim satanam perinde atq; lapide vno prostrauit, dū tam arduā poenitentia, tāq; mirabilem vitā egit. mundū magnificè euicit, opes omnes relinquēs, & tantū sacco vestitus incedens, corda accinctus vti iā tetigimus, carnis lenocinia peremit quādo tentatione quadā tact⁹, in copiosam niuē se prolecit. O quot flagellis, quot vigilijs, quot denique ieiunijs corpus suū castigans, spiritui illud subegit. Verū secundū cor Dei sanctus Franciscus fuit, paupertatem, paciētiam, pietatem, & humilitatē

In festo Simonis & Iudæ. 384  
 litatem Saluatoris nostri per omnia imitatus. Nos ergo eū honoremus vt par est, illū precatione assidua inuocemus, quo cū ipso gaudijs æternis perfruamur. Amen.

*IN SOLENNITATE SANCTI Lucae euangelistæ, legitur euangeliū. Misit alios septuaginta duos discipulos, &c. Quod (arē pro modulo nostro iam iam exposuimus. Et in libro festiuitatum virginis Mariæ, & circa finem collocauimus. Ibi prudens lector nonnulla in laudem sancti Lucae reperiet.*

*PRO FESTO APOSTOLORUM Simonis & Iudæ declamatio decimaquinta.*

**S**aluator noster fratres, mundum hunc intuens ad eò perditum, vt homines, suos honores suasq; opes, nec non & carnis suę oblectamenta dumtaxat amarent, è sinu patris descēdēs hūc venit, quò sui amoris igne pectora

ra

Declamatio decima quinta

Luce. 12.

ra nostra inflamaret. Vnde ore suo sacrosancto dixit. Ignem veni mittere in terram, quid volo nisi ut ardeat? Ignem coelicum, orogum illuminantem corda hominum, non autem cōburentem. O diuinum amorem, cuius virtute omnis amor foedus statim depellitur. Non lucere ceu hypocrytę solent nos vult dominus, sanctitatis symbola externę indicantes, sed internę ardere iubet, ita ut dilectionis sanctę flamma foris appareat. Eam ob causam dominus qui charitas est, charitatis præcepta, quę vehementer sua-ua sunt, potissimę fidelibus suis tradidit. Vnde ait hæc mando vobis ut diligatis inuicem. Faxit Deus optimus, ut tam egregium præceptum, non modo intelligamus, sed simul opere impleamus. Parui refert voluntatē domini scire, nisi scientes, toto conatu eam impleamus, nostram abnegantes.

Euangeliū  
Ioan. 15.

¶ Hęc mado vobis: ut diligatis inuicem.

¶ Nō semel sed tertio: dilectionem hæc Christus Iesus præcepit, ut tanquam rem certam charitatem habeamus, quippę quę omnes virtutes exuperat. Super omnia ait, Paulus, charitatem habentes, est enim vinculum totius perfectionis. Imo si omnes facultates tradideris pauperibus, etiam si corpus tuum  
flam

Nota.

1. Cor. 13.

In festo Simonis & Iudæ. 385

flamis ardentibus impēderis, si charitas deficit nil tibi proderit. Ecce ante omnia homo fidelis charitate opus habet: alioqui frustra ieiunat, orat, & alia id genus opera facit. Pulchre Saluator præceptum charitatis edidit, quando apostolis præcepit ire & fructum afferre, ut probę sanctus Augustinus notat. Nam hic fructus saluberrimus est, quod diligamus nos inuicem. Nonne spiritus fructum primū Apostolus posuit dicens. Fructus autē spiritus est charitas? ecce fratres quam sit ingens virtus hæc, quę sanę inter omnes primas tenet: quādo quidē charitas omniū virtutum excellentissima est. Eam ob causam Paulus maiorē, fide, & spe charitatem fore  
asserit. Ratio, quia magis Deū attingit, semper illud quod est per se maius est eo quod est per aliud. Fides autem & spes attingunt quidem Deum, secundū quod ex ipso pro-uenit nobis, vel cognitio veri, vel adeptio boni. Sed charitas attingit ipsum Deū, ut in ipso sistat, nō ut ex eo aliquid nobis proueniat. Et ideo charitas excellētior est fide, & spe. S. Tho. 2. 2. q. 23. art. 6. O virtutē mirabilē, o charitatē, qua Seraphici spiritus ardēt, sine qua angelus demō foedus factus est. Merito diuus Ambros. formā & pulchritudinē virtutū omniū te appellauit. Conspiciū est

S. August.

Gala. 2.

1. Cor. 13

S. Th. 2. 2.

q. 23. ar. 6.

Cc quod

Declamatio decima quinta

quod per charitatē actus aliarū virtutū ordi-  
 nātū in suū finem, has ob res Theologi for-  
 mā virtutū charitatē dicūt. Diligamus nos  
 inuicem fratres, quia hoc præceptū habem⁹  
 à Deo, vt qui diligit Deum, diligat & fratrem  
 suum. Et iterū Ioannes clamat. Nos scimus  
 quoniam translati sumus de morte ad vitā,  
 si diligimus fratres. Notandum autem quod  
 hæc dilectio proximi si perfecta fuerit, le-  
 gem Christi impleuit. Dicente Apostolo.  
 Qui proximum diligit legē impleuit. Hinc  
 beatus Hieronymus ad Paulinum. Illa est  
 vera necessitudo, & Christi glutino copula-  
 ta, quam non vtilitas rei familiaris, non præ-  
 sentia tantū corporum, non subdola &  
 palpans adulatio, sed Dei timor, & diuina-  
 rum scripturarū studia conciliant. En qua-  
 lis esse debeat inter christicolas dilectio cha-  
 ritatis, non fallax, aut quæstuaria, sed Chri-  
 sti amore accensa. Equidem satis rationi cō-  
 sonum est mandatum hoc, quia omnes v-  
 num corpus mysticum sumus, alter alterius  
 membra. Quin & filij Dei nominamur &  
 sumus hæredes regni coelestis. Facileque  
 mandatum hoc est, quia diligere voluntatis  
 actus est. Vnde Ioannes inquit. Præcepta  
 eius graua non sunt. Cæterum, si proximū  
 diligis vtī par est, flere cum eo flente & gau-  
 dere

1. Ioan. 4.

1. Ioan. 3.

S. Hieron.  
ad Paulinū

Rom. 12.

1. Ioan. 4.

1. Ioan. 3.

In festo Simonis & Iudæ. 386

dere cum ipso. gaudente te oportet, nā hoc  
 signū magnū dilectionis est. Ad hæc pacifi-  
 ce cū illo habites & cōuerferis, sin aliter odij  
 symbolum erit. Ecce quā bonū, & quam iu-  
 cundum, habitare fratres in vnū. Denique si  
 vt te ipsum fratrem narraſ inopiā eius suble-  
 uabis, nam qui habuerit substantiam huius  
 mundi & viderit fratrem suū necesse habere,  
 & clauerit viscera sua, quomodo charitas  
 Dei est in illo? at qui, nē forſitam scandalum  
 patiantur discipuli vbi mundum aduersariū  
 agnouerint, admonet eos & ait.

Rom. 12.

1. Ioan. 3.

*¶ Si mūdus vos odit, scitote quia me prio-  
 rem vobis odio habuit. Si de mundo fuissetis  
 mūdus quod suū erat diligeret. Quia  
 verò de mūdo non estis, sed ego elegi vos  
 de mundo, propterea odit vos mūdus.*

Text.

¶ Ecce causa potissima cur præceperit eis, se  
 se inuicē amare. Erat vtīq; plurima aduersa  
 passur⁹ in hoc mūdo. Cosolatur ergo eos pri-  
 mō se ipsum eis exēplū præbēs. Ne miremi-  
 ni si mūdani homines odio habuerint vos,  
 ego dñs & magister vester, vtī ipsi vidistis in  
 sectationes, & cōtumelias multas pass⁹ sum.  
 Anime quiores estote, & ne utiq; animū despō-

Declamatio decimaquinta

ego ipse vt dux præcessi vos. Nec vos illud moueat, quod dum mecum habetis amicitiam, & inter vos mutua charitate coheretis, cum mundo dissidium, & similitatem habetis. Imò istuc ipsum vestros consolari debet animos. Quando quidem hoc argumento palàm agnosceretis, vos esse meos discipulos, atq; amicos, nimirum alienos à mundo. Quippè qui totus in maligno positus est, quum vos cœlo destinati sitis. Quod si ego prior vobis tot mala sum perpeffus, ne vobis indignum videatur, eadem pro nomine meo perpeti. Vbi aduertendum, quod hoc solamen magnum fidelibus esse debet in quacunq; calamitate, quia Saluator noster angelorum creator, & rex regum pro nobis immeritis talia & longè maiora passus est. Huc attinet quod Apostolus ait. Recogitate eum qui talem ac tantam, ab inimicis suis aduersus semetipsum sustinuit contradictionem: non ergo fas est vt membra super caput suum se extollant. Quando quidè mundus Saluatorè odit, quia arguebat mala eius opera, docebat etiam quæ humanis congruebat affectibus. Nouit ille suæ factionis homines, eosque complectitur, & euehit, vt similis amat similiem. O nimium infœlicès, quos mundus diligit, & eis blaudus est,

1. Ioan. 5.

Hebr. 12.

In festo Simonis & Iudæ. 387

est: nam arguit eos extraneos fore à Dei amicitia, quæ sanè verè fœlices homines facit. At cōtra, fœlix ter, quaterq; beatus, qui Christi partes sequitur, & cōtubernio illius adhæret. Mira res, mundi odium & persecutio signū est electionis, quā Christus in nobis fecit. Si de mundo fuissetis mūdus quod faum erat diligeret. Ipse superbus, elatos & turgidos homines amat, auarus est, & hanc ob causam opum amatores diligit. Gaude te itaque, quia nō ob opera vestra mala vos mundus horret, sed quoniam ego à mundo vos separavi: nēpè quia terrenis nō inhiatis bonis, sed cœlestibus, & æternis, eas obres odit vos, nō autē quod odio digni sitis. Amat igitur mūdus sibi similes, abhorret dissimiles, ideò dñs dixit quibusdā. Non potest mūdus odisse vos, me autē odit, quia ego testimoniū perhibeo de illo, quia opera eius mala sunt. O beatū virum qui Moyfi instar paruifaciens externas diuitias, plus amat cum Christo & sanctis eius pati quā cū Ægyptijs malè gaudere. Hæredes quidè Dei, coheredes autē Christi, si tamē cōpatimur vt cōglorificemur, sic Corinthijs scribit Apostolus. Fieri nō potest vt mūdus diligat Christū, & sanctos eius. Ratio, quia omne quod est in mundo aut est concupiscentia car-

Dogma.

Ioan. 15.

Ioan. 7.

Roma. 8.

Declamatio decima quinta  
nis, aut est concupiscētia oculorum, aut est  
superbia vitæ. Hæc omnia Christus & electi  
sui vehementer dānant. Ergo mundi & Cliri  
sti nulla societas aut amicitia inueniri po-  
test. Quandoquidem duæ ciuitates ab exor-  
ditio mundi cœperūt cōstrui, in Abel ciuitas  
sancta Hierusalem, in Cain Babylon cœpit  
esse. Quæ quidē sibi aduersantur, & quotidie  
decertāt. Hinc docemur foedus nō inire cū  
mūdo, alloqui Christi amicitia cōseruare ne-  
quibimus. Dicēte Iacobo. Qui vult amicus  
esse huius seculi, inimicus Dei constituetur.  
Ad hæc odium mundi nō nos vexet, quod  
breui admodū transit, externe nocens, non  
interne. Hæc est hora vestra, & potestas te-  
hebrarum dixit dominus inimicis suis. Ho-  
raria est mundi potestas, momentanea feri-  
tas, & persecutio eius. Nunc sequitur.

Genes. 4.

Iacob. 4.

Text.

*Mementote sermonis mei, quem dixi  
vobis. Non est seruus maior domino suo.  
Si me persequuti sunt & vos persequen-  
tur. Si sermonem meum seruauerunt, et  
vestrum seruabunt.*

¶ Rursus se exemplum eis præbet, ne in re  
tam difficili succumbat. Mementote sermo-  
nis

In festo Simonis & Iudæ. 388  
nis mei inquit. Sæpe inculcat eis verbū hoc. Non est seruus maior domino suo. Allusio  
est ad hoc illud Petri. Christus passus est  
pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt  
sequamini vestigia eius. Quomodo dulcia  
petere audebit orthodoxus, qui videt Je-  
sum spinis coronatum, & clavis cruci affi-  
xum? qui vult venire post me abneget se-  
metipsum, & tollat crucem suam, & sequa-  
tur me, ait dominus. En qualem vult disci-  
pulum dominus, planè qui crucis probra su-  
stineat, & vestigia eius per omnia sequatur:  
ceterū si mea dogmata audire noluerūt, ve-  
stra quæ eadē sunt nō audiēt. Vbi sanctus Cy-  
rillus Enimuerò putandū nō est amisū esse  
prædicatoris præmiū, si auditoribus nō per-  
suasit. Nā an fructus sequatur necne, & si sit  
illud petēdū à Deo, attamē gratiæ suæ relin-  
quendum est. Terræ sterilitas nocet Colo-  
no, non tamen sic res habet in ædificatione  
spirituali, vbi semper paratus est Deus re-  
munerare colonos suos prædicatores, quā-  
uis prædicatio in audientibus nil efficiat.  
Spē maximam contionatoribus præbet il-  
lud Esaie. Sicut pluuia descendens de celo  
inebriat terram & germinare eam facit, sic  
erit verbū quod procedit de ore meo non re-  
uertetur ad me vacuū. O simile mirabile nō

Io. 3.

1. Petr. 2.

S. Cyrill.

Nota.

Esa. 55.

Declamatio decima quinta

Collatio.

Hebrae. 4.

Esai. 53.

Osee. 4.

vulgarem lætitiã afferens, ijs qui in euangeli-  
 o laborant. Equidem si tres seminis par-  
 tes periere, vti dominus narrat, quarta pars  
 fructum retulit centuplum. Quia fieri non  
 potest vt prædicatio euangelij absque fru-  
 ctu fiat. Alto Dei consilio factum est, vt præ-  
 dicator fructum ex prædicatione sua ortu  
 non videat, ne forsitam insolescat, videt au-  
 tem illum, cui omnia nuda sunt & aperta,  
 Christus Iesus, qui principalis sator est in  
 agro mundi huius. Summa. Quod ausi sunt  
 in me, qui dominus ac magister sunt, multo  
 magis audebunt in vos. Si toties conuictijs  
 incessauerunt, & vos discipulos meos eodẽ  
 pacto persequuntur. Et quemadmodũ meã  
 doctrinã non tulerunt, ita nec vestram fer-  
 rent: quoniã eadem docebitis quæ ego do-  
 ceo. Veruntamen quicquid horum facturi  
 sunt, odio nominis mei contra me facient.  
 Quicquid in membra committitur, hoc ad  
 capitis pertinet contumeliam. Nonne qui  
 vos spernit me spernit: & qui vos audit me  
 audit? Mirabile dictu, quam frequẽs sit que-  
 rimonia in prophetis, quod eos populus nõ  
 audierit. Domine quis credit auditui no-  
 stro? Et rursus Oseas. Ego erudiui eos, & ipsi  
 cogitauerunt in me malitiam. Rationem au-  
 tem cur mūdus tot mala in electos Dei ope-  
 retur

retur indicant sequentia.

*Et hæc facient vobis propter nomen meum, quia nesciunt eum qui misit me.* **Tex.**

¶ Vbi Sanctus Augustinus. Quid aliud est, hæc facient vobis propter nomen meum, quam me in vobis odio habebunt, me in vo-  
 bis persequuntur, & sermonem vestrũ, quia  
 meus est, ideò non seruabunt. Itaque eorũ  
 ignorantia qua laborant in causa, vt vos, vel  
 vt verum fatear me in vobis tot contume-  
 lijs afficiant. Non nouerunt eum qui me mi-  
 sit. Arrogant sibi pietatem in Deum He-  
 braei & in filium sunt impij. Petunt salutem  
 à Deo, & filio moluntur exitium. Denique  
 iactant se Dei præcepta seruare, & filij man-  
 data quæ tradidit ex voluntate patris teme-  
 re despiciunt. Obseruandũ quod ignorantia  
 hæc eos nõ excusabit in die vindictæ, quia  
 noluerunt intelligere, vt bene agerent. Fuit  
 non inuincibilis, nec crassa quæ aliquantu-  
 lum excusat, sed affectata. Quod fusius sua-  
 det. S. Thom. 3. p. q. 47. ar. 5. Profectò asser-  
 tionem probant verba quæ paulò post se-  
 quuntur. Si non opera in eis fecissem, quæ  
 nemo alius fecit, peccatum non haberent:  
 nunc autem excusationem non habent de  
 peccato suo. Ecce eos Saluator condemnat,

S. Augus.

Psal. 35.

S. Th. 3. p. q. 47. ar. 5

Declamatio decimaquinta

Iob. 21. qula tot mirabilibus inspectis: quæ suã diuinitatem ostendebãt credere noluerũt. Aiebãt enim illud Iob. Scientiã viarũ tuarũ scire nolumus, recede à nobis. Sũma, propter nomen meum, id est, propter me, hæc omnia vobis eueniẽt, nã mundi amatores sue iustitiæ fidunt, & meã horrent. Glorolã suam quæritant & honorem meũ spernunt, quorum vox ea est. Nomen eius non memoretur amplius. Quod vero ignorãtia, & inscitiã corũ, aduersetur eis, & cõtra eos sententiam proferat, iam dominus ostendit.

Jerem. 11.

Text.

*¶ Si non venissem & locutus eis non fuissẽm, peccatum non haberent. Nũc autem excusationem non habent de peccato suo.*

Esa. 16.

¶ Verbis his veritatis magister palam facit, affectatam fuisse ignorantiam Hebræorum, potissime principum. Qui sacram scripturam tractabant & signa aduentus Messiaẽ optime norant, quia & quotidie populo de his nunciabant. Cãterum, Iudæi ingrati cõtempserunt aduentum Christi, & eius sancta dogmata, necnon miracula & beneficia innumera quæ eis contulit. Quid ultra debui facere vineæ meæ, & non feci ait dominus.

In festo Simonis & Iudæ. 390

nu. & iterum. Quoties volui congregare filios tuos quemadmodum congregat gallina pullos suos sub alas, & noluisti. Equidem magnũ erat eis Indæis nasci, & eis primo euãgelium prædicare. Nusquã angelos apprehendit, sed semẽ Abrahæ apprehedit. Venit ad Hebræos, vt eos erudiret, ipsi autẽ suscipere illũ noluerunt. In propria venit & sui eũ non receperunt. O quot Prophetæ, quot reges Saluatorem videre cupierunt, nõ tamẽ eum viderunt. Quod vero ait peccatũ non haberent, id est, piaculum odij in me & patrem meum non patrarent, quod sanẽ grauissimũ est. Vel de peccato ingratitude, & incredulitatis est sermo, quippẽ qui, maxime Deum offendunt. Nũc autem sese excusare nequeũt, qui volentes & scientes me, & electos meos infectati sunt, verum vbi nulla adest excusatio, certa est damnatio. Caueamus fratres ne noxa hæc nõs inuoluat, si quidem plurimis beneficijs affecti sumus, ita vt quisquẽ cum alma virgine concinere valeat. Fecit mihi magna qui potens est, & sanctum nomen eius.

Hebre. 2.

Ioan. 1.

Luc. 10.

Lut. 1.

Text. 1

*¶ Qui me odit, & patrem meum odit.*

¶ Quia vnus Deus pater & filius est, iuxta illud, ego & pater vnũ sumus, eas ob res fieri

Declamatio decimaquinta

Nota.

fieri non potest, vt quis filium odiat, quin & patrem simul odio habeat. Ac si dicat auctoritate patris loquor, quæcunq; loquor, & eadem auctoritate facio quæ facio, quæ obrem dum me exosum habent, & patrem meum odiunt. Vtique me viderunt & audierunt. Viderunt omnibus beneficientem, audierunt, ea quæ digna sunt Deo loquentem, nihilominus propter quæ oportebat eos amare, ob ea oderunt. Mira res, nec verba Christi proceres Iudæi spreuerunt, sed stupenda eius miracula temere contempserunt, ideo addidit.

Text.

*¶ Si opera non fecissem in eis quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent. Nunc autem & viderunt, & oderunt me, & patrem meum.*

Ioan. 11.

Ioan. 9.  
Ioan. 6.

¶ Si quis Prophetarum miracula legerit, non in eis inueniet quenquam, qui mortuum quatrduanum suscitavit. At Iesus Lazaro quatrduano vitam præstitit. Quis eorum aperuit vnquam oculos cæci nati? Enimvero nemo. Quis quinque millia hominum quinque panibus in deserto faciauit? Hæc & alia id genus multa à Iesu patrata viderunt, & credere noluerunt. Mosem non viderunt,

In festo Simonis & Iudæ. 391

derunt, & tamen admirantur, Prophetis credunt quos nullatenus intuiti sunt. Me quæ cominus conspexerunt, quem experti sunt tot modis beneficium, pro sua virili aduersantur, morte quæ probrosa afficiunt. O execrandam cæcitatem vehementer & horrendam, vltimis supplicij spectandam, totius mundi Saluatorem, & animarum sapientissimum medicum, qui vulnera eorum sanare venerat toto nisu persequuti sunt ingrati Hebræi. Ipse vero omni studio conabatur de omnibus bene mereri, iuxta illud. *Extendi manus meas ad populum non credentem, sed contradicentem mihi.* Cæterum ne forsitan discipuli dicerent. Quorsum nos deduxisti in tot mala, quæ superuenient nobis? rationem subnectit.

Esa. 65.

*¶ Sed ut impleatur sermo, qui lege eorum scriptus est, quia odio habuerunt me gratis.*

Text.

¶ Legem hic appellat totum vetus testamentum, eò quod à Deo optimo datum. Habetur verbum hoc Psalmo. 13. vbi scriptum est. Multiplicati sunt super capillos capitis mei, qui oderunt me gratis. Perinde dicat, sine causa, quæ nil mali in me inuenerunt, quin potius

Psal. 24.



Declamatio decimaquinta

potius innumera beneficia impedi eis. *Ioan. 10.* Ita opera bona operatus sum vobis, propter quod horum vultis me lapidare? Gratis persequerentur eum quia verebatur, ne Mosis gloria pessumret, si Christi doctrina inualuisset. Sed profecto non hoc erat paucendum, cum Christus venerat non ad legem soluendam, sed ad implendam eam, sicut magister veritatis contestatus est. Sic gratis persequuti sunt Christum, nam ex persecutione nullum commodum hauserunt, sed maximum donum. Mira res, non semel verbum hoc Propheta David protulit, sed *Psal. 68.* Psalmo. 68. & 34. & 108: eandem sententiam retulit. Oderunt me gratis, quo intelligamus quam fuerit magna Hebraeorum ingratitude, quam etiam dominos inuisos habeat ingratos, habet autem ingratitude suos gradus. Ad primum ingritudinis gradum attinet reddere mala pro bonis. Ad secundum vero, quod beneficium vituperet. Ad tertium quidem gradum pertinet, si beneficium maleficium existimet homo. *S. Tho. 2. 2. q. 107. ar. 2.* Sane in his gradibus persecutores Christi & discipulorum inuenimus. Nos igitur charissimi in omnibus gratias agentes Deo, ut Pauli dogma pulchre docet, id maxime omnium caueamus, ne in Deum peccemus, rursus filium Dei in nobis ipsis crucifigentes. Quin potius Christo Iesu diu notu

etiam feruamus, ei totis medullis cordis gratias agamus pro tot nobis impensis beneficijs. Quo cum Apostolis his in caelo mercedem commertam recipiamus. Praestante domino nostro Iesu Christo, qui cum patre, & sancto flamine regnat per infinita secula. Amen.

*J* ANNOTATIONES  
Appendices.



Rimò aduertendum quanta cura, quam & solerti studio optimus paterens Christus charitatem nobis filijs suis commendat. Etenim cuncta sua praecepta, quasi in vnum coadunare volens, discipulis, nec non & cunctis orthodoxis ait. Hec mandato vobis, ut diligatis inuicem. Ecce vnde lugum domini dulcedinem suam sortiatur, habet quidem lex domini innatam suauitatem, eo quod in amore Dei & proximi, radicem suam habeant. Ex his enim duobus, inquit Saluator vniuersa lex pendet, & Prophetae. Quid obsecro dulcius amore? Quid suauius & facilius esse potest, quam amare? Profecto amore omnia quamlibet amara dulcescunt, vnde Iacob seruiens pro Rachele, gelu & aestu graui affectus, pro

*Annos. 1.*

*Matt. 22.*

**Gene. 29.** pro nihilo ducebat labores omnes. Imò ut debantur ei dies pauci, præ amoris magnitudine. Pulchrè sanctus Augustinus ait. Nil difficile amanti: id què optime expertus est qui dixit. Nunquid adheret tibi sedes iniquitatis qui fingis laborem in præcepto? Verù nomine tenus præcepta Dei laboriosa sunt. Ideò fictio quædam eis adest, quam insipientes vident, & timentes fugiunt. At sapientes contra aiunt, non sunt cõdignæ passiones huius temporis ad futuram gloriã quæ reuelabitur in nobis, & alius clamat. Præcepta Dei graua nō sunt, diligam⁹ nos inuicē fratres, ut cum suauitate alter alterius onera portare valeat: scientes quia nulla virtus vera est sine charitate. Ratio, quia virtus vera simpliciter illa est, quæ ordinat ad principale bonum hominis, quod est Deus. **S. Tho. 2.2. q. 23. ar. 7.** Vnde Paulus probe asserit, nil prodesse illi facultates omnes tradere pauperibus, nisi regina virtutum charitas adsit. **1. Cor. 13.**

**Secundò.** ¶ Secundò, notādum magnopere est, quod dilectio hæc, qua proximū amare nos oportet, non quæuis, sed similis sit dilectioni quæ erga nos Christus habuit conuenit. Hinc ore suo sacro paulò ante dixerat. Hoc est præceptum meum, ut diligatis inuicē sicut dilexi

In festo Simonis & Iudæ. 393  
dilexi vos. Vbi norma nobis describitur, qualiter nos inuicem diligamus, non ob carnis confanguinitatem tantum, non propter quæstum vendicandum, quia charitas non quærit quæ sua sunt. Dilexit nos Saluator, animam suam dans pro salute nostra. Dilexit commodum nostrum, tanquã sui oblitus crucem baiulans, & tandem in ea ultro pendens. O felicem cristicolã qui proximū suū diligit, sicuti Christus nos dilexit. Is verus imitator regis sui est, gaudens cum gaudentibus, & flens cum flentibus: quod planè charitati peculiare est. Mirabile dictu, tã est virtus excellens ipsa charitas, ut suapte natura, in hac vita terminū augmenti haud habeat. Ratio, quia causa à qua procedit infinite virtutis est, nam spiritus sanctus cum patre & filio vnus Deus, & omnipotens est. Deinde quia subiectum in quo recipitur, quæ est ipsa voluntas animæ, quo plus charitatis recipit, eo magis disponitur ad maiorem charitatem accipiendam. **S. Thom. 2.2. q. 24. ar. 7.** Vnde liquido comprehenditur, charitatem posse augeri in infinitum. Hanc ob causam perbelle Apostolus eã vocat viam dicens. Adhuc excellentiorem viam vobis ostendo, & ad Philippenses. Nō quod iam acceperim, aut iã perfectus sim. Sequor autem

Nota.

S. Th. 2.2

q. 24. ar. 7.

Phili. 3.

Dd

autem

Declamatio decimaquinta  
autem si quomodo comprehendam. Satagi  
te ergo fratres, & bonis operibus incumbi-  
te ut charitas vestra in dies magis ac magis  
crescat, & perfecta sit.

*Tertiò.*

¶ Tertiò, nostræ militiæ nos dominus ad-  
monet, ubi mundi odium erga nos subindi-  
cat. Si mûdus vos odit, scitote quia me prio-  
rem vobis odio habuit. Ecce fratres quam  
ingens bellum mundus fallax aduersus nos  
excitare molitur. Planè hic Iebuſeus est,  
qui pro sua virili contendit, ne terrâ à Deo  
nobis promissam possideamus, quippè que  
lacte & melle semper manat, eâ ob rem viri-  
liter pugnemus oportet, diu noctuque ora-  
tionis ense roborati, cæteris bonis operi-  
bus freti. Quid multis inmoror? Mundus  
*Gene. 31.* nequam Labam pessimus est, qui subdole  
mercedem decem vicibus Iacob mutauit.  
Mendax ipse est sicut princeps eius diabo-  
lus, què Saluator nedum mendacem, sed pa-  
trem mendacij appellauit. Fugiamus ergo  
vti Iacob fugit consortium Labam spernen-  
tes. Fugiamus in quâ mundû, sed nullatenus  
*Eph. 5.* idola eius nobiscum gestemus. Nonne, ali-  
quorum Deus venter est, vt Paulus testa-  
tur? Nonne auaritia idolorum seruitus com-  
probatur? Quid quod idolum magnum su-  
perbia excelsum thronum possidet? Hæc  
idola

In festo Simonis & Iudæ. 394

idola nō cum Rachele portemus, sed peni-  
tus abijciamus. Alioqui Labā dirus nos per-  
sequetur, & tabernaculum conscientiæ no-  
stræ subuertet. Si autem nil de mundo ha-  
buerimus, ingenti pace fruente: quamuis  
ipse in nos leonis in morem rugiat, nihil no-  
bis nocebit.

¶ Quarto, quam sit ingens piaculū in Chri-  
stum non credere, & non eum vt verum re-  
demptorem vnice amare, palàm facit domi-  
nus dicens. Si ad eos non venissem, & lo-  
quutus eis non fuisset, peccatum non ha-  
berent. Proculdubiò peccata plurima Iu-  
dæi habebant ante Saluatoris aduentum.  
Superbia, auaritia, gula, & cæteris alijs deli-  
ctis irretiti erant, tamen vt optimè diuus  
Augustinus exponit hoc peccatum incre-  
dulitatis non habebant sine quo delentur  
cuncta peccata. Quod vnusquisque si non  
habeat, dimittuntur ei per poenitentiã om-  
nia delicta. O mirabile mysterium, o stupen-  
dum summi numinis iudicium, aduentus tã  
diu desideratus Christi, quantū credentibus  
salutaris, tantum non credentibus exicialis  
fuit. Ceterū illi excusationē prætexere nō va-  
lēt, quia loquentem audierūt, & mira opera  
patrantē viderunt, quanto minus nos excu-  
sare poterimus, qui quotidie sacrum euāge-  
lium

*Quarto.*

*S. August.*

*Dogma.*

Declamatio decimaquinta  
lium audientes, in quo miracula illius recen-  
sentur, & nihilominus mandata eius non ser-  
uamus? Credimus in Christum firmiter, ita  
est, attamen nihil minus quam eum toto di-  
ligimus pectore. Enimvero fides sine ope-  
ribus mortua est, & ideo vitam æternam  
præstare non potest eam habētibus. Quini-  
mò seruus sciens voluntatem domini sui  
& non faciens, plagis vapulabit multis.

Nota.

Quintò.

Esa. 5.

¶ Denique vnde tot mala exordium ha-  
beant, patefacit dominus, quum ait. Hæc  
facient vobis, quia non sciunt eum qui mis-  
sit me. Allusio est ad illud, populus meus ca-  
ptiuus ductus est, quia non habuit scien-  
tiam. Quando quidem Hebræi qui Saluato-  
rem in suis discipulis insectabantur, igno-  
rantia obcecati erant, non quauis, sed ea  
quæ affectata vocatur. Quippè quæ, non  
modo non excusat, sed vehementer deli-  
ctum aggrauat, hanc ob causam dominus  
ait. Nunc autem & viderunt, & oderunt, &  
me & patrem meum. Si ergo viderunt mi-  
racula tam egregia, tamque conspicua, qui-  
bus Saluator sese Messiam fore insinuabat,  
quorsum non crediderunt, nisi quia suapte  
malitia excoecati noluerunt? Ij sunt de qui-  
bus vir sanctus Iob ait. Fuerunt rebelles lu-  
mini. Caueamus sumopere fratres oportet,

Iob. 24.

ne

In festo omnium Sanctorum. 395  
ne illorum vestigia imitemur, neque tantã  
gratiam negligamus. Nouimus patrem coe-  
lestem, nouimus & filium, quem misit ille.  
Agnouimus & Spiritum sanctũ, ab vtroque  
tanquam ab vno principio procedentem.  
Hanc Triadem sanctam adoremus, ei totis  
nisiibus seruiamus. Cui omnes angeli iubilã-  
tes inseruiunt, & vbi que adorant.

*IN SOLEMNITATE OM-  
nium Sanctorum. Declamatio XVI.*



Onge melius fratres hodie cla-  
mare poterimus quam explora-  
tores Mosi, explorauimus ter-  
ram quæ deuorat habitatores  
suos. Et vidimus monstra quedam filiorum  
Enach de genere giganteo, quibus compa-  
rati quasi locustæ videbamus. En terra la-  
cte & melle manans, terra viuentium est, de  
qua Psalmographus ait. Portio mea domi-  
ne in terra viuentium. Vbi angeli omnes  
indefesse Deum optimum collaudant iubi-  
lantes, vbi sancti omnes facie ad faciem glo-  
riam Dei intuentur. Vbi denique mortis  
timor nullus adest, sed vita iucunda ac per-  
petua. Nonne monstra de genere gigan-

Num. 13.

Psal. 118.

D d 3

teo

Declamatio decimasexta

eo inibi fidei sacrae oculis vidimus? Enimvero patriarchae, prophetae, apostoli, martyres, confessores & virgines more gigantum, tam satanam, quam mundum, & carnem gloriose vicerunt, & de quibusuis spiritalibus inimicis magnifice triumphantes, victoriae palmam obtinuerunt, dicente Apostolo. Sancti per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt repromissiones. Iis ut ingenue fatear nos homuntiones comparati, ceu locustae videmur, fragiles, infirmi, & vermiculi humi reptantes. Nihilominus virtute ex alto roborati, illustria facinora eorum sectari ut cunque valeamus. Nedum sanctos gratia Dei cooperante, sed & ipsam dominum gloriae imitari possumus, alioqui Saluator non diceret. Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam & sequatur me. Ad hos sane gigantes viros, & athletas suos rex omnipotens Christus sermonem suum in acumine montis sedens dirigebat dicens. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum caelorum. Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. Nunc par erit, ut ad amissum sacrum euangelium explicemus, Christo Iesu adiuvante.

Heb. 11.

Luc. 9.

Videns

In festo omnium Sanctorum. 396

Videns Iesus turbas, ascendit in montem, & cum sedisset, accesserunt ad eum discipuli eius. Euangelium  
Matth. 5.

Singularem energiam singula verba continent, eam ob rem paulisper immorandum hic est. Vidit Iesus turbas sequentes se, perinde atque rem hanc gratam sibi fore indicans, turbam inspexit. Nullum obsequium gratius Christo esse potest, quam si eum sequamur, quae mundi sunt abdicantes, & hilariter verba eius audiamus. Audientes, & cordi nostro ea inscribamur, quo pro nostra virili opere ea impleamus. Ad haec visis turbis montem ascendit, non erat mons Oliueti, ut pulchre notat sanctus Hieronymus, sed vel mons Thabor, siue S. Hieron. alius mons cuius nomen ignoramus. Satis commode in montem conscendit, ut locus eminentior excellentiorem doctrinam esse, quam ore suo benedicto personabat significaret. In monte Sina data est lex vetus Moyse in lapidibus exarata, & digito Dei conscripta. Ius erat ut in monte dominus legem novam daret, quippe quae in cordibus discipulorum exaranda erat, iuxta illud. Dabo legem meam in cordibus Jerem. 24.

Dd 4

bus

Declamatio decimasexta

bus eorum, & in visceribus illorum scribam eam. Sed iam non digito, qui ossis duritiam habet scribitur hæc sancta lex; sed lingua Salvatoris, ipso contestante: Lingua mea calamus scribe velociter scribentis. Scriba enim Spiritus sanctus est, qui que in specie columbæ super eum descendit & sedit in Jordanis ripa. O mysterium mirabile, o sacramentum ineffabile, in hoc monte nihil caliginis aut fumi, nihilque horronum video, ut in monte Sina quando data est lex illa timoris legimus fuisse. Quia potius omnia in luce clarescunt, quia lux vera est, magister cœlestis qui Apostolos docet. Imò lex amoris & non terroris à Salvatore prædicatur. Abeant buccinæ concrepantes, cessant fulgura, quæ olim in monte Sina visa sunt, nam si lex per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Summa, turba conspecta abiit in montem, ut concionatores suos doceat, ad tempus hominum consortium relinquere, & contemplationi operam dare, iuxta illud. Ascende in montem tu qui euangelizas Sion. Sic plane in montem ascendebat qui dixit. Cōuersatio nostra in cœlis est.

¶ Quod autem sedit dñs in mōte illo, mysterio nō vacat. Hoc, teste Augusti, ad dignitatē magistri

Psal. 44.

Ioan. 1.

Esai. 40.

In festo omnium sanctorum. 397  
magistri pertinebat. Sed altius rem indagantes, eam ob rem sedit, quia lex noua quam proponebat, pacem & veram tranquillitatem credentibus præstat. Equidem quando legem veterem Deus dedit de cōsensu eius nil legimus, cum Esaias dicat. Vidi dominū sedēte super solium excelsum, & eleuatum. Non itaque sedit dominus in monte Sina legendaturus, quia neminem ad perfectum adduxit illa lex, neminem quamlibet sanctū in cœlum euexit. At lex noua promittit, & exhibet vitam æternam, quam olim nemo prophetarum obtinebat. Hinc Saluator inquit. Poenitentiam agite & appropinquabit regnum cœlorum. Et in hoc euangelio ait. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Quid quod latro ille felice die qua obiit, vita æterna potitus est? bene merito Saluator in monte sedit, ceu sessione subindicans, seruatores nouæ legis tranquillitatem ingentem possidere. Ad eum ut in christicolis verissimum sit vaticinium illud. Sedebit populus in pulchritudine pacis, in tabernaculis fiduciæ, in requie opulenta. Quod non modo de quauis pacata & bona conscientia intelligere oportet, sed de vita beata & cœlesti, qua angeli, & sancti feliciter fruuntur. Sequitur in euangelio.

Nota.

Esai. 6.

Matth. 3.

Esai. 9.

Declamatio decimasexta

Text.

¶ Et aperiens os suum docebat eos dicens:  
Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum  
est regnum caelorum.

Iob. 3.

¶ Verum dñs aperuit os suum, id est, coepit loqui, sic phrasis scripturae sacrae olim fuit. Unde in Iob scriptum est. Aperiens Iob os suum dixit. Hoc est respondit, vel loqui coepit. Et

Danie. 10.

in Daniele. Aperiensque os meum loquutus sum. Diuus autem Augustinus inquit. Quod aperuit os suum, ubi ipsa mora comedat aliquanto longiorem futurum sermonem. Et

S. Gregor.

li. 5. moral.

sanctus Gregorius. li. 4. moralium. Ubicumque legitur, quod dñs aperuit os suum, inspiciendum est, quia magna sunt quae sequuntur. Mira res nisi in sacra pagina huiusmodi locutio inueniretur, pro vicio duceretur. Pleonasmus, id est, adiectio superflua dicitur. Quis unquam loqui potuit nisi aperiret os suum?

Hebr. 1.

at in sanctis literis potissimum hic aliquid mysterij habet locutio isthaec. Loquebatur quodam Deus patribus per prophetas & angelos, nunc vero locutus est nobis pater in filio suo, quem constituit heredem vniuersorum, per quem fecit & secula. Aperuit os suum: ac si dicat, qui loquebatur, ecce adsum. O qualem charitatem nobis ostendit Deus,

multi

In festo omnium Sanctorum. 398

multi reges & prophetae desiderauerunt audire Christum, non tamen audire. Vtinam cum sponsa quisque nostrum diceret. Anima mea liquefacta est, ut dilectus locutus est. En iam non per creaturas, non per prophetas angelos ve, sed per seipsum filius Dei vocat nos, & audire eum nolumus. Qui enim non audierit illum, ego vltor existam, ait pater. Quid multa? qui triginta annis operibus sanctis loquutus est nobis, nunc ore suo sacro haec paradoxa sanctissima de promptit ab omnium hominum opinione maxime abhorrentia. Quando quidem Saluatoris dogmata omnium philosophorum doctrinam superat, omnem intellectum exuperat. Caeterum sacra scriptura velut os domini erat per quam dominus loquebatur populo suo, tamen hoc os clausum erat umbris & typis multis, adeo ut vix pauci spirituales scripturam intelligerent, donec venit Christus. Hinc in Esaiam legimus. Erat eis visio quasi liber clausus, in cuius typo Moses faciem velabat coram populo, & adhuc velamen positum est super cor Iudaeorum, nec auferretur donec in Christum credant. Hoc velamen in morte Christi scissum est, a summo usque deorsum, quia solus agnus dignus fuit aperire hunc librum & soluere septem eius signacula. Sedit

Luca. 10.

Canti. 5.

Deu. 18.

Nota.

Esai. 29.

Exo. 36.

Apoca. 5.

fas

Declamatio decima Sexta  
fas erit cuncta quæ sacrosancto ore suo pro-  
tulit penitus rimari. Ait enim.

**Text.** *¶ Beati pauperes spiritu, quoniam ipso-  
rum est regnum caelorum.*

¶ Mira res fratres, vnde auspicari Saluator  
incipiat euangelium, nempe, à beatitudine,  
ad quã nostrapte natura omnes aspiramus,  
& eam toto nisu cupimus. Huc omnes labo-  
res & studia hominum tēdunt, ut beati sint,  
& requiē inueniant, quam extra Deum re-  
perire nemo valet, dicēte Dauide. Satiabor  
dum apparuerit gloria tua. Et sanctus Augu-  
stinus clamat. Fecisti nos domine ad te, &  
inquietum est cor nostrum, donec requies-  
camus in te, sapientes huius seculi nunc ob-  
mutescant, quorum alij in diuitiarum am-  
plitudine, alij in honore, alij in corporis for-  
titudine, alij denique in voluptatibus foelici-  
tatem posuerunt. Equidem euauerunt in  
cogitationibus suis, & dicentes se esse sapien-  
tes stulti facti sunt. Filius Dei in quo sunt o-  
mnes thesauri sapientiæ & scientiæ Dei, os  
suum benedictum aperuit, & ipse ait. Beati  
pauperes spiritu. En maximum legis veteris  
& nouæ discrimen. Lex illa diuitiarum abū-  
dantiā promittebat seruantibus eam, eua-  
gelium verò in paupertate sitam esse beatitū-  
dinem

**Psal. 16.**  
**S. August.**

**Ethi. 1.**

**Rom. 1.**

**Nota.**

In festo omnium sanctorum. 399  
dinem docet. Si audieritis me bona terræ co-  
medetis, olim aiebat Deus. Nunc autem vi-  
ce versa beatos appellat pauperes spiritu. Et  
ijs pollicetur dominus regnū coeleste. Vul-  
gus imperitum ait beatus populus cui hæc  
sunt. At contra qui sapientia patris est, hūc  
reflet errorem dicens, beati pauperes spi-  
ritu. Equidem impletum est quod rex Da-  
uid multis retro seculis prophetarat. Ape-  
riam in parabolis os meum, loquar propo-  
sitiones ab initio. Matthæus sic habet. Eructa  
bo abscondita à constitutione mūdi. Quid  
obsecro charissimi tam absconditum, quã  
in paupertate sitam fore beatitudinem? in  
mititate possessionem terræ, in fletu conso-  
lationem esse locatam? obseruandum quod  
non ait Matthæus, cōsulebat, aut suadebat,  
sed docebat eos. Vt ad omnes fideles do-  
ctrina hæc pertineat, vt enim omnes tenen-  
tur inimicos diligere, alioqui Deus nō dimit-  
tet eis peccata, ita paupertas spiritus omni-  
bus prædicatur, & saltim affectu diuitias cō-  
tēnere illos oportet. Qui non renunciauerit  
omnibus quæ possidet, & sequitur me non  
potest meus esse discipulus. Signanter ait.  
Beati pauperes spiritu: non qui necessitate  
coacti inopes sunt, sed qui sponte opes con-  
tempserunt ob Christi amorem. Non ex tri-  
stitia,

**Psal. 143.**

**Matt. 13.**

**Luce. 15.**



Declamatio decimasexta

2. Cor. 9.

stitia, aut ex necessitate, ait Paulus, hilarē dātorē diligit Deus. Hinc Græcè habetur. Beati mēdici, id est, qui quū diuitijs abundarēt, propter Dei amorē mēdici facti sunt. Itaq; nō modo ad monachos fœlicitas hæc expectat, sed ad omnes christicolas, reges, magnates, & diuites, quippè qui sic habent diuitias quasi nō habentes sint. Quique vtuntur hoc mundo tanquam non vtantur. Quē admodum Paulus apostolus inquit. Nihilominus religiosi, qui nedum affectu, sed opere apostolorum vestigia sectātes omnia rellquerunt, maiorē perfectionē habent: dicente Salvatore cuidā iuueni. Si vis perfectus esse vade & vende omnia quæ habes, & da pauperib⁹ & sequere me. Vnde sanctus Gregorius li. 4. moraliū. Sūt nōnulli qui ad comprehendēdū perfectionis culmē accincti, dū altiora interius appetūt exterius cūcta derelinquūt. Itaq; ad perfectionē charitatis vendicādā primū fundamētū est volūtaria paupertas. S. Tho. 2. 2. q. 186. art. 3. Sūma, nō fat est spōte diuitias relinquere, nā hoc pleriq; philosophi fecerunt, nisi amore Dei afflatus quis opibus renūciat, eam ob rem dominus dixit. Et sequatur me. Cæterū, quod beatus Augustinus, & Diuus Chrysostomus hūc locū de humilitate explicāt assertioni nostræ

nil

Mathe. 19.

S. Th. 2. 2.

q. 186. ar.

3.

In festo omnium Sanctorum. 400  
 nil officit. Equidem quisquis pauper amore Christi efficitur, simul humilis sit necesse est. Nōne sapiēte teste, Deus maxime odit pauperē superbū, & diuitē mendacē? super quē requiescet spiritus meus, nisi super humilē, & quietūtremētē verba mea? septuaginta autē sic habent. Super quē requiescet spiritus meus, nisi super pauperculū. Ecce pro humili pauperem verterunt, profectō omnis infœlicitas à superbia ortū habuit, vt in Lucifero & Adamo est videre. Si ergo per superbiam, & inflatum spiritum miser homo cecidit, sese humiliet oportet, vt super æthera eleuari possit in gloria. Irrefragabilis est Saluatoris sententia. Omnis qui se exaltat humiliabitur, & omnis qui se humiliat exaltabitur. Pauperes igitur spiritu sūt, qui sibi ipsis vilescunt, non alta sapiētes sed humilibus consentientes, qui nihil omnino ascribunt boni sibi, sed cum Dauide aiunt; non nobis domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Et alibi rex ipse clamat. Vnicus & pauper sum ego. O mirabilē humilitatē, quæ homines angelis similes efficit, o detestādā superbiam quæ ex angelis demones fecisti. Quid plura charissimi? iniciū omnis peccati superbia est. Equidē auersio à Decorationē peccati cōplet, & hoc pertinet ad superbiam

Eccle. 25.  
Esai. 66.

Esai. 14.  
Gene. 3.

Luce. 14.

Psal. 36.

Eccle. 10.

Declamatio decimasexta

biam per se ad alia autem peccata ex conse-  
quenti. Sic superbia habet rationem primi,  
& est principium & radix omnium pecca-  
torum. Sanct. Thom. 2. 2. q. 162. art. 7. Beati  
ergo pauperes spiritu, qui sese adeo demit-  
tunt, vt cum Abraham clamitent. Loquar  
ad dominum meum cum sim puluis & ci-  
nis. Et iterum cum Iob dicunt. Comparatus  
sum fauille, & cineri. Sequitur.

*Text.* ¶ Quoniam ipsorum est regnum caelorum.

*S. August.* ¶ Sanctus Augustinus super his verbis sic  
ait. Superbi appetant regna terrarum, sed  
humilium est regnum caelorum. Proprium  
enim est, vt qui se humiliat exaltetur. Vbi  
notandum, quod regnum caelorum interpreta-  
tatur gratia, iuxta illud. Regnum Dei intra-  
vos est. Nam per gratiam regnat Deus in cor-  
dibus nostris. Significat etiam euangelium.  
Vobis datum est nosse mysterium regni Dei.  
Id est arcana euangelij vobis reuelata sunt.  
Est & regnum Dei Christus Iesus. Vnde di-  
scipulis dixit, dicite, Appropinquabit in vos  
regnum Dei. Hoc est, statim inuiset vos Mes-  
sias magister noster. Est triplex regnum quo  
humilibus, & pauperibus spiritu datur. Illis  
impenditur gratia Dei, dicente Iacobo. Deus  
superbis resistit, humilibus autem dat gra-  
tiam.

*S. Th. 2. 2.  
or. 162. ar.  
7.*

*Iob. 30.*

*S. August.*

*Luce. 17.*

*Luce. 10.*

In festo omnium Sanctorum. 401  
tiam seis praedicatur euangelium. Praedicare  
pauperibus misit me, Et tandem humilibus  
caelestis beatitudo promittitur, vt qui diui-  
tias terrenas vltro spreuerunt, caelestes the-  
sauros possideant perpetim. Mira res, pro  
rebus futilibus, quae vellimus nollimus in  
morte relinquemus, regnum caelorum pol-  
licetur nobis Saluator. Omnificentia sum-  
mi numinis, vbi omnia praecpta eius im-  
pleuerimus, serui inutiles sumus, & nihilo-  
setius se ipsum nobis in premium praebet.  
Pulchre regalis citharedus dixit, largitatem  
summi numinis delineas. Extendit manum  
suam in retribuendo, ecce quam longe Chri-  
stus a mundo abest, mundus ad regna mo-  
deranda eligit, fortes diuites, & potentes,  
rex regum Christus eos euehit in regnum  
caelorum qui pauperes, & abiecti, & vere hu-  
miles sunt. Enimvero quia se & sua dede-  
runt Christo, Christus & omnia eius bona  
eis dantur. Sicut in Canticis sponsa canit.  
Dilectus meus mihi, & ego illi. Et iterum, e-  
go dilecto meo, & ad me conuersio eius.  
Felix anima quae sine furo, corde & ore  
quotidie id ipsum concinit, Sed iam obse-  
cro, quid causae est, quod Saluator non ae-  
que beat diuites qui probe diuicijs vtun-  
tur, sed pauperes spiritu? quando quidem  
Ec diui-

*Iacob. 4.*

*Psal. 45.*

*Canti. 2.*

*Canti. 7.*

*Questio.*

Declamatio decimasexta  
diuites spiritu qui sua in subleuandis paupe-  
ribus distribuunt foelices erunt. Ratio est,  
quia voluntati nostrae non subiacet, diui-  
tias vendicare & locupletes fieri. At con-  
sta ob Christi amorem relinquere omnia  
in voluntate nostra situm est, domino opi-  
tulante. Veruntamen diuites huius seculi  
qui auaritia se dedunt, maledictionem illam  
vehementer timeant. Vae vobis diuitibus,  
qui hic habetis vestram consolationem. Ita  
que qui pauperibus benedixit, is ipse inter-  
minatus est auaris aeternam poenam. Et de  
prima beatitudine sit satis.

Luc. 6.

Tex. *¶ Beati mites, quoniam ipsi possidebunt  
terram.*

S. Ambro.

¶ Pulchrè post primam beatitudinè, quae in  
paupertate spiritali, & humilitate colloca-  
tur secunda haec sequitur. Quid enim mihi  
prodest si diuitijs caream, nisi mitis fuero? haec  
sanctus Ambrosius. Si quis autem scire affectat  
qui sint mites, Augustinum auscultet. Mites  
sunt qui improbitatibus cedunt, & non resi-  
stunt in malo, sed vincunt in bono malo: si  
nulli vim faciunt, imò læsi facile condonant  
iniuriam. Malum rem perdere quam contendere,  
& pluris faciunt cõcordiam, quam latifundium.  
Quibus tãdè optabilior est quæta paupertas  
quam

In festo omnium Sanctorum. 402  
quã rixose diuitie, ecce quã foelices sint qui  
hac virtute facti in sancta ecclesia viuunt. O  
nouam dilatandæ possessionis rationem, plus  
impetrat à transgressoribus mansuetudo,  
quã per fas & nefas pare aliorum rapacitas.  
Immitis & ferox dominus, nec hoc habet  
quod possidet. Hinc Moses maximis enco-  
mijs effertur quod mitissimus fuerit super  
omnes homines, is non vindictam sed veniam  
sorori detrahenti cõciliauit. Quid multis im-  
moror? Deus qui suavis est, & mitis, mites  
tantum docet vias suas, vti in psalmo legi-  
mus. Nonnè tanquam speculum Saluator  
se ob oculos nostros ponit, vt mansuetudi-  
nem & mititatem ab ipso discamus? discite o  
filij à me, quia mitis sum & humilis corde.  
Sum in opere considerandum, quod patiens  
perfert aduersa, & fortiter sustinet, mitis au-  
tem ouanter in bono superat malum. Vnde  
potior & excellentior est mitis mansuetus.  
Hoc nomine Saluator nobis commedatur  
à Zacharia. Ecce rex tuus venit tibi mansue-  
tus. Heu fratres, ratio quia non sumus mi-  
tes alia non est, quoniam non mortui su-  
mus mundo. Sequitur quod premium mi-  
tes expectet.

Nota.

Deute. 12.

Psal. 24.

Math. 11.

Zacha. 9.

¶ *Quoniam ipsi possidebunt terram.* Tex.

Ee 2

¶ Nem

### Declamatio decima sexta

¶ Ne in p̄ hereditario iure terram possidēt  
qui se ipsos possederūt, & proprios affect⁹ ra  
tiōi subegerūt, possidebūt terrā mites, quia  
**Psal. 36.** in psalmo scriptū est. Māsuēti h̄reditabūt  
terrā. Nō utiq; terra h̄c illa est, quæ lacte  
& melle manabat, quippē quā Iosue diuisit  
Israelitis. Etenim illa fere in lōgitudine .56.  
leucas habet, in latitudine verō. 16. ut exa.  
**S. Hieron.** cte beatus Hieronymus ad Domasum scri  
bit, sed terra h̄c ea est, de qua psalmogra  
**Psal. 118.** phus. Portio mea domine in terra viuen  
tium, vbi nullus metus mortis, sed sempl  
terna vita adest, verum terra h̄c morien  
tium est, & non viuentium. Vnde sanctus  
**S. Augu.** Augustinus. O vita morientium, & mors  
**S. Hiero.** viuentium. Et Diuus Hieronymus. Quoti  
die morimur, quotidie mutamur, & tamen  
æternos nos esse dicimus. Possident mites  
terram illam desiderabilem nunc in spe, po  
stea possidebunt in re. Rursus possident to  
tum orbem cuncta contemnendo. Diuites  
autem potius possidētur c̄sus sui serui. Est  
**Pro. 13.** diues cū nihil habeat, & est pauper cum in  
multis diuicijs sit, teste Salomone, & Apo  
stolus ait. Tanquā nihil habentes & om  
nia possidentes. Quid obsecro deesse pote  
rit habēti Christū, qui est omnia in omnib⁹  
haud dubiē qui hūc thesaurum habet tā est  
locu.

In festo omnium Sanctorum. 403  
locuplex vt nulla re indigeat. Deniq; mites  
possidebunt terrā sui corporis sensus suos  
moderando, ita vt non tribulos & spinas de  
lictorum proferat, sed rubentes rosas, & cā  
dētia lilia. Hoc est sancta desideria, & opera  
Deo nostro gratissima faciat, cum Dauide  
verē mitis decantans. Cor meum & caro **Psal. 83.**  
mea exultauerunt in Deum viuum. O ter  
quaterque beatus, qui ad tantę perfectionis  
culmen conscendit.

*Beati qui lugēt, quoniā ipsi cōsolabūtur.*  
¶ Mira sententia h̄c est, & contra vulgi o  
pinionem prolata. Siquidē homines omni  
solertia, totoque cōnato, eo enituntur, vt e  
xultent, & gaudeant. Vnde sanctus Iob de  
improbis ait. Tenent tympanum, & citha  
ram in manu, & gaudēt ad sonitum organi.  
Sed quid sequitur? ducunt in bonis vitam  
suam, & in puncto ad infernum descendūt.  
Sic enim extrema gaudij luctus occupat, &  
risus dolore miscēbitur. Non ergo verē poe  
nitentes terrenis gaudijs afficiuntur sed flē  
tes, & ingemiscētes dñi pietatem & clemen  
tiā suppliciter precantur. Profectō fr̄ atres,  
h̄c beatitudo veluti gradus tertius est scale  
Iacob, quæ etsi in terra fixa erat, tamē coeli  
altitudinē tāgebāt. Claritas Dei eā illumina

Beatitudo  
tertia.

Iob. 21

Gene. 28.  
Figura.

Ee 3 bat,

## Declamatio decimasexta

bat, & dñs erat enixus scalæ, necnō per eam  
angeli descēdebāt, & ascēdebāt. O mirabile  
mysteriū, perinde ac terrā tāgit hęc scala, v-  
bi primus gradus diuitiarū remittit, & humi-  
litas præcipuē cōmēdatur: enimvero radix  
omniū malorū cupiditas est. Deinde miti-  
tas laudatur, & ei terra viuētū promittitur.  
Nūc luctus, & fletus maximē eō mēdatus  
est, adeō vt fœlices appellentur lugētes: sed  
iā videte obsecro dñm Iesum enixum scalę  
huic. Haud dubiē paupertatē sic amauit, sic  
tāquā spōsam vnicē eā dilexit, vt ex pauper-  
culā virgine Maria nasci dignaretur. In di-  
uersorio natus in præsepio reclinatur, quia  
teste Luca, nō erat ei locūs in diuersorio. Mi-  
rabile dictū, sic inopia fuit affectus, vt vbi ca-  
put suū reclinaret, quandiu vixit non habe-  
ret. Vnde Paulus. Qui cū diues esset, inops  
factus est, vt eius inopia vos diuites essetis.  
Quā fuerit mitis Baptista sanctificatus indi-  
cat. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata  
mundi, in cuius typo Moses mitissimus vo-  
catur super omnes qui erant in terra. Ad-  
hęc, o quoties luxit nostra piacula, vt nos  
fere doceat, quæ verē animæ incommoda  
sunt. Fleuit nascens in diuersorio, iuxta il-  
lud sapientis. Primam vocem emissi plorās  
similem filijs hominum. Fleuit super ciuita-  
tem

Nota.

Luce. 2.

2. Cori. 8.

Sapi. 7.

In festo omnium Sanctorum. 404  
tem calamitatē Hierosolymæ prophetans,  
fleuit rursus in suscitatione Lazari, & deni-  
que in cruce pendens fusus lachrymas fu-  
dit, dicente Paulo, in diebus carnis suæ, cū  
orasset cū lachrymis, exauditus est, pro sua  
reuerentia. Sic per omnes gradus huius sca-  
lę enixum inuenies dñm, nam esuriit & siti-  
uit iustitiam; ita vt pro ea mortem subierit.  
Mundus corde fuit, & misericordiā toti mun-  
do prestitit. Persequutus est, & iniurijs lace-  
sus. Agite fratres precor ne paucatis scāde-  
re per hęc scalā, en dñs enixus est ei, vt adiu-  
uet ascēdentes, ne deficiāt. Quin & omnes  
sancti patriarchę, prophete, apostoli & mar-  
tyres, confessores, & virgines per hęc scalā  
in cœleste regnū ascēderūt. Equidē paupe-  
res spiritu, mites, & lugētes, esuriētes, & sitie-  
tes iustitiā, misericordes corde mūdi fuere.  
Alioqui regnum cœlorum non possiderēt.  
¶ Cæterū, nō omnes lugētes Saluator beat,  
sed eos dñtaxat, qui pro re seria tristatur, est  
quidē teste Paulo tristitia secūdū seculum,  
quæ nimirū mortē operatur. Talis fuit me-  
lilitia Cain pessimi, & Iudę traditoris, quiq;  
desperātes in baratrū descēderūt. Quidē or-  
bitatē diuitiarū, de incōmodo tēporali pl<sup>o</sup> q;  
quo lugēt, ij nō beati, sed bismiseri sūt in hac  
vita iacturā patiūt, & post mortē flāmis ppe-  
tuis cruciabū

Hebre. 5.

Nota.

2. Cori. 8.

Declamatio decima sexta

būtur. Est & alia tristitia secundū Deū, quip-  
 pē quæ salutē operatus stabilem, & perpe-  
 tuam. Hæc habuit sancta illa mulier Magda-  
 lena, quæ ter lachrymata est. Primò pro deli-  
 ctis suis, vbi lachrymis rigauit pedes domi-  
 ni in domo pharisæi, & inibi consolationē  
 non vulgarem à Christo accepit: ex cuius  
 ore faustissimum illud nūcium audiuit. Va-  
 de in pace, remittuntur tibi peccata tua. Se-  
 cundo, fleuit pro fratre suo Lazaro mor-  
 tuo, & suscitatu illū suscepit. Sic decet nos  
 peccata aliorū flere, vt Deo placeamus. Sa-  
 muel luxit super Saule, n regem, qui rebel-  
 lis fuit Deo. Dauid etiā aliorum scelera de-  
 flebat dicens. Vidi præuaricantes & tabesce-  
 bā, quia eloquia tua non custodierunt. Eo-  
 dē modo Paulus, flens de inimicis crucis lo-  
 quebatur. Bonū est propria flere facinora,  
 lōge verò melius aliena tāquā propria inge-  
 miscere. Tertio, deniq; fleuit Magdalena de  
 absentia Christi. Stabat autē ad monumētū  
 foris plorās, nec à fletu destitit cōspectis an-  
 gelis donec angelorū dū invidit adorauitq;  
 cū spōsa dicēs. Inueni quē diligit anima mea  
 Tenui eū, nec dimittā. Ad eādē imaginē san-  
 cti viri plorāt, nō pro opib⁹, aut honorib⁹ ac-  
 quirēdis, nō de iactura eorum tristatur, sed  
 quia sum opere videre Deū affectat. Eā ob  
 causam

Luce. 7.

1. Re. 15.

Psal.

Phili. 3.

Ioan. 20.

Canti 3.

In festo omnium Sanctorum. 405  
 causam quotidie sæpenumero dicunt. Fue-  
 runt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte  
 dam dicitur mihi quotidie. Vbi est Deus  
 tuus? & eodem affectu alibi clamat. Heu mi-  
 hi quia incolatus meus prolongatus est. Id  
 quæ flamigerō desiderio Apostolus depo-  
 scebat inquiring. Desiderium habens dissol-  
 ui, & esse cum Christo. Ecce quos fletus do-  
 minus laudat, & quibus consolationem pol-  
 licetur. Nempe, ijs qui pro suis, & alienis de-  
 lictis deflent, & in collatum suum ingemiscē-  
 tes Christum Iesum facie ad faciem intueri  
 concupiscunt. Væ vobis qui ridetis, quia lu-  
 gebitis vos. Væ iterum mulieribus, id est, ef-  
 foeminatis hominibus Adonidem flētibus.  
 Nam hæc abominatio in conspectu domini  
 vulgaris non est, vt ipse Ezechieli ostendit.  
 O quot lachrymæ frustra effunduntur quo-  
 tidie, plangunt homines quæ plangenda nō  
 sunt, cum lachrymæ antidotum sint, quod  
 vulnera animæ sanant. Non opes restituunt,  
 non honores perditos resarciunt, sed pecca-  
 ta ipsa delent. Ecce mare rubrum, in quo tā-  
 rex tyrannus Pharaon, quam Cunei eius sub-  
 mersi pereunt. Diabolus & satellites illius  
 omniaque peccata lachryma um vndis pe-  
 reunt. Nonne veluti secundum baptismum la-  
 chrymæ sunt, quibus anima abluta niue cā-  
 didior

Psal. 41.

Psal. 119.

Phil. 2.

Luc. 6.

Ezech. 8.

Exo. 10.

Figura.

S. Chryso.

E e 5

didior

Declamatio decimasexta

didior euadit? Beati qui lugent, non vt pue-  
ri nescientes causam sui letus, sed qui po-  
nitentiam agentes lachrymis peccata sua  
diluunt.

Tex. *¶ Quoniam ipsi consolabuntur.*

¶ Mira res in medio lachrymarum Spiritus  
sanctus; qui paracletus, id est, consolator in  
re dicitur, solamen mirabile præstat, ijs qui  
tristitiam habent secundum Deum. Testis  
fit regalis Propheta qui dixit. Secundū mul-  
titudinem dolorum meorum in corde meo,  
cōsolationes tue letificauerunt animā meā.  
Enimvero, qui sapiēter vt tetigimus luget,  
signum. Tanti frōte gestant, ne angelus dñi  
percutiat eos, veluti in Ezechiele legimus.  
Tandem ijs sunt qui quasi tristes incedunt,  
semper autem gaudent. Venite adoremus  
fratres & procidamus ante Deū. Ploremus  
coram dño, quia ipse fecit nos. Nos autē po-  
pulus eius, & oues pascuæ eius. O desiderium  
& somnolentiā nostrā, equidē si christiano  
pectore reputaremus, nostrorum peccatorū  
colluuiē, hæreticorum phalāges, turcarum &  
sarracenorum exercitus, si redēptionis no-  
stræ inertia, & alia id genus mala expēdere-  
mus, nullus esset lætitiæ in nani locus. Quin  
& cū Ieremia toto exclamaremus pectore,  
Quis

Psal.

Ezec. 9.

Psal. 94.

Ierem. 9.

In festo omnium Sanctorum. 406

Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis  
fontem lachrymarum, & plorabo interfe-  
ctos Israel. Proculdubio eharissimi in valle  
lachrymarum cōmorantes magis flere oportet  
nos, quā ridere. Nūc tēpus est flendi, &  
post exhalatam animā tempus erit ridendi.  
Qui vero prepostere agūt in gehennā ibūt,  
vbi erit fletus & stridor dentium. Nunc ad  
quartam beatitudinem accedamus.

*¶ Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiā,  
quoniam ipsi saturabuntur.*

Beatitudo  
quarta.

¶ Quam optimè post fietum sanctum, cui  
vinum illud regium, id est, gaudiū Spiritus san-  
cti datur, vt merentes bibant, & inebrientur  
obliti scātūq; laborū suorū, esuries & sitis  
iustitiæ sequitur. Nempè, esuries hæc nihil  
aliud est quā flagrans desiderium, ad ea que pia  
& bona sunt patrāda. Esurit & sitit iustitiā,  
qui in hoc totus est, totisq; conatibus huc  
tendit, vt iustus sit. O famem, o sitim foelicis-  
simā, & modis omnibus affectandam. Iij fa-  
nè qui ita esuriunt, de virtute in virtutem  
gradiuntur, donec videant Deum deorū in  
Sion. Enimvero, vt sitiens & esuriens non  
quiescit donec cibum & potum inueniat,  
quibus alatur, sic qui verè iustitiam e-  
surit & sitit, minimè conquiescit, nisi

Pro. 3 1.

Psal. 83.

quoti-

Declamatio decimasexta

Apoc. 22. quotidie opera pietatis exercent. Nam iusti-  
 tia cibis & potus ei est: qui sanctus est, san-  
 ctificetur adhuc. Ac si dicat non pigrescat  
 in via hac, donec ad regnum coelorum deue-  
 niat, hanc esuriam regius Psaltes patieba-  
 tur, quando in Psalmo dixit. Sicut ceruus  
 desiderat fontes aquarum, ita desiderat ani-  
 ma mea ad te Deus, & iterum. Anima mea  
 Psal. 142. sicut terra sine aqua tibi, & alibi. Vnam pe-  
 Psal. 26. tij hanc requiram vt inhabitem in domo do-  
 mini, omnibus diebus vitae meae. Quid plu-  
 ra? Sancti veteris legis sic Messiam esurie-  
 bant, vt panem vinum, quo nos nunc sagi-  
 namur in sancto altari. Ipse enim factus est  
 nobis à Deo iustitia sanctificatio, & redem-  
 ptio. Christum sitiebant: nam petra deserti  
 ex qua riuus aquarum dimanarunt Christum  
 adumbrabat, Apostolo contestate. Rursus,  
 iustitiam sitit & esurit, qui amore Dei accen-  
 sus gloriam eius in omnibus quaerit. Is eum  
 Exod. 32. Mose descendens de monte Idolatrias inter-  
 ficat, affectus prauos enecat: necnon cum  
 Helia quadringentos Prophetas Baal iugu-  
 3. Reg. 18 lat, dicens. Zelo zelatus sum pro domo Dei.  
 Denique qui desiderio iustitiae flagrat cum  
 2. Cor. 12. Apostolo ait. Non quaero quae vestra sunt  
 sed vos. Imò omnia tanquam stercore repu-  
 tat, vt Christum lucrifaciat. O nimium infœ-  
 lices

In festo omnium Sanctorum. 407  
 lices qui non esuriunt & sitiunt iustitiam,  
 quique falso aiunt seipso decipientes: di-  
 Apoc. 3. uites sumus & nullius egemus. O cœci, pu-  
 tant se aliquid esse cum nihil sint, sic pro-  
 priam miseriam non agnoscentes in bono  
 torpent. Profectò tales famem patientur vt  
 canes, & circuibunt ciuitatem, non tamen  
 intrabunt in eam, sed foris manentes poenas  
 dabunt commeritas, quin vt testis est Da-  
 uid. Esurientes & sitientes, animæ eorum in  
 Psal. 106. ipsis deficient. Eò quòd terrena ambientes,  
 miserè ceciderunt. Atqui, sitientes iustitiã  
 saturitatem accipient. Vnde sequitur.

*¶ Quoniam ipsi saturabuntur.*

Text.

¶ Ita res habet, quod quamdiu in hac cala-  
 mitosa vita degimus, plenam satietatem iu-  
 stitiæ vendicare non possumus. Sæper quã-  
 tum vis boni, aliqua ex parte miseri sumus.  
 Aderit vera saturatio, vbi gloriam Dei in-  
 tuentes, beati erimus, dicente Davide. Sati-  
 Psal. 16. bor dum apparuerit gloria tua, & iterum.  
 Benedic anima mea domino, & omnia quae  
 intra me sunt nomini sancto eius, qui replet  
 in bonis desiderium tuum, & in Apocaly-  
 pti habetur. Non esurient neque sitient am-  
 Apoc. 7. plius, nec cadet super illos sol. Idq; in Esaia  
 legimus cap. 49. Quid quod in hac vita iusti  
 Esa. 49. quan-



Declamatio decimasexta

**Esa. 65.** quādam saturitatē habēt, quā improbi prorſus ignorāt. Vnde dñs in Eſaiā ſic ait. Serui mei comedēt, & vos eſurietis, & regius Prophe- tā. Edēt pauperes & ſaturabūtur, & laudabūtur dum qui requirūt. Planē veritatis plena ſententia illa eſt. Qui edūt me, adhuc eſurient, & qui bibūt me, adhuc ſitiēt. Nihil oſetiūs, eſt quādam ſatietas pijs viris in hac vita, quā nemo nouit niſi qui accipit, ſicut de māna abſcondito Ioannes in ſua Apocalypſi refert.

**Apo. 2.** O nos beatos fratres, ſi ab his terrenis abdicati iuſtitiam eſuriamus, eamque flagranti deſiderio ſitiamus, proſecto ſuo tempore ſatiabimur, nunquam eſurientes. Nec non in hoc mortali corpore commorantes, inter tot labores & calamitates ſatietatē quādam ſentiemus, diua Maria teſtāte. Eſuriētis impleuit bonis, & diuites dimiſit innanes.

**Luc. 1.**

**Beatitudo quinta.** ¶ *Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur.*

¶ Poſt eſuriam & ſitim, qua homines pijs aſficiuntur iuſtitiam deſiderantes, quibus parata eſt menſa regalis in cælo, de qua dominus. Multi veniēt ab Oriēte, & Occidente, & recūbent cū Abrahamā Isaac & Iacob. Commodiſſime de miſericordia in fratres ſequitur. Iuſtitia quidē quā alūni Chriſti appetunt,

In feſto omnium Sanctorum. 408

tūt, amorē Dei & proximi amplectitur. Hoc **1. Ioh. 4.** præceptum habemus à Deo, ait Ioannes, vt qui diligit Deū diligat & fratrem ſuū. Beati miſericordes, quoniā ipſi viciffim miſericordiā cōſequentur. Vulgus eos exiſtimat foelices, qui iuuantur ab aliena beneficentia, & ſubleuato gratulantur, magis quam ſubleuanti. At Chriſtus, beatos pronunciat miſericordes, qui que pro charitate fraterna, alienam miſeriam ſuam eſſe ducunt, & proximi malis indoleſcunt, de ſuo paſcunt egentem, nec nō & cōdonant peccanti. Denique quicquid habēt dotis, id alijs ſubleuādis impēdunt. Incredible dictu, quantū mens noſtra gaudeat neſtare hæc verba ex ore benedicto Saluatoris audiens. Proſectō imaginem expreſſam & politam ſuæ munificentiae erga nos ob oculos habemus, dum miſericordiā ſuam pollicetur, temporariam miſericordiam operantibus. O munus mirabile, o cōmutationem ſtupendam. Remiſiſti fratri vindictā momentaneam, tibi Deus remittet poenā æternā. Si dimiſeritis hominibus peccata eorū remittet pater veſter cœleſtis peccata vobis. Subleuaſti tuā pecunia fratris inopiam, tibi Deus reddet cœleſtes opes. Mira res, apud homines miſericordes pauperelcunt, dum largiendo facultates **Matth. 6.** exhau-

Declamatio decimasexta

Duplex mi  
sericordia.

exhauriuntur, sed haud dubie apud Deum locupletatur, dum exhausto scrinio, pectus pietatis fructibus cumulatur, & in coel. sti regno thesauros incorruptibiles pius homo recondit. Observatione dignum est, quod sicut duplex est miseria in hac vita, videlicet corporalis & spiritalis, sic bifaria est misericordia, quam in fratres operari possumus. Qui opibus non abundat, & egenti elemosynam dare nequit, saltem pro eo oret, & condoleat, & sic mercedem recipiet. Ecce dominus nobis adimit omnem excusationem, ratio quia non e penu, sed ex corde potissime misericordia dimanat; hinc sanctus Augustinus ait. Misericordia est alienae miseriae in corde nostro compassio, qua cum possumus subuenire compellimur. Notanda sunt verba aurea huius doctoris, ne quis se ipsum decipiat, ubi compatitur pauperi, non autem eum subleuat cum possit, is sane misericors non est. Qui viderit fratrem suum necessitatem habere, & habens substantiam huius mundi, clauserit viscera sua, quomodo charitas Dei est in illo? Verum si misericordia vera est, ad eam exercendam compellimur. Alioqui fucata misericordia erit. S. Thom. 2. 2. q. 30. ar. 1. O mirabilem summi numinis providentiam, ita Deus optimus

S. August.  
li. 9. de civ.

1. Ioan. 3.

In festo omnium Sanctorum. 409  
mus sui corporis mysticivoluit compagem constare, ut non omnibus omnia, nec omnia singulis quanquam largiri posset, sed alteri plus, alteri vero minus dedit, ut homo hominem iuaret, tanquam membrum suum. Omnes unum corpus sumus in Christo, aliter autem alterius membrum: sic multivna charitatis compage copularentur. Caritas ni fallor, vinculum est totius perfectionis, teste Apostolo. Cauendum tamen, ne nostra misericordia ex necessitate, aut tristitia oriatur, sed ex charitate: hilarem enim datorem diligit Deus. Rursus enitendum est, ne ut Pharisei tuba insonante elemosynam faciamus, alioqui audiemus illud. Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. Quomodo misericordia spiritalis excellentior sit corporali, quia nobilior illa est, fusius tractat. S. Tho. 2. 2. q. 32. ar. 4. O hominum execranda coecitas, putant quod elemosynae opes suas minuant, cum vere pauper plus diuitiarum relinquat, quam accipiat. Nonne Helias a vidua Sareptana elemosynam accipiens pro pugillo farinae, & parte minima olei, duos dedit fontes farinae & olei, qui toto famis tempore manauerunt? Ecce non modo pietas in pauperes spiritalia dona prestat, sed temporarias res auget. Caeterum qui

Eph. 4.

1. Cor. 1.

2. Cor. 9.

Matt. 6.

S. Th. 2. 2

q. 32. ar. 4

3. Reg. 17

Ff

alteri

Declamatio decimasexta

Sapient.  
Eccles. 30.

alteri miseretur, seipsum inspiciat, ne peccatis subiaceat. Nam qui sibi malus est, cui bonus erit? Quisquis est peccato obnoxius audiatur Sapiens qui ait. Miserere animæ tuæ placens Deo, id est, primo tibi misericordiā impende, exi à peccato, & poenitentia age. Anima tua esurit, da ei cibum salutarem verbi Dei. Sitit, exhibe ei potum lachrymarū, & fiet in fons aquæ viæ salientis in vitam æternam, ceu de Samaritana Ioannes recenset. Captiua manet sub diaboli imperio redimeam elemosynis & præcationibus assiduis. Miserere animæ tuæ placēs Deo. Quod si misertus tui in melius vitam tuam mutaueris, tunc Deo excelso satis grata erit elemosyna tua. Respexit dominus ad Abel, & ad munera eius, ad Cain vero non respexit, nec munus illius igne coelico consumptum est. Sequitur ineffabile premium pijs hominibus promissum.

Gene. 4.

Text.

*Quoniam misericordiā consequentur.*

Pro. 19.

¶ Fas enim est, ut misericordes misericordiam inueniant suo tempore, nam qui miseretur pauperis, foeneratur Deo, & iterum Salomon. Qui sequitur misericordiam inueniet vitam, & qui pronus est ad miserendum

Pro. 21.

benedicetur; at contra, iudicium sine misericor-

In festo omnium Sanctorum. 410  
ricordia fiet ei, qui non fecit misericordiam. O terribilem sententiam, quis adeo stupidus, qui non contremiscat? nempe misericordia est quæ nos filios Dei constituit, iuxta illud. Estote misericordes, sicut pater vester celestis misericors est, & sequitur, ut sitis filij. &c. Nunquid non in extremo iudicio, de misericordia maxime erit discussio? Esuriui & dedistis mihi manducare, sitiui & dedistis mihi bibere. Venite benedicti patris mei percipite regnum, quibus Christi hoc dicitur. Hirci steriles & immiser cordes maledictionem accipient, & in ignem æternum cum satana mittentur cruciandi. Hanc ob causam diuiti epuloni gutta aquæ denegata est, & negabitur in perpetuum. Spreuit quidem Lazarum mendicum, & mensæ suæ micæ denegauit. Agite fratres, misericordiae operibus incumbite, nam beatus qui intelligit super egenum & pauperem. In die mala, id est, in morte, & in iudicio nouissimo, liberabit eum dominus. Dominus conseruet eum, & viuificet eum, & beatum faciat eum in terra, & non tradat eum in manus inimicorum eius. Ecce quot bona homo misericors consequitur. Illud obsecro charissimi arctius cordi vestro figite, quod qui pauperi benefacit, Deum constituit

Iaco. 2.

Matt. 6.

Matt. 25.

Luc. 16.

Psal.

Declamatio decimasexta

Matt. 25.

debitorem, dicente domino. Quod vn ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Vbi li- quido comprehenditur eleemosynam fore sub præcepto. Ratio, quia gehenna non da- tur nisi pro transgressione alicuius præce- pti. S. Tho. 2. 2. q. 3 2. ar. 7. Vnde beatus Am- brosius inquit. Pasce fame moriētem, quod si non pauidisti occidisti.

S. Th. 2. 2. q. 3 2. ar. 7

Beatitudo sexta.

*Beati mundo corde, quoniam ipsi Deū videbunt.*

¶ Pulchrè sexto loco hæc beatitudo poni- tur, quia sexto die homo rectus creatus fuit, id est, mundus, vt templum Dei foret purū & omnis immunditiæ expers. At lucifero suggerente munditiam & rectitudinem per- didit, quam ob rem cor mundare debet, vt Deum videre possit. Vbi notandum, quod cor mundū, voluntas pura & cādida est: vn- de dñs ait. De corde exeunt malę cogitatio- nes, furta, homicidia, hoc est, ex praua & im- munda voluntate, quæ est principium hu- manorum affectuum, perinde atque ex fon- te lutuoso pessima flumina scaturiūt. Quas ob res, modis omnibus laborandum erit, à quauis impuritate peccati cor emundare, quo pulchritudinem mirabilem Dei, cum angelis possimus intueri: sed vnde mundi-  
tia

In festo omnium Sanctorum. 411  
tia hæc inueniri potest? cum Sapiens cla- met. Quis potest dicere, mundum est cor meum? & Iob vir Dei ait. Cœli in conspectu eius nō sunt mundi, quanto magis abomina- bilis & inutilis homo, qui bibit quasi aquam iniquitatem? Quin & Esaias testante. Omnes iustitiæ nostræ sicut pannus menstruatae sunt. Audite fratres, nostræ nature mun- ditiam cordis habere nequimus, sed dono Dei & gratia eius coadiuante hunc innocē- tiæ candorem vindicare poterimus. Vnde opus habem⁹ oratione illa regis Dauid. Cor mundum crea in me Deus, & spiritum rectū innoua in visceribus meis. En qui paulò supe- rius corruptum ex delicto primi parentis obortam, & in genus humanum propaga- tam allegarat dicens. In peccatis cōcepit me mater mea, nunc cor mundum creari à Deo efflagitat, ac si dicat. Impertire mihi purita- tem animi, & vim illam per quā nihil nili re- ctum, honestum, & sanctū expetitur. Quæ renouatio spiritus si adsit, animus noster pu- rus, & incontaminatus manet. Laua à mali- tia cor tuum; ait dominus. Lachrymis ablu- ectus tuum, quod vt alter Naaman Sirus le- pra feda laborat. Ille in Iordane sese lauit ex prophetæ mandato, & facta caro eius est florida ceu caro pueri. Vade & tu pecca-  
tor

Pro. 20.  
Iob. 15.

Esa. 64.

Psal. 50.

Ierem. 4.

4. Reg. 5.

Declamatio decimasexta

Pro. 23. tor ad poenitentiae fluvium, sole ipso pu-  
rior, & candidior niue euades. Fili praebe  
mihi cor tuum. Mira res, qui in coelo millia  
millium angelorum habet, is quasi famem  
patiens cor nostrum postulat. Verum cor  
nostrum castrum Dei est, nemini tradamus  
illud nisi patri caelesti, cui totum quod su-  
mus iure optimo debemus, recte scriptum  
est. Omni custodia custodi cor tuum, quia  
ex ipso vita procedit.

Text. ¶ Quoniam ipsi Deum videbunt.

¶ Quandoquidē videre agnoscere est. Agno-  
scit autē Deū, & videt eū, non qui scrutator  
est maiestatis, sed qui fide sincera cor suū  
mundavit: is bonitatem eius intuetur, & af-  
fectum paternum, benignitatemque illius  
Ioh. 17. nō ignorat: imō testatur dominus agnitio-  
nē hanc esse vitā aeternā. Nonne fidē sanctā  
Apostolus Dei visionē appellat? Videmus  
nūc per speculū in aenigmate, postea facie  
ad faciem. O nimium infelices, qui cor foe-  
datū spurcitij innumeris habēt, ij Deū non  
videbūt, nisi aliquādo resipiscāt, & poenitē-  
tiā egerint. Beati vero erunt, qui mūdo cor-  
de fuerint, nō modo ab iniquo opere immu-  
nes, sed à quouis pravo affectu se custodie-  
rint. Tales planē limpīdissimo animæ ob-  
tutu

In festo omnium Sanctorum. 412  
tutu adhuc in corpore mortali Deū optimū Nota.  
cōtemplari quibūt. Corporis autē exuijs  
positis, facie ad faciem gloriam Dei videbūt,  
quo nil foelicius, nihilque gloriosius.

¶ Beati pacifici, quoniam filij Dei voca- Beatitudo  
buntur. septima.

¶ Vulgus mortalium beatos iudicat, qui re-  
bus ex animi sententia compositis, degunt  
in otio, neq; quēquam habent, qui sibi facer-  
sat negotium. At Christo iudice beati sunt,  
qui post quā ipsi cupiditatum omnīū rebel-  
lionē in animo suo compresserunt, student  
& inter alios dissidentes sarcire concordia.  
Nō modo non vlciscentes si quid læsi sunt  
ab alio, verum etiam sponte inuitates ad pa-  
cem. A quibus offensi sunt, talis erat qui di-  
xit. Cū his qui oderunt pacē erā pacificus, Psal. 119.  
& cum loquebar illis, impugnabant me gra-  
tis. Ij sanē tales sunt filij Dei vestigia imitan-  
tur, qui per sanguinem suum sacrum, paci-  
ficauitque in coelis, & quæ in terris sunt.  
Imō pacē dedit his qui prope, id est, Iudeis,  
& pacem largitus est his qui longe, hoc est,  
gentibus vtrumque populum in vnitatem  
fidei & charitatis copulans. Mirabile di-  
ctu, princeps pacis Iesus in passione sua, ty-  
rannus Herodem & Pilatum pacificauit: Luc. 23.

ff 4 nam

## Declamatio decimasexta

nam cum antea inimici essent, tunc amici facti sunt. Pax gemma est preciosa, quam omnia appetunt. Hanc sententiam probat tum diuus Augustinus. li. 19. de ciuit. Tum etiam sanctus Dionysius. lib. diui. no. cap. 9. Ad hæc pax supra concordiam aliquid addit: nam improbi concordiam habere possunt, pacem vero nequaquam, dicente Esaia. Nō est pax impijs. S. Th. 2. 2. q. 29. ar. 1. Itaq; pace magna fruuntur pii, vnde Dauid ait. Pax multa diligentibus legē tuam, & nō est illis scandalū. Erit ergo pacificus, vt iā attigim⁹, qui vires inferiores subegit superioribus, superiores autem vires eius obediunt Deo.

*Text.* *¶ Filij Dei vocabuntur.*

*1. Ioan. 3.* ¶ Mirabatur beatus Ioānes, & admiratione raptus dicebat. Videte qualē charitatē dedit nobis Deus, vt filij Dei nominemur & simus. Quid honorabilius hoc elogio? imò quid beatius? nec est inanistitulus, nā qui filius est, idē & hæres sit oportet. Quod si filij, ait Apostolus, & hæredes, hæredes quidē Dei, cohæredes autē Christi. Vē qui dissidia inter fratres semināt, quoniā ij filij diaboli sunt, quibus Saluator loquitur. Vos ex patre diabolo estis, & idē eius hæredes erūt, regnoque eius infœlici potentur sulphureis flam-

In festo omnium Sanctorum. 413  
flammis perpetim excruciatī. Nos autē fratres tam honorificum titulum existimantes, patris nostri cœlestis mores sequamur. Quique paratus est omnes peccatores brachijs extentis suscipere, modò resipiscant & veram pœnitentiam sponte amplectantur. Hunc tam beneuolum parentem totis viribus imitemur, cui nihil gratius quā qui sibi & alijs pacificus est, quique schismata, & hæreses pro sua virili extinguit. Qui denique fratrum dissidia quam primum sedare conatur. Tempus belli, & tempus pacis ait sapiēs. *Eccle. 3.* Patres antiqui debellarunt fortiter ex edicto Dei, ne gentes populum Israel penitus destruerent ex quo Messias nasciturus erat. Atqui, Christo nato, angeli pacem decātāt, quo iam homines pacem vnicē ament. Hinc pacifici beati vocantur, quia laudabilius est nunc occidi quam occidere, mori nobis pro Christo lucrum magnum est. Sed heu charissimi, quot homines pacem horrent, & in magno inscitiae bello viuētes pacem appellant. Tales pro nihilo habuerunt adoptionem filiorum Dei. Ad quos Deus clamat: *Sapi. 4.* Quomodò ponā vos in filios, vt dem vobis præclaram hæreditatem gentium? en affectum paternum quem erga nos Deus optimus habet. Quomodo ponam vos in filios, *Esa. 49.* Ff 5 inquit?

Declamatio decima sexta

Esai. 1.

Inquit? viscera paterna charitatis plena Indl cans, & alibi. Filios enutriui & exaltaui, ipsi verò spreuerunt me: ne igitur pater ipse vt degeneres filios nos respuat, pacem habeamus oportet, & fratribus nostris pacifici simus, eisq; pacē conciliemus, sic Deus pacis erit nobiscum, vti Apostolus nobis suadet.

Beatitudo. 8.

*¶ Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum caelorum.*

1. Cor. 13.

¶ Videte ait Diuus Petrus, ne aliquis vestrū patiatut vt fur, aut homicida: alludens ad hanc Saluatoris sententiam, qua beatos vocat eos qui ob iustitiam persequuntur. Iustitia ea est quæ iustos efficit homines: alioqui si quis patiatut propter castitatē tuendā, beatus nō erit nisi alioquin iustus sit. Si tradidero corpus meū ita vt ardeā, charitatē autē nō habuero nihil mihi prodest. Rursus persecutio quālibet poenā significat, quam quis subire tenetur propter veritatem, & pietatem. Signanter ergo ait, propter iustitiam, sunt sanē plerique, vt refert sanctus

2. Hiero.

Hieronymus, qui propter sua facinora plura paciuntur. Simul & considera, quod octaua verē circūcisionis martyrio terminatur, miran-

In festo omnium Sanctorum. 414  
miranda res, non personas persequentes distinxit Christus, nā parū refert, an gētiles, aut hāretici sint, qui te persequuntur. Etia si rex propter iustitiam te occiderit cū beato Baptista beat⁹ eris. Nō ergo aspicias quis te persequitur, sed propter quid: vnde sanctus Augustinus ait. Octaua beatitudo tanquā ad caput redit, quia cōsummatū, perfectūq; virū ostendit. Notādum, quod hactenus veluti arma prābuit nobis dñs septem beatitudines, aut septem virtutes prāclaras nobis commendans, nūc verò bellū indicat quod imminet in persecutione. Ecce ignis in quo Deus optimus electos suos examinat. Tanquā aurum in fornace probauit electos dominus: equidem in igne pallea fumat, & consumitur, aurum rutilat & perficitur. Quid obsecro iuuat ad tempus credere, & in tempore tētationis recedere? si verē iustitiam esurimus, ob iustitiā patiamur oportet. Beati quidē sum⁹ nō quādo mūdus nos honorat, laudat, & euehit, sed vbi nos persequitur, quia tūc sanctis similes sumus, imò regi nostro Christo assimilamur. Quippē qui ad nos quotidie clamat. Si me persecuti sūt, & vos psequēt. Stupeo quidē fratres quoties lego illud Pauli. Diligētib⁹ Deū oīa cooperātur in bonū. Tribulatio, angustia, mors & alia

S. August.

Luc. 8.

Ioan. 15. 4

Declamatio decima sexta

Roma. 8. & alia id genus, omnia proficua sunt viris sanctis. Improbis cuncta vertuntur in malū. Ratio, quia eis omnia, Maledicta sunt. Vnde  
Gene. 3. Adæ dictum est maledicta terra in opere tuo, & Moses ait. Si non audieris vocem domini venient super te maledictiones. O solatium mirabile, quod nobis pollicetur dominus si patienter aduersa feramus, regnū cœlorum brauium nostrum est.  
Deut. 28.

Text. *Quoniam ipsorum est regnum cœlorum.*

Not. *Quis pro tanto premio non cuncta etiā laboriosissima hilari fronte non subeat? quāta Græci, Romani, & per se ad amplificandū imperium pertulerint sermone nullus depromere potest. Auari paupertatem fugientes per equora & saxa, quot pericula, quot aduersa patiuntur, incerti tamen quomodo eueniat fors? nos verò orthodoxi, qui verbū Dei retinemus in corde, fideque ei hærem⁹, quanto magis nos decet ardua quæq; pati, vt cum rege nostro Christo regnemus?.*

Beatitudo nona.

*Beati estis cum maledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint, & dixerint*

In festo omnium Sanctorum. 415  
*runt omne malum aduersus vos mentientes propter me.*

¶ Quam sit vera sententia Pauli, quæ nobis necessariam patientiam fore asserit, vt volūtatem Dei facientes promissionem eius accipiamus, vel ex hoc verbo Saluatoris agnoscimus. Notandum, quod hæc beatitudo sola ad verbi incarnationem expectat, ideò in secunda persona ponitur mentientes propter me. Ac si patenter dicat, persecutio malorum innocentiam vestram nō auferet, sed profectò beatitudinem augebit. In medijs etiam malorum procellis vos beati eritis, quum vos diris exortationibus deuouerint, quum omni malorum genere impetierint, quum probrorū, & criminū omne genus in vos torserint, idque mentientes, non vestra culpa, sed odio mei, siquidem summa criminum erit esse christianū. Hinc sanctus Gregorius inquit. Quid autem poterit obesse vobis si homines derogent, & sola vos conscientia defendat? sed tamen linguas detrahentium, sicut nostro studio non debemus excitare, ne ipsi pereant, ita per suam malitiam excitatas debemus equanimiter tolerare, vt nobis meritum accrescat. Felix qui cum Apostolo serio dicit. Maledicimur &

Hebr. 10.

S. Gregor. in Exe.

1. Cor. 4.

nos



Declamatio decima sexta

nos benedicimus, persecutionem patimur & sustinemus, blasphemamur, & obsecramus. Sic Romanos ille docuit, ne cui maledictū p̄ maledicto reddāt: & David in psalmo 68. Propter te sustinui opprobriū, operuit confusio faciē meā: & alibi, maledicent illi, & tu benedices. Vtinā nos oēs homines maledicāt, iniurijs laceſsēt, modo nos Deus optim⁹ benedicat, benedicēdoq; in ethera p̄uehat. Et de beatitudinib⁹ impræsentiarū sufficiat.

**Psal. 68.**

**¶ SECUNDA PARS Declamationis.**

**¶ Gaudete & exultate, quoniā merces vestra copiosa est in caelis. Matth. 5.**

**¶** Gaudeamus mēte, exultemus corpore calamitatibus, & persecutionibus aduētātib⁹ eò quod merces nostra nō tantū magna erit sicut aliorū, sed copiosa in caelis. Vbi cœlos sanctus August. nō intelligit superiores partes huius mūdi visibilis, quia nō merces sanctorum in visibilibus collocanda est, sed in spiritualibus firmamētis, vbi habitat sempiterna iustitia. Sentiūt iam istam mercedē, qui gaudent spiritualibus: sed ex omni parte perficietur, cum mortale hoc induerit immortalitatem. Hæc Augustinus, & quidem pulchrē.

**S. Augus.**

In festo omnium Sanctorum. 416 pulchrē. Equidem Apostoli gaudentes ibāt a conspectu cōcilij, quoniam digni erāt pro nomine Iesu cōtumeliā pati. Verū ab impijs ob pietatē vituperari, laudari est. Ab ossorib⁹ Dei cruciari nō ē coronari est: nec est apud homines affectāda gloria, sed apud deū qui parēs misericors est. Fortia sunt hæc, & humanā medio critatē superātia, at cū Apostolo oēs, gratia Dei fulti clamare valebim⁹. Omnia possū in eo qui me cōfortat. Verū tamen hic lubet expēdere, cur merces vitæ æternæ vocatur? enim uerò paterfamilias procuratori suo dixit. Voca operarios, & redde illis mercedē. Nō ē merces operib⁹ debet? sed nos dū omnia mādata Dei fecerim⁹, serui inutiles sumus. Quomodo ergo ob opera nostra mercedē copiosā in caelis meremur? audite fratres suggesta diaboli ne christiani asserere audēt nil valere opera nostra ad vēdicādā vitā æternā. Idq; inficias ire nolum⁹, si vt nostra tātū modo cōsiderētur, dicēte Esaiā. Oēs iustitiæ nostræ, sicut pānus mēstruatæ: nihilomin⁹ gratia Dei cōcomitāte, quoduis bonū opus meritoriū est vitæ æternæ. Mira res, Adam⁹ antè peccatū per naturalia mereri nō potuit æternā vitā, tātū abest, vt homo in statu naturæ corrupte, per liberū arbitriū dūtaxat, æternā gloriā mereatur.

**Acto. 5.**

**Phil. 4.**

**Matth. 20**

**Esai. 64.**

**Nota.**

Declamatio decimasexta

**2. Timo. 4.** tur. Itaque ratio principalis meriti ex gratia Dei consurgit, adeo ut coronam iustitiae Paulus appellet aeternam gloriam. Ecce fons quae in anima fit adueniente gratia Dei, quippe quae salit in vitam aeternam. Sanct. Tho. 1. 2. q. 114. artic. 3. verum tanti facit Christus opera nostra in gratia facta, ut ob ea dicat. **Matth. 25.** Esuriui & dedistis mihi manducare, sitiui & dedistis mihi bibere, &c. Venite benedicti patris mei percipite regnum. Vos fratres sagite per bona opera, certam facere vestram vocationem, uti Petrus hortatur. Certo certius scientes, quia iustus iudex Christus vnicuique reddet iuxta opera sua. Gaudete & exultate precor, & si mundus freinat, diabolus tanquam leo rugiat, quia merces vestra copiosa est in caelis, si tamen certantes magnifice aduersarios vestros, Christo opitulante, vincatis. Sic sane patriarchae, prophetae, martyres, confessores, atque virgines, tamquam athletae fortissimi in hoc mundo, per fidem charitati coniunctam, vicerunt regna, operati sunt iustitiam, & adepti sunt re promissiones. Quemadmodum Apostolus satis supraque, in epistola ad Hebraeos recenset. Quique ad laborandum in vinea domini nos hortans ait. **1. Cor. 2.** Vnusquisque recipiet secundum proprium laborem. Non enim iniustus

In festo omnium Sanctorum. 417  
iniustus est Deus, ut obliuiscatur operis vestri, & dilectionis quam ostendistis in nomine ipsius.  
¶ Sed profecto verba haec non sunt obiter expendenda. Merces vestra copiosa est in caelis. Quomodo merces sit operibus in fide & gratia patris debita, paulo ante attigimus de ingenti gloria sanctorum, nunc vel aliqua dicamus, necnon & ubi sita est: verum copiosa est retributio, & stipendium sanctorum, adeo ut ineffabilis sit. Unde dominus ad Abraham noli timere Abraham, ego protector tuus sum, & merces magna nimis: singula energiam habent. Noli timere sed gaude, & iubila, ratio, quia ego omnipotens non deseram te vnquam, postquam terram tuam & cognationem tuam, amore & praeccepto meo reliquisti. Imo me protectorem ubique senties & de inimicis trophea vedicabis, ita ut tibi nemo nocere queat. O fratres si tam potentem defensorem habere mus, profecto nec satanam ferocem, neque mundum fallacem timentes, bona operari negligeremus. Dominus protector vitae meae a quo trepidabo, dicebat fortis athleta David. Heu trepidamus timore ubi non est timor, & ad sonitum follii volantis expauescimus, Egyptumque relinquere non audemus. Christo Iesu duce, quia Deum summi auxilium non  
Gg senti.

Gene. 15.

Psal. 70.

Declamatio decimasexta

**Pro. 28.** Sentimus, fugiet impius nemine persequente  
ait Sapiens, iustus autem ut leo confidens  
absque terrore erit. O dñe esto nobis obse-  
**Psal. 83.** cramus in domum refugij, vt saluos nos fa-  
cias. Protector noster aspice Deus, & respi-  
ce in faciem Christi tui. Vnici dilecti filij tui  
faciem intuere sputis & sanguine in cruce  
perfusam, vt nostri misertus o pater sub tu-  
tela tua nos recipias. Nedū Deus optimus  
faorū sanctorū protector est, sed etiam mer-  
**Apoc. 22** ces. Ego inquit merces magna tua nimis, al-  
hissio est ad illud. Ecce ego venio cito, & mer-  
ces mea mecū est, dare vnicuiq; iuxta opera  
sua. Etenim Saluator noster mercedem san-  
ctorū suorū secū gestat, quia ipse est stipen-  
**S. Augus.** diū illorū sufficiens. Si omnia quæ habes mi-  
hi dederis dñe, inquit, Augustinus, nihil mi-  
hi dedisti, nisi te ipsum dederis. O foelicē vi-  
rū quā magnā mercedem quotidie fla-  
**Psal. 72.** gitat: quiq; cū regali propheta exclamat.  
Dñe quid mihi est in celo, & à te quid vo-  
lui super terram? Deus cordis mei pars mea  
Deus in æternū. Cui sententiæ ad stipulatur  
**Canti. 2.** sponsa. Dilectus meus mihi & ego illi: quod  
est dictū, nō aurū, nō argētū, nō gemas ver-  
nātes, neq; honorē nūdi affecto, vnū cupio  
& votis ardentissimis sitio, vt spōsum meū tā  
topere dilectū Christum inueniā, eiq; amo-  
ris

In festo omnium Sanctorum. 418  
ris glutino adhæreā. Quas ob res inter vbe-  
ra mea eū collocabo, in corde meo ouāter ip-  
sum excipiens: atqui, cū sat erat dicere ego  
merces tua magna, quorsum additur nimis?  
pculdubio nō modō magna merces, sed ni-  
mis ingēs est De⁹ optimus ijs qui toto corde  
eū diligūt: & ideo magnanimis, quia nemo  
beatorū Dei magnitudinē cōprehēdere va-  
let. Nā filiū quis nouit nisi pater? & patrem  
**Math. 12.** quis nouit nisi filius, & cui voluerit filius re-  
uelare. Perinde dicat, notitia apprehensiuā  
nemo agnoscere potest patrē nisi filius, & vi-  
cissim solus pater cōprehēdit filiū, qui reue-  
lauit electis suis sacrosanctū Trinitatis arca-  
nū. Hūc ipse stat illud, amen dico vobis quia  
**Luc. 12.** præcinget se & trāsfrēs ministrabit illis. Præ-  
cingit se Christus in celo vnicuiq; beato ac-  
cōmodās se, secūdū eius merita. Et trāsfrēs o-  
mnes angelorū choros, & beatorū ordines  
trāsfrēs, eo quod illorum nemo, nec omnes  
simul diuinitatem eius cōprehendere va-  
lent. Vnde iubet cum psalmographo excla-  
mare, Magnus dominus, & laudabilis ni-  
**Psal. 144.** mis, & magnitudinis eius non est finis. Et in  
alio propheta legimus. O Israel quā magna  
est domus Dei, & ingens locus possessionis  
**Baruth. 3.** eius. Magnus est & nō habet finē, excelsus  
& immensus. Quid multis immoror, magni-  
tudinem

Declamatio decima sexta

tudinem glorię sanctorũ volens depingere?

1. Cor. 2. Apostolũ audiamus verba Esaię narrantẽ.  
 Nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in  
 cor hominis ascēdit quę Deus pręparauit  
 diligentibus se. Faxit Deus optimus vt cum  
 sanctis mercedẽ hęc copiosam possideam?  
 ¶ Sed obseruandum, quod non in terra, nõ  
 in hac lachrymarum valle, non denique in  
 hoc exilio, vbi omnes Adę filij vellint no-  
 lint exulant, merces hęc magna sita est: nã  
 in hac calamitosa vita, nihil constat, nil per-  
 manet, sed in dies omnia labefactantur: sed  
 in cœlis reposita est corona sanctorum in  
 propria terra, non in aliena. Portio mea in  
 terra viuentium orabat propheta: ac si pa-  
 tenter dicat, stipendium ac merces mea do-  
 mine, non in hac terra spinas & tribulos pro-  
 ducente sit, vbi homines quotidie moriun-  
 tur, & tanquam aqua dilabuntur, sed in cœ-  
 lo, quod terra viuentium iure appellatur re-  
 tributio laborum meorum seruetur, inibi  
 angeli tripudiant, sancti omnes in enarrabili  
 gaudio iubilant, te diu noctuq; collaudãtes  
 pro sua virili. Beati qui habitãt in domo tua  
 domine, in secula seculorum laudabunt te.  
 Hos obsecro charissimi toto veneremur pe-  
 ctore, ne christianorum praua dogmata re-  
 spuentes. Cæci enim sunt & duces cæcorũ,  
 quip

Psal. 141.

Psal. 83.

In festo omnium Sanctorum. 419

quippẽ qui, nõ sanctorũ consortio sunt di-  
 gni, sed dãnatorũ contubernio, ideò honora-  
 re sanctos Dei vetant. At cõtra regalis citha-  
 red<sup>9</sup> clamat. Mihi autẽ nimis honorati sunt  
 amici tui Deus, nimis cõfortatus est princi-  
 patus eorũ: equidẽ si amici regis terreni ho-  
 nore digni sunt, quid ni nos, fideles regi srea-  
 gum Christi Iesu amicos venerabimur? nõ-  
 nõ sibi impẽsum asserit quicquid vni ex mi-  
 nimis eius factũ fuerit? quid multa? dũm san-  
 ctos laudamus, eũ qui eos sanctificauit vene-  
 ramur. Verũm qui imaginem ad fabre depi-  
 ctam laudat, opificis sapientiam exaltat. De-  
 niq; Deus sanctos suos honorat, iuxta il-  
 lud. Si quis mihi ministrauerit honorifica-  
 bit eum pater meus, qui est in cœlis tantũ  
 abest, vt nos homuntiones electos Dei ho-  
 nore priuemus debito.

¶ Nec venerari sanctos tantũ nos decet, sed  
 eos toto corde inuocare debemus. Hic Hæ-  
 retici oblatrãt, vel maximẽ sanctorũ preces  
 negantes. O dementiam modis omnib<sup>9</sup> de-  
 plorandã, caput nostrũ Christus Iesus aduo-  
 catus est noster apud patrem, & interpellat  
 pro nobis, cur mēbra eius igne charitatis flã  
 mantia in cœlo id ipsum nõ faciãt? Helias ad  
 huc mortalis orauit pro puero mortuo, & e-  
 xaudit<sup>9</sup> est. Moses precatus est dñm ne dele-

Psal. 138.

Matth. 25.

Callatio.

Ioan. 12.

Sanctorũ in-  
uocatio salu-  
bris.

S. Th. 3. p.

q. 72. ar. 2.

1. Ioan. 2.

3. Reg.

Exo. 17.

Declamatio decimasexta

**S. Hiero.** populū idolatrātē, & dñs placatus est, tātū  
ahēst, vt vidētes deū facie ad faciē orare pro  
nobis reuāt. Vnde Diuus Hieronymus cō  
tra Heluidiū, & Vigilantiū refellit hāc hære  
sim dicēs. Si Apostoli & martyres adhuc in  
corpore cōstituti possūt orare pro cæteris,  
quādo adhuc debēt pro se esse solliciti, quā  
to magis post coronas & victorias & trium  
phos? deniq; sanctus Dionysius Pauli apo  
stoli discipulus docet inuocare sanctos. Bea  
tus Augustinus. li. 20. de ciuitate Dei id pul  
chrē asserit. Superest vt nos fideles omni af  
fectu & veneratione sanctos honoremus, ex  
quibus tot cōmoda nobis obueniūt. Voca si  
est qui exaudiat & ad aliquē sanctorū cōuer  
tere, dixit Iob ad Heliu. Quin & Deus opti  
mos amicos Iob misit ad virum sanctū, vt  
ipse oraret pro eis, & suorum delictorum ve  
niam inuenirent. Faciem eius suscipiam di  
xit eis Deus, hoc est, precationem Iob ami  
ci mei exaudiam, & ipso pro vobis orante di  
licta vestra delentur. Oremus sanctos, illos  
quotidie inuocemus, potissimè Deiparam  
virginē, quā Deus omnipotens sic euexit,  
vt ex ea nasci filius Dei dignaretur. Ipsa ni  
mirum eo quod misericordix mater est, vt  
altera Abigail precationes quotidie offert  
Dauidi, id est Christo, ne Nabal cruet<sup>9</sup> occi  
datur.

li. Coelest.  
Hier. c. 7.

Iob. 42.

Nota.

1. Reg. 25  
Figura.

In festo omnium Sanctorum. 420  
datur. O miserū peccatorē, ecce habes Dei  
genitricem pro te orantem: surge quā pri  
mum, resurge à mortuis illuminabit te Chri  
stus, qui lux vera est, illuminans omnem ho  
minem venientem in hunc mundum. Cui  
sit gloria per infinita secula. Amen.

*J IN DIE COMMEMORA  
tionis animarum, declamatio de  
cima septima.*

**H**odie charissimi sacrosancta ma  
ter ecclesia, fidelium animarū cō  
memorationem celebrare insti  
tuit quotānis, quo orthodoxi, tū  
orationibus, tum oblationibus, tum deniq;  
sacri altaris sacrificijs animas christianorū,  
quæ in fide & charitate deceserūt adiuuare  
possint: nēpè opus fidei, & pietatis hoc est,  
eo quod animæ illę sanctę per flammās ig  
nis ardentis in purgatorio poenas luūt, pro  
peccatis patris, quæ in hac vita per debitā  
poenitentiam persolvere neglexerunt. Pro  
fecto fratres, atrocissimis poenis excrucia  
ta vnaquæque fidelium anima ad nos chri  
sticolæ ingemiscens clamat. Misere mini Iob. 19.  
mei, misere mini mei, saltem vos amici mei,  
quia manus domini tetigit me. Enim.

Gg 4

verò

Declamatio decimasextima

verò verba hæc sancti viri Iob sunt, qui in magna calamitate constitutus, preces amicum & adamicula eorum deposcit. Accommodantur rectè cuique animæ pœnas danti in purgatorio, ubi detinetur, ne visione diuina fruatur donec debitam persoluat pœnam, vel per se, vel amicos suos viuētes. Quando quidem mortui iuari possunt operibus viuorum, quanuis Hæreticorum caterua mordicus contrarium teneat. Quos nimirum vel sola autoritas illa confundit, quæ in Machabæorum libro extat. Sancta & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, ut à peccatis soluantur: nec valent librum hunc negare neochristiani, cū tempore Augustini, & Hieronymi inter canonicos libros positus fuerit. Itaque nedum sancta & pia est cogitatio, pro defunctis fidelibus exorare, sed salubris, nam prodest multum tam mortuis quam viuīs orantibus. Imò si defunctis non proficua est oratio nostra, quia ea non indigent, nobis valde utilis est, iuxta illud. Oratio mea in sinu meo conuertetur. Summo pere notandum est, quod Diuus Augustinus testatur, libro de cura habenda pro mortuis. Mortuorum, quidam sunt valde boni, quidam valde mali, quidam mediocriter boni & mali. Suffragia pro valde bonis sunt gra-

2. Machab. 12.

Psal. 34.

S. Aug. lib. de cura pro mort.

In cōmemoratiōne animarū. 421  
gratiarum actiones: pro valde malis, et si nō sunt adiumenta mortuorū, sunt tamē qualescunq̄e viuorum consolationes. Pro mediocriter malis & bonis sunt expiationes. Tales planè sunt quorum debemus miseri, nam seipos iuare nequeunt, in purgatorio, eò quod extra statum merendi sunt, possunt autem iuari ab alijs, quia dum viuerēt hoc sibi meruerunt. Tum quia sunt in charitate, quippè quæ omnia bona ecclesiæ cōmunia efficit. Tum quia membra viua sanctæ Romanæ ecclesiæ sunt, à Spiritu sancto viuificata. S. Thom. 3. p. q. 71. artic. 2. Vnde probe sanctus Damascenus laudat ritum ecclesiæ, quia ab Apostolis coepit sancta hæc consuetudo, ut suffragia pro mortuis celebrentur: idque beatus Dionysius libro de cœlesti Hierarchia. cap. vltimo testatur. Itaque, valde boni qui statim ad cœlum euolant, orationibus & suffragijs nullatenus egent, sed nos qui in certamine sumus eorum patrociniò maxime opus habemus. Vt ifusus in secunda parte declamationis præteritè tractauimus. Rursus valde mali in peccato mortali obierunt, & in baratrum descenderunt, infœlices sunt & in perpetuum cruciabuntur. Quam ob causam suffragia nostra nihil eis profunt: tantum adiuuare il-

S. Th. 4. d. 45. q. 2. ar. 1.

Nota.

Declamatio decima septima

los valemus qui in purgatorio poenas luunt. Miror demeritiam eorum qui purgatorium fore negant, cum in verbis praesumptis palam illud esse Spiritus sanctus asserat. Nam si oratione & suffragiis mortuorum peccata solvantur, hoc non in caelo, nec in inferno fieri potest, ergo purgatorium est, in quo expiatio illa fit, adhuc Saluator ait. Qui peccauerit in Spiritum sanctum, non remittetur ei in hoc seculo nec in futuro. Si igitur aliquod peccatum in futuro seculo remissibile est, & non in caelo, quia non intrabit in illam civitatem sanctam aliquod colinquinatum, teste Ioanne: nec remittetur in inferno, quoniam ibi nulla est redemptio, superest, ut remissio illa poenae sit in purgatorio. Consentit huic veritati Paulus apostolus, contemnens eos qui super fundamentum, id est, Christum, edificauerint foenum, stipulam, ligna, salvados fore, sic tamen quasi per ignem. Quam sententiam doctores explicant de peccatis venialibus, quippe quae saltim igne purgatorii delentur. Vos fratres mecum obsecro expeditate, quam sit horrendum incidere in manus Dei viventis. Verum purgatorium maxime iustitiae Dei severitatem subindicat, si videritis patrem quemdam, propter verbum otiosum quod filius eius dixit, quique heres illius est, sic scandescens, & iratum,

2. Mac. 12

Matt. 12

Apo. 21

1. Cor. 3

Collatio

In commemoratione animarum. 422  
 iratum, ut filium in medio flammaram cruciandum mitteret, nonne in extasi rapti, & admirati obstupesceretis? Equidem unaquaeque anima purgatorii atroci poena afflicta, filia Christi est, ac proinde haeres regni caelestis. Nihilominus tam est rectus, & iustus dominus, ut pro peccatis venialibus flammis ardentibus in purgatorio ad tempus crucietur: & haecenus de loco ubi fidelium animae puniuntur, sit satis. Ad verba sancti Iob veniamus.  
 ¶ Clamat ergo quaevis anima, & vociferatur praedolore nimio, quo afficitur, & ait. Misere mini mei, misere mini mei, saltem vos amici mei, quia manus domini tetigit me. Quod hoc verbum, misere mini mei, duplicat anima in purgatorio posita, ad insignem anxietatem expectat qua cruciatur. Nam teste Augustino, ignis ille quavis aeternus non sit, cruciatus quem infert animabus atrocior est quamvis calamitate huius vitae. Mira res, & satis miranda, passio Christi Iesu quae atrocissima fuit, adeo ut clamaret cum Hieremia. O vos omnes qui transitis per viam, videte si est dolor sicut dolor meus, & quanquam omnium martyrum tormenta passio illa superaverit, non tamen excellit animarum purgatorii dolores, sicut enim sanctorum gloria excedit omne bonum huius vitae,  
 sic

Psal. 9 10

Iob. 14. Thema.

S. August. lib. de vera & falsa poen. iii.

Thre. 1.

Nota.

Declamatio decimaseptima

sic dolor animæ separatae superat omne ma-  
lum præsentis vitæ. Vnde dicimus dolorem  
passionis Christi esse maximum, non com-  
parando ipsum dolori animæ separatae . S.  
Thom. 3. p. q. 46. arti. 6. ad tertium. Iam hic  
tota animi attentione considerent, qui pec-  
catavenialia parui pendentes dicunt, in pur-  
gatorio ea persoluam, non est mihi curæ, le-  
uiuscula sunt ista, & visione diuina non pri-  
uant.

S. Th. 3. p.  
q. 46. ar. 6

1. Cor. 2.

Genes. 40.

¶ Obseruandum magnopere hic est, quod  
non quo suis sed amicos compellat anima in  
purgatorio afflicta . Infideles & hæretici,  
neutiquam amici sunt , sed inimici crucis  
Christi, qui que terrena sapiunt, & nihil mi-  
nus quam de operibus pijs excogitant , di-  
cente Paulo. Animalis homo, non percipit  
ea quæ sunt spiritus, stultitia est illi . Amici  
dumtaxat piarum animarum , quæ in pur-  
gatorio puniuntur sunt fideles, quorum ora-  
tiones, & suffragia animæ ille deprecant. Po-  
tissime hæredes defunctorum, & executo-  
res testamentorum opere se amicos osten-  
dant oportet, & quamprimum testamenta  
adimpleant. Ne pincernæ Pharaonis similes  
sint , qui Ioseph in ergastulo positi oblitus  
fuit. Memento mei dum tibi bene fuerit, aie-  
bat Ioseph, vt suggeras Pharaoni, vt educat  
me

In cōmemoratione animarū. 423  
me de carcere isto. O quam bene nobis est  
fratres , qui in hac vita libere opera sancta  
patrare quimus, tum ad proprium meritū,  
& maiorem gloriæ cœlestis cumulum, tum  
etiam satisfacere pro nostris delictis, & de-  
functorum piaculis possumus . Bene nobis  
inquam est, quamdiu spiritus nostros vege-  
tat artus, nam quod momentaneum est, &  
leue tribulationis nostræ, supra modum in  
sublimitate, æternæ gloriæ pondus opera-  
tur in nobis. O nos fœlices si tantam, tamq;  
insignem gratiam non neglexerimus, ore-  
mus regem nostrum Christum , vt educat  
de carcere purgatorij animas fidelium, qui  
noctu diuque ad nos clamitant, vt miserea-  
mur illis. Nonne dum patitur vnum mem-  
brum compatiuntur alia membra , vt pul-  
chrè Apostolus docet & experimento per-  
spicuum est?

¶ Roget quis an suffragia facta per pecca-  
tores, mortuis prosint. Nam Ioannis. 9. habe-  
tur. Scimus quia Deus peccatores non au-  
dit. Et rursus sanctus Gregorius in pastorali  
ait. Cum is qui displicet ad interpellandū  
mittitur, irati animus ad deteriora prouoca-  
tur. Ad hoc dicendum quod sacrificium al-  
taris ex opere operato semper habet effica-  
ciam, sine opere operantis . Itaque siue per  
bonum,

1. Cor.

Ioan. 9.

S. Greg.

Nota.



Declamatio decima septima

Bonum, siue per malum ministrum offeratur, defunctis prodest. Alia vero suffragia per ministrum nequam defunctis proficiunt sunt in quantum talis minister gerit personam ecclesie, non autem in quantum sunt

S. Th. 3. p. eius. S. Tho. 3. p. q. 71. ar. 3. in additionibus.

q. 71. ar. 1 Sed iam opere precium erit scire quae nam sint opera pia, quibus iuuare possumus animas fidelium.

S. Gregor. Profecto sanctus Gregorius sic ait. Animae defunctorum quatuor modis soluantur, aut oblationibus sacerdotum, aut precibus sanctorum, aut eorum elemosynis, aut ieiunio cognatorum: idque habetur. 13. q. 2. iterum sanctus Grego. li. 4. dialogorum. ca. 40. hoc multis probat exemplis.

S. Grego. li. 4. dial. 6. 40. ubi animam Paschianus Diaconi Romani, precibus Germani episcopi Capuani fuisse a peccata purgatorij liberatam testatur: Alia duo exempla affert. ca. 55. eiusdem libri, de quibusdam mortuis, qui per oblationem salutaris hostie, a loco purgatorij fuerunt liberati. Maxime omnium sacrificium altaris animabus defunctorum prodest, eo quod ex opere operato efficaciam habeat. Ad charitatem autem praecipue sacramentum Eucharistiae pertinet, cum sit sacramentum ecclesiasticae unionis, continens illud in quo tota ecclesia unitur & consolidatur, scilicet, Christum Iesum, unde

In commemoratione animarum. 424

unde Eucharistia est, quasi quaedam charitatis origo, vel vinculum. Secundum locum continet elemosyna, quae ut Tobias testatur, a morte liberat, ipsa est quae delet peccata, & facit inuenire vitam aeternam. Unde Daniel vates factus

Tob. 12.

Dan. 4.

certimus regi ethnico. Audi consilium meum rex, elemosynis peccata tua redime. Itaque haec duo ex parte charitatis praecipue suffragantur mortuis. S. Tho. 3. p. q. 71. ar. 9. & ad. 45. Veruntamen ex parte intentionis directe in mortuos praecipue valet oratio, quia oratio secundum suam rationem non solum dicit respectum ad orantem, sicut & caetera opera, sed directius tendit ad illud, pro quo oratur. Eam ob rem haec tria ponuntur tanquam praecipua mortuorum subsidia. Quamquam alia bona opera quae ex charitate fiunt pro defunctis eis utilia sunt. S. Tho. ubi supra. Hinc palam sequitur indulgentias prodesse animabus purgatorij. Ratio, quia meritum totius ecclesiae efficacius est, quam meritum vnus personae, sed meritum personale suffragatur defunctis, ut de largitione elemosynarum dictum est. Ergo multo fortius meritum ecclesiae, cui indulgentiae inuitantur. Oportet tamen, quod summus Pontifex indulgentias hasce mortuis concedat. Alioquin uiuatam eas lucrabuntur. S. Th. 3. p. q. 71. ar. 10. de

S. Th. 3. p.

q. 71. ar. 9

S. Th. 3. p.

q. 71. arti.

10.

*S. Augus.  
lib. de cura  
habenda pro  
mortuis.*

*Nota.*

*¶*

*Questio.*

Declamatio decimasextima  
de cultu exequiarum. Iubens taceo, cum vi-  
uorum superbia tam sit insignis erga suos  
mortuos sepeliendos, sat sit illud beati Au-  
gustini ab oculis habere. Corpori huma-  
no quicquid impenditur, non est præfidiū  
vitæ æternæ, sed humanitatis officium. Nec  
absimile est quod sanctus Gregorius lib. 4.  
dialogorum astruit. Curatio funeris condi-  
tio sepulturæ, pompa exequiarum, magis  
sunt viuorum solatia, quam defunctorum  
subsidia monumentum satis prodest viuis,  
nam eo inspecto suæ conditionis recordan-  
tur. Vnde monumentum, quia monet men-  
tem aspectantium dictum est. Annotatio.  
ne etiam dignum est, quod quanquam suf-  
fragia pro defuncto aliqua facta, omnibus  
animabus purgatorij profint ad lætitiā,  
quia in charitate sunt, quæ congaudet veri-  
tati, nihil ferius ad expiationem poenæ tan-  
tum modo proficua sunt ei pro quo fiunt.  
S. Thom. 3. p. q. 71. art. 12.  
¶ Cæterum, quid causæ subest, ut anima val-  
de afflicta, & atrocipœna excruciatā sic lo-  
quatur, manus domini tetigit me? Nonne  
melius diceret, manus domini grauata est  
super me? Audite fratres audite, vir sanctus  
Iob post tot calamitates, & labores, in ops  
factus & sublatis diuitijs quibus abundabat,  
filijs

In cōmemoratione animarū. 425  
filijs & filiabus orbatus, necnō in sterquilini  
no iacēs vulneribus fauciatus verba hæc pro-  
tulit, tactū manus dñi appellans tam atrocē  
erumnā. Ratio, quia tribulatio illa tempo-  
raria erat, nō est magnum in labore, inquit  
Augustinus, quod tempore breue est. Tan-  
git dominus electos suos in hac vita eos fla-  
gellans ne in æternum eos percuciat. Huc  
attinet illud Pauli. Dum flagellamur, seu iu-  
dicamur à domino corripimur, ne cum hoc  
mundo damnemur. Videte patris coelestis  
viscera fratres, ne licentiosius viuamus, &  
lora vitijs laxemus, inopiam, infirmitates,  
variasque tribulationes nobis immittit. Ca-  
stigasti me domine, & sicut iuenculus in  
domitus eruditus sum, sanctificatus vates  
dicebat. Quid pluribus immoror? Vas ele-  
ctionis Paulus ad tertium coelum vsque ra-  
ptus, stimulo carnis defatigatus ingenue  
fatetur tentationem illam medicamen fore  
animæ suæ, ne forte magnitudo reuelationū  
eum extolleret. Sub hæc pietas summi nu-  
minis in hoc maxime elucescit, quod ele-  
ctos suos temporali calamitate cruciat, ut  
in hac vita purgatorium habeant, ne post  
exhalatam animam in igne illo detineatur  
annis multis. Probat hanc assertionem no-  
stram quod in Tobia legimus. In tribulatio-  
ne

*S. August.*

*1. Cor. 11*

*Jerem. 31.*

*2. Cor. 12*

*Tob. 3.*

H h ne

Declamatio decima septima  
ne peccata dimittis. Ecce clementia domini  
quam ingens est erga filios suos quos vnice  
amat, hinc sanctus vir Iob obnixè orabat.  
Hæc mihi sit consolatio, vt affligens me do  
lore non parcas, eodem pertinet illud Da  
uid. Proba me domine, & tenta me, & alibi  
clamat. Probasti nos Deus, igne nos exami  
nasti, sicut examinatur argentum. Oremus  
& nos fratres, & cum beato Augustino pre  
cemur. Domine hic cura, hic seca, & nihil  
mibi parcas, vt in æternum parcas. O verba  
zurreis literis conscribenda, & altius memo  
rie cõmendanda. Nihil mihi in hac vita mor  
tali parcas, vt in æternum parcas. Hic tange  
me domine, & igne tribulationis proba,  
quo anima mea à quavis noxa expedita,  
subinde vt corpus hoc terrenum reliquerit  
volitans ad te perueniat. En ratio charissi  
mi, ob quam vnaquæque anima in purga  
torio afflicta ad nos fideles vociferatur &  
ait. Manus domini tetigit me, temporariam  
poenam illã fore subindicans. O nimium in fœ  
dices super quos manus dñi grauata est. Sa  
nè demones; & peccatores dñatos manus  
dñi nō tangit, sed percutit, ac vulnerat, per  
petim eos in gehenna ignis excrucians: nã  
qui in defesse delinquit, & eius superbia sem  
per ascendit, equum est vt perpetuo poenas  
luat.

Iob. 6.

Psal. 25.

S. Augus.

Nota.

In cõmemoratione animarũ. 426  
luat: alioqui aliquid inordinatum in mun  
do relinqueret Deus iustus & omnipotēs.  
Hinc doctores sancti, simul & theologo testā S. Grego.  
tur suffragia nil prodesse damnatis, neque li. 34. mor.  
orandum esse pro illis. S. Tho. 3. p. q. 71. ar.  
5. Quod autē de Traiano legimus, pro quo  
sanctus Gregorius orauit, sanctus Thomas  
sic ait. Probabiliter æstimari potest, quod  
precibus sancti Gregorij ad vitã fuerit reuo  
catus, & ita gratiã cõsequutus sit per pœni  
tentiam, nec erat inferno finaliter deputa  
tus: idque asserendũ est de omnibus, qui fue  
runt miraculose suscitati, quãuis in infideli  
tate vel mortali noxa obierunt. Hæc S. Th.  
vbi supra ad quintum.  
¶ Summa, nō ergo fratres aure surda pertrã  
seamus gemitus, & lamentabiles voces ani  
marum sanctarum que in purgatorio sunt,  
sed potius eis opera pietatis impendamus.  
Tum suffragia quotidie offerentes, tum ora  
tiones, ieiunia, & elemosynas pro illis fa  
cientes. Quæ omnia sic puro corde opere  
mur, vt Christus Iesus hilari vultu ea reci  
piat: nam qui placare molitur iudicem iras  
tum, eius amicus sit oportet, regali Prophe  
ta dicente. Si iniquitatem in ipexi in corde  
meo non exaudiet dñs: insuper per Esaiam  
Deus optima testatur. Cũ multiplicaueritis  
Hh 2 oratio-

S. Grego.  
li. 34. mor.

Nota.

Psal. 65.

Declamatio decimaseptima

Esai. 1.

orationem non exaudiam, cur ita domine? Manus vestra, ait, plenae sunt sanguine, sed si quis cultor est, & voluntate eius facit, huc

Ioan. 6.

exaudit, ceu in Ioane scriptum est. Rursus ob oculos iugiter habeamus, quod magnopere nobis Apostolus commendat. Memento te vincitorum tanquam simul vincisti. Enimvero si tam est opus pius debita pro eo solvere qui

Collatio.

in ergastulo fuit unius anni tempore, quanto excellentius erit opus pro animarum purgatorij expiatione debitum largiri? Memente te vincitorum, non vinculis ferreis, aut parietibus tantum afflictorum, sed ardentibus flammis cruciatorum, quales sunt animae fidelium, quae in purgatorio atroces poenas dant pro peccatis suis, de quibus in hac vita debitam satisfactionem haud fecerunt. Manus domini tetigit animas illas benedictas, quibus peccata, gratia Dei operante deleta fuerunt, tamen poena aeterna mutata est in temporalem. Eadem manus tangit electos filios dum calamitatibus eos cruciat in hac vita, quo pareat illis in futuro. Accede fili mi, ut

Gene. 27.

tanga me, dixit Isaac filio suo Iacob: quid ita? nepe, ait pater, & benedicat tibi anima mea: accedamus sponte fratres, & uti filij ad Christum properemus, per aduersa omnia currentes, ut benedicat nobis, affatim

imper-

In dedicatione Ecclesiae. 427

impertiens suam gratiam, qua roborati hostilia bella superemus, Salvatore nostro optulante, cui sit gloria, & imperium, qui cum patre & Spiritu sancto viuit per secula cuncta. Amen.

SI QVIS VIDERE CVPIT

nonnulla de mortuorum fidelium spe, qua sulti, nedum patienter, sed quanter ex hac calamitosa vita discedunt: qui que in Christo Iesu obdormiunt, non autem moriuntur, iuxta illud. Lazarus amicus noster dormit, & ego vado, ut a somno excitem eum. Legat euangelium in quo de morte & resurrectione Lazari tractatur. Quod sane fidelius exponitur in quadragesimali nostro.

IN DEDICATIONE Ecclesiae. Declamatio decimoctaua.



Antae ecclesiae dedicationis festum hodie celebramus fratres, & quidem recte: nam etsi Deus omnia valde bona creauit, ipse sibi septimum diem consecrauit, in ipso quiescens ab omni opere quod patrarat. Quies-

Gene. 2.

Hh 3

uit

† Declamatio decima octava

**S. Augus.** ut quidem uti sanctus Augustinus refert, a nonis creandis, non autem a veteribus consuetudinibus. Benedixit enim diei septimo, & in lege sua cum custodire precepit, non semel sed saepe. Dies septimus erit vobis sanctus, ait, & requies domini; nec non Deus optimus Pentecosten, & festum phase & tabernaculorum sibi sanctificavit, quid plura? Qui fecit omne tempus, & quosdam dies sanctificavit sibi que dicat, is tabernaculum sanctificare voluit, & de templo Salomonis ipse dixit: sanctificavi mihi domum hanc: nonne Moyse dominus dixit. Solue calciamenta de pedibus tuis, terra in qua stas sancta est: imo Iosue eadem verba loquutus est postea, quid ergo obgannunt haeretici contra consecrationem, & benedictionem ecclesiarum? O dementiam insignem, o vesaniam magnis supplicijs plectendam, sic omnia miseri neochristiani confundunt, & permiscunt temere, ut templum a praetorio, a niterium a foro, nihil secernant. Caeci nempe sunt & duces caecorum: oremus ut resipiscant, & ad unitatem Romanae ecclesiae quam oculis merito redeant, ne ut corvus Noe suorum errorum vndis pereant, & extra arcam, quae unica ecclesia Romana est, infeliciter mor-  
tem

In dedicatione Ecclesiae. 428  
tem oppetant. Ritus ecclesiae sancti sunt, & ceremoniae eius mysterio non vacant, ipsam sequamur, & quae illa ordinaverit modicus teneamus. Et quia cum orthodoxis nobis sermo est, commenta haeticorum relinquentes, ad explicandum sacrum evangelium hodiernum accedamus.

*¶ Sacra euangelij lectio sic habet. Ingres- Evangelium  
sus Iesus perambulabat Iericho. Et ecce Luc. 19.  
vir nomine Zachaeus. Hic princeps erat  
publicanorum, & ipse dives.*

*¶ Civitas Iericho sita est inter Iordanem & Hierusalem, quam Iosue olim funditus Iosue. 6.  
euertit dicens. Maledictus qui reaedificauerit Iericho. Itaque ad urbem hanc quam Iesus filius noue perdiderat, atque destruxerat, Iesus filius Dei mansuetus venire dignatus est. Tunc Deus ultionum appellabatur, nunc agnus Dei iure optimo dicitur, qui peccata mundi tollere venit. Apparuit plane benignitas & humanitas Saluatoris nostri, non ut iudicet mundum, sed ut saluetur mundus per ipsum, quem admodum redemptor ipse contestatus est. Haud dubie civitas Iericho typus gerebat mundi huius. Hinc eniter evenit  
Hh 4 domi-*

**Gene.**

11. 31.

Declamatio decimanona

dominus, contra quem annis. 33. dimicauit.  
 Mundū nequā dico, eum de quo Ioānes in  
 1. Ioan. 2. sua Canonica. Nolite diligere mundum,  
 nec ea quæ in mundo sunt, omne quod est  
 in mundo aut est concupiscentia oculo-  
 rum, aut est concupiscentia carnis, aut est  
 superbia uitæ. Et fontes læthales, vnde tot  
 mala in mundo scaturiunt, ecce turres è  
 quibus satanas contra hominēs certat: has  
 Christus Iesus & si munitissimas arces dia-  
 boli, euerit potenter, adeo vt suis athleticis  
 Ioan. 16. audacter dicat. Nolite timere, ego enim vi-  
 ci mundum, mea paupertate turrem aua-  
 ritie euerit, mea puritate, & virginitatis can-  
 dore, carnis voluptatem destruxi, & tandē  
 stupenda mea humilitate superbiam dele-  
 ui prorsus. Maledictus qui reedificauerit  
 Iericho, & sit anathema domino, ait. nunc  
 noster dux Christus Iesus. Venit ergo Iesus  
 in Iericho, vt non peccatores, vt quondam  
 occidat, sed vt cæcos illuminet, nā ipse est  
 Ioan. 1. lux vera quæ illuminat omnem hōminem  
 venientem in hunc mundum. Venit in quā,  
 vt peccata deleat & vitam impendat homi-  
 nibus quālibet sceleratissimi sint, scriptum  
 Est. 35. est. In cubilib⁹ in quibus pri⁹ dracones habi-  
 tabāt, orietur viror calami & iunei, nēpē ser-  
 pentes & dracones qui ostensi sunt Petro  
 in

In dedicatione Ecclesie. 429

In visione illa, quos sanctificauit Christus,  
 peccatores sunt. O summi numinis admirā  
 da pietas, eos in viros alios mutauit, gratia di-  
 uina, ita vt vitam angelicā agerent, qui mo-  
 re iumentorum vitam suam ducebant: ad  
 quos Paulus ait. Eratis aliquando tenebræ,  
 nunc autem lux in domino, vt filij lucis am-  
 bulate, & iterum, Faistis aliquando fornica-  
 rij, idolatre, adulteri, fures, auari, ebriosi, sed  
 ablutistis, hoc est, in sacro baptisate, vbi  
 veluti in mari rubro omnes Ægyptij, id est,  
 omnes iniquitates pereūt. Sanctificati estis  
 accepto Spiritu Sancto, qui est pignus hæ-  
 reditatis nostræ: sed iustificati estis, plenissi-  
 ma peccatorum remissione suscepta, ita vt  
 optimus Deus penitus delictorum vestro-  
 rum non meminerit. De numero horū dra-  
 cronum & serpētum erat Zachæus, de quo  
 nunc Lucas inquit.

*¶ Ecce vir nomine Zachæus, & hic prin-  
 ceptus erat publicanorum, & ipse diues.  
 ¶ Is sanè conuersus fuit in calamum suavis  
 odoris, & in iūcum pulcherrimum, in quo  
 difficile inuenietis nodum vnum, sed mirā  
 simplicitatem & rectitudinem: nempē Za-  
 chæus ardens studio iustitiæ, interpretatur.  
 Appellatur publicanorū princeps, quia ca-*

Acto. 10.

1. Cor. 6.

Ezech. 18

Text.

Declamatio decimanona

put erat, publicis exactionibus vacantium.

Profecto publicani emebat vestigalia à magistratibus, & ideo pro suo arbitrio, urgebat ac praeiebat pauperes. Quae res hodie inter fideles miseranda est, neque tolerari potest.

Cum enim officia superiores vident, nihil aliud faciunt, quam oppressores inopum. Rur-

sus publicanorum princeps erat, nam nati

sunt qui avaritia studet. A minore qui opè

ad maiore, omnes avaritiae studet. Pauci heu

pauperes spiritu reperiuntur, quippe qui ha-

bentes divitias perimunt atque non habentes

sunt, utanturque hoc mundo tanquam non utan-

tur. Divies erat Zachaeus divitijs abundabat,

tamen miser, & pauper fuerat, nam peritarum di-

vitiae animam haud locupletant. Unde scri-

ptum est. Tu dicis quia divies sum ego, & nul-

lus egeo: & ne scis quia miser es tu, pauper,

nudus & caecus. Ecce quot mala secum ad-

ferat peccatum, miseriam, paupertatem, nu-

ditatem, & caecitatem, homini delinquen-

ti praestat. Hinc Samsonis adversarii nedum

illam vinculis astrinxerunt, sed oculos eius

eruentes, ipsum excaecarunt. Ad eandem ima-

ginem phylisim, id est, demones, ubi homi-

nem comprehenderit, alligant, spoliant, at-

que excaecare moliuntur. Zachaeus divies e-

rat, tamen sine Christo inops, & pauper erat.

Deside-

In dedicatione Ecclesiae. 430

Desiderio autem videndi Christum afficie-

batur, ideo sequitur.

*Et quarebat videre Jesum, quis esset, & non poterat praeturbas, quia statura pusillus erat.*

¶ Ecce quam flagranti desiderio tenebatur vi-

deri Iesum, ut eum de facie quoque nosse pos-

set, de quo rumor tam admiranda sparserat. Si

sola Salomonis fama, & sapientiae claritas

reginam Sabba de longinquo adduxit, quam-

vis rex ille miraculum fecit nullum, quanto

magis Salvatoris facies erat desideranda, qui

Salomonis creator & magister erat, Iesus ne-

dum mirabili splendebat sapientia, sed et porten-

tis, & miraculis irradiabat. Credebat plane

& amabat quod audierat, ideo iuxta Simo-

nis votum & prophetarum affectum, sancta

cupiditate gestiebat oculos explere foelici

spectaculo, maiora quoque conaturus, nisi

modestia obstitisset. Quam obrem dignior

factus est, cui Iesus potiora munera impen-

deret. Mira res Spiritus Sanctus qui iustum

Simeonem praevenerat, & corda patriarcharum

& regum excitarat, ut Messiam videre

re affectarent, is viscera Zachaeae possidens

desiderium videndi Christum largitus est. Scie-

bat nam

Iere. 6. 8.

Apoca. 3.

Iudi. 16. Figura.

Text.

3. Regum.

Luce. 2.

Declamatio decima nona

bat namque quod beati essent oculi qui viderent Iesum, ac videndo toto eum pectore amarent. O quot prophetae, quot reges cupierunt magnopere videre Iesum, non autem nisi in spiritu eum viderunt, & videntes, ut verum redemptorem adorarent. Abraham vidit diem eius & gauisus est, rex David ipsum inspexit, & laetitia magna perfusus dixit. Ostende nobis domine misericordiam tuam, & iterum. Suscepimus Deus misericordiam tuam in medio templi tui. Veh autem illi qui viso Iesu spernit eum, ij haeredes regis iniqui sunt, qui cupiens videre Iesum postquam illum intuitus est, temere illum spreuit. Volebat vesanus hostis miraculo quodam curiosos oculos suos delectare. O miserum hominem, qui post baptismi gratiam susceptam, postque salutarem poenitentiam, rursus legem Christi contemnit, & instar canis ad vomitum suum reddit. Equidem quotidie Pharisei veritatis ossores Iesum videbant, tamen deridebant, quem nihil otius adorare tanquam verum Deum, & promissum Messiam candido corde amore debuerant. Atqui, soli discipuli audire meruerunt, beati oculi qui vident quae vos videtis, quia nouerant quis esset Iesus, utique filius Dei viui, qui huc venit ut homines redimeret, eosque

*Psal. 84.*

*Psal. 47.*

*Nota.*

*Matth. 13.*

In dedicatione Ecclesiae. 431

eosque in ethereas aulas prouheret, nec non inter angelos eos collocaret. Mirabile dictum ne videret Iesum obstabat corporis humilitas, obstabat & turba Saluatorem sequens, erat quidem statura pusillus. Sanè parui sunt qui parua amantes, terrenaque sectantes, eterna bona posthabent: parui utique sunt qui sordidis & fluxis rebus incumbunt, ij nimirum nisi ad altiora conscendant, Iesum videre nequeunt: ad haec turba obstabat ne Zachaeus videret Christum. O rem stupendam, Iesus humili ac populari turbae mixtus non cernitur, nisi ab ijs qui fastigium rerum humanarum pedibus conculcarint. Eam ob rem, ut à pusillis omnibus undique gentium conspici posset, Iesus sublime crucis lignum vitro conscendit. Fugiamus turbam fratres, ne posthac eius honorem, & superbiam sequamur, alioqui Iesum, quem angeli desiderant videre, intueri non poterimus. Nonne dispersus est populus per Aegyptum ad colligendas palleas: quando quidem omnes diuitiae, honores, & carnis oblectamenta palleae sunt, quas vetus mortis rapit quotidie. Non sequeris turbam ad faciendum malum, ait dominus: sic Zachaeus turbam dimisit, quae obstabat, quominus videret Iesum. Unde sequitur,

*Nota.*

*Exod. 5.*

*Exod. 23.*

¶ Et



111. Declamatio decimanona

Text.

*¶ Et præcurrens, ascendit in arborem Sycomorū, ut videret eum, quia inde erat transiturus.*

S. Ambro.

¶ Consilium sanctū inuenit Zachæus, ut desiderium suū expleret, ideo præcurrens ascendit in arborem, quæ ficus siluestris, vel ficus fatua vocatur. Quod præcucurrit, & non deā voluit, sollicitudinē magnam, & ardentem affectum videndi Iesum indicat. Enim uerò nescit tarda molimina Spiritus Sancti gratia: quin ut ezechiel narrat, ubi erat impetus spiritus, illuc sancta animalia gradi ebantur. Huc alludit illud Apostoli, qui spiritu Dei aguntur, ij filij Dei sunt. Verbum quidē hoc aguntur, magnā habet emphasim. Beata siquidē aguntur, hominēs uerò agunt, & ob uoluntatis suæ libertatem suorū actū dñi sunt: alloqui nec boni premio, nec mali poena forent digni: atqui, Spiritus Sancti uirtus tam est mirabilis & efficax, ut cor nostrum rapiat, ita ut filij Dei agentes & in bono opere laborantes, agi a spiritu dicantur. Derelinquens ergo turba cucurrit ad Sycomorū, quia idē spiritus, qui Simconi suggessit ut ascenderet in templum, fuisse & Zachæo, ut arborem illam conscenderet.

Luce. 2.

Nota.

In dedicatione Ecclesie. 432

ret. Agite & vos fratres si Saluatorem uideret cupitis Sycomorum ascendite, ficum fatuam, quæ sancta crux est, omnes amplectamur, in qua Saluator noster nos redemit. Verum quod stultum est Dei, sapientius est hominibus, Apostolo teste, imo si quis sapiens est inter uos, fiat ut stultus, ut sapiens sit. Equidem in hac salutifera arbore cuius fructus nimius, in qua omnes celestes aues nidificant, & altitudo illius cœlum tangit, sapientia nostra, fortitudo & uirtus sita est. Praedicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, nobis autem credentibus uirtus Dei est. Ad hæc crux Christi optimè per ficū designatur, quia sine dulcedine non est eam diligentibus. Paulum nunc audiamus, qui uel maximè dulcedinem crucis degustabat. Absit mihi gloria nisi in cruce domini nostri Iesu Christi. Per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo, ceterum Zachæus in arbore positus Iesum uidit, quem præ turba antea intueri non poterat. Sic paralyticus obstante turba ad Christum venire nequirit: eam ob causam per tectum submissus, tum animæ tum corporis sanitatem à Salvatore suscepit. Venit itaque Iesus, & ait ad Zachæum.

1. Cor. 2.  
1. Cor. 15

Danie.

1. Cor. 1.

Gala. 6.

Matth. 9.

¶ Et

Declamatio decima nona

*Text.* ¶ Et cum venisset Iesus vidit eum, & dixit ad eum. Zachæe festinans descende. Quia hodie in domo tua oportet me manere. Et festinans descendit, & excepit illum gaudens.

*Nota.* ¶ Vbi beatus Ambrosius. Zachæus in Sycomoro cæcus in via, quorum alterum dominus miseratus expectat, alterum suæ mansionis claritate nobilitat. O modis omnibus laudanda Christi Iesu benignitas, solam visionem Zachæus desideravit, sed qui novit prodatæ quam quærimus, ipse loquitur ei, & hilaris vultu illum inspexit, & mensæ eius interesse instituit. Simon tantum desiderabat videre consolationem Israel, id est Iesum verum Messiam, & ipse in vlnas suas illum suscepit.

*Luc. 2.* O quantum veritatis habet oraculum Pauli, qui potens est facere abundanter quæ petimus, aut intelligimus. Quis vestrum fratres experimento quotidie hoc non sentit? sanè effusissimam summæ Dei largitatem, omnes agnoscant oportet, nisi cæcuciant, & sole iustitie irradiantè oculos vltro claudant. In-

*Ioan. 1.* spexit Iesus Zachæum super arborem, qui sub ficu Nathanaelè videbat: nam Iudæi sub lege

In dedicatione Ecclesiæ. 433  
lege erant, & carni legis, id est literæ quæ occidit inhærent. Et nisi ab humili litera legis erigant se ad sensum spiritalem, quis sit Christus, & vbi sit agnoscere non poterunt: est nimirum velamen Moyse adhuc super cor eorum positum, nec auferretur, donec in Christum totius mundi Salvatorem credant. O Iudaicum genus incredulum, vis videre Iesum? crucis arborem conscende, & sume tibi oculos Zachæi: amove velum, erige intellectum, ad ea quæ æterna sunt, & Iesum subinde videbis, à quo totius mundi salus emanat. Interea quando ventum est ad Sycomorum, Iesus delectatus hominis insigni cupiditate, quæ facta, atque vultu præ se ferebat, ut Iudæis ostenderet exemplum proptæ credulitatis sublatis in altum oculis, vidit Zachæum. Omnimium beatum quæ aspexerit dominus Iesus: habet profectò oculi eius salutare fascino. Vidit Petrum negantem, & ex templo ille egressus foras amare fleuit sua delicta. Vidit Matthæum in thelonio lucris avaritiæ deditum, & ad se vocavit, & Apostolum atque egregium evangelistam effecit. Vidit turbam famelicentem in deserto, & statim patrato miraculo, eam pavit. O charissimi si nos Iesus aspiceret dignaretur, nempe, omnium charissimum donis mentem nostram repletet. Eas ob res,

*Matth. 4.*

*Ioan. 6.*

Declamatio decima nona

**Psal. 85.** cum regali propheta precemur, diu noctu que dicamus. Respice in me domine, & misereere mei, quia vnic<sup>9</sup> & pauper sum ego: per inde dicat, si dignatus fueris oculos tuos ad me conuertere misericordiam præstabis mihi, tot peccatis opletus. Ait dominus ad Zachæum. Zachæe festinans descende, festinanter præcepit ei, vt eat in domū suam, sicutiebat Iesus salutem gentium, ideò ait, festinans descende. Iam tempus aderat, vt salus demigratura à Iudæis ad ecclesiam gentiū transfiret: dicente Paulo Vobis oportebat primò prædicari verbum Dei, sed quia indignos vos fecistis, ecce transiimus ad gentes. Equidem qui è sublimi speculatus fuerat Iesum, per fidem descendit ad officia pietatis: non satis est contemplari Iesum, quoties in paupere eget hospicio. Sed nūc obedientiam huius viri empendamus.

**Nota.**

**Acto. 13.**

**Text.** ¶ *Et festinans descendit, & excepit illū gaudens.*

¶ Mira res festinanter obediuit, nihil respondens, ingens enim affectus vocem adimere solet, non enim conuenit cunctari quoties nos Iesus vocat. Iudæi aiebant, iuga quinque emi, villam emi eo videre illam, habeme excusatum. At Zachæus, qui imaginem gen-

In didicatione Ecclesie. 434

gentium habebat, statim obtemperauit, iuxta illud. Populus quem non cognouisset uiuit mihi, in auditu auris obediuit mihi. Vos fratres à Zachæo exemplum capite: Hodie si uocem eius audieritis, nolite obdurare corda uestra: rursus gaudens, & gliscens in ædes suas recepit Christum. O miseram synagogam, quæ perdidit hospitem Iesum. O foelicem ecclesie domum, quæ sua solitudine prouocauit ad se totius foelicitatis autorem Christum: ecce initium collectæ ex gentibus. Vos charissimi gaudentes nō ex tristitia, aut ex necessitate Iesum excipite, peregrinos uagosque inducite in domos uestras. Hilarem enim datorem diligit Deus, mestum & tristem maxime horret. Obseruandum quod dominus in domo nostra nos esse uult, vt conuiuia noster sit, intra cordis nostri intima commoremur, & non ut Esau ad uenationem egrediamur, ne forsitan benedictionem patris amittamus: enim uero Iacob qui domi manebat benedictionem paternam accepit. Magna sunt hæc fratres ni fallor & obseruatione digna: foelix anima cui dominus ait, hodie in domo tua me oportet manere. Quid hoc est nisi quod in Canticis legimus. Aperi mihi foror mea, sponsa, caput meum

**Psal. 17.**

**2. Cor. 9.**

**Genes. 27.**

**Canti. 1.**

Declamatio vigesima

Dogma.

plenū est rore. O quā diues, quā multis charisimaibus abundauit, anima quę statim surrexerit & sponso aperuenit. Planē domus Zachę vacua non remansit, domino in ea recumbente, quin ore suo sacro dixit. Hodie huic domui salus facta est. Murmurent Pharisęi inuidi, nobis tantū sit curę, officia pietatis iu suū in suis pauperibus impendere, certo sciētes, quod quicquid vni ex minimis eius dederimus Saluatori damus. Qui quę fusius, abundantius quę mercedem commēritam nobis reddet, quando vniuersum iudicauerit orbem. Tunc sanē vocem illam omni mellita dulcedine suauiorem audiemus.

Matt. 25. Venite benedicti patris mei percipite regnum, quod paratū est vobis à patre meo. Quod nobis dignetur impendere, qui viuit, & regnat per secula. Amen.

IN FESTO SANCTÆ Catherinę virginis & martyris de  
clamatio vigesima.



Erribilis valde parabola charissimi, in hoc festo sanctę Catherinę nobis proposita est, in qua nō de quibusuis christicolis, sed de  
ijs

In festo sanctę Catherinę. 435

ijs dūtaxat quorum opera bona foris apparent tractatar. Non itaque de sceleratis qui palām raptores, adulteri, & peccatores sunt est sermo, sed de illis qui profitentur se studere factis, ad continuum progressum, versus cęlestem patriam: nam horum lāpades exteriorum operū lucentes apparent: quas ob res non describuntur exire obuiam iudici, sed sponso: perinde atque ex amore procedant ad Iesum suscipiendū. Quum nil minus virgines stultę in suis operibus quęrebant, quam gloriam sponsi: imō vulgi honorem, & populi auram volentes captare, non oleū secrete portabāt, sed ardentēs lāpades, quę opera exteriora significant. Ecce ad quos fideles pertineat parabola hęc: nam profectō maximē hypocritas tēgit, & corū superbiā retundere conatur: qui quę vt sepulchra foris speciosa apparēt, intus verō omni malitia, & spurcitia sunt plena, nec nō vermibus scatent. Nos verō ijs pręfatis Christo Iesu suffragante parabolę expositionem pro modulo nostro ostendamus.

Nota.

Tunc simile erit regnum cęlorum decē virginibus, quę accipiētes lampades suas, exierunt obuiam sponso, & sponse.

Euangeliū  
Matt. 25.

787 • Declamatio vigesima

Miror fratres quam varie doctores sancti  
parabolam hanc, intellectu difficilem expo-  
nant, Dicitur Chrysolomus de virginitate &  
integritate corporis hanc parabolam expli-  
cat, & ait, ideo ponit Christus parabolam vir-  
ginum, ut ostendat quod licet virginitas ma-  
gnū quid sit, tamē si operibus misericordiae  
sit deserta, cū adulteris foras eijetur. Quam  
ob causam spōsus fatuis virginibus respon-  
dit. Amē dico vobis nescio vos. At Origenes  
virgines intelligit bimbos qui enagellē a do-  
ctrinā suscepērūt, & ab idolotū cultura rece-  
deres, Christi Jesum verū Deū & salvatorem  
ac totius mundi Saluatorem adorāt, cordeque  
colligunt. Tale est enim verbum Dei ac ille, ut  
de sua nuditia ac comodet omnibus in Chri-  
stū credentibus: rursus sanctus Hieronymus  
inquit. Similitudinem autem decem virgi-  
num fatuarum ac quae prudentium, quidam  
simpliciter interpretantur de virginibus, qua-  
rum aliae iuxta Apostolum, & corpore &  
mente virgines sunt: aliae virginitate tantum  
corporum servantes corde nupserunt. Sed  
mihi ex superioribus videtur alius esse sen-  
sus, & non ad virginalia corpora, sed ad homi-  
nū omnes gen<sup>9</sup> hanc parabolam pertinere. Bea-  
tus vero Hilarius huic sententiae ad stipula-  
tur dicens. De magno die dñi, de quo supra  
ageba

S. Chrysost.

Origenes.

S. Hieron.

S. Hilarius

In festo sanctae Catherinae. 436  
agebatur omnis hic sermo est. Ceterum, vir-  
ginitas res est insignis, & virtus coelica, quā  
ad terram adduxit coelestis spōsus Christus,  
ex alma virgine Maria nascēs. Est quidē an-  
gelis cognata virginitas, & ideo angelus Ga-  
briel ad almā virginem venit, teste Hierony-  
mo, quin in coelo vbi nemo nubet, omnes si-  
cut angeli erūt. Hæc præclara virtus nō tan-  
tū hominib<sup>9</sup> & Deo mirabilis est, sed etiā de-  
moni, qui cū sit virginitatis proditor, virgi-  
nitatē tāti fecit, ut tēplū virginum vestaliū  
Romæ haberet. Quæ selectæ inter puellas  
erant, decē annos naetē, & ad triginta annos  
in templo serviebant, postea si eis placuis-  
set tradebantur nuptui: sed paucæ hoc facie-  
bant, eò quod infauitissimē illis quæ virū du-  
cebant contingebat: quam ob rem vsq; ad  
mortem plures virgines in templo vestali  
morabātur. Ecce vesanus hostis quibus præ-  
stigijs homines seducebat, Deo optimo id  
permittente, quia idolis honorem lubentes  
præstabant, Deum autem verū totius orbis  
conditorem & moderatorem nullatenus ut  
par erat colebant. Atqui, quāto honore vir-  
ginitas sit habita, in veteri testamento con-  
stat. Leui. 21. & Nume. 15. Sat sit quod sicut  
martyri laureola datur, sic virgini: quam-  
quā Augustino autore virginitati præfer-  
rendum

Matth. 22.

Virgines  
vestales.

Leui. 21.  
Nume. 15.

## Declamatio vigesima

rendum est martirium. Est namque virginitas excellentissima in genere castitatis, transcendit enim castitatem vidualem, & coniugalem Sanct. Tho. 2. 2. q. 152. ar. 5. sed quia literalis sensus est alius, & virginitas hoc loco pro integritate fidei ponitur, eam ob rem afferendum est, quod regnum coelorum ecclesia militans dicitur, quemadmodum alibi. Mittet angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala, & iterum. Sagenæ missæ in mare comparatur, quippe quæ non tantum pisces bonos, sed bonos & malos congregat. Est sanè hæc ecclesia arca illa Noe, ut probè exponit Petrus in sua canonica, in qua animalia munda & immunda sunt, usque ad consummationem seculi. Est ergo simile regnum coelorum decem virginibus, quæ propter fidei donum virgines vocantur, iuxta illud Pauli. Despondi enim vos vni viro virginem castam exhibere Christo, & in prophetis sæpè legimus, hoc nomine appellat<sup>9</sup> populus Israel. Sede impulsere virgo filia Sion, ait Esaias. Et in Hieremia, reuertere virgo filia Sion. Quod autem decem dicantur vel gratia exempli factum est, quia plures improbi quam probi sunt. Multi sunt vocati pauci vero electi, vel propter numerum decuplum, qui vniuersalis est, & omnes numeros

in se

S. Th. 2. 2.  
q. 152. art.  
5.

Matt. 13.

2. Cor. 10.

Esai. 47.

Hiere. 31.

In festo sanctæ Catherinæ. 437  
in se continet. Verum vbi vndecim dicimus, decem & vnum repetimus: allegoricè verò cum diuo Gregorio asserere licet. Quia S. Greg. quinque sunt sensus in quibus vnusquisque subsistit: Quinarij autem geminatus denarium perficit, & ex vtroque sexu multitudo fidelium colligitur ecclesia, ideo decem virginibus comparatur, & quoniam probi & qui iustitiam sectantur quinque sensibus rectè vtuntur, merito prudentes appellantur. Improbi contra, sensus suos voluptatibus & terrenis fœcibus tradunt, ideo iure factis virginibus assimilantur. Nec silendum existimo quod sanctus Hieronymus refert. S. Hieron. Sunt enim quinque animi sensus qui festinant ad coelestia, & superna desiderant. De visu autem & auditu, & tactu specialiter dictum est: quod vidimus, & audiuius, & manus nostræ contrectauerunt de verbo vitæ, de gustu, gustate, & videte quoniam suavis est dominus, de odoratu, in Canticis habetur. In odorem vnguentorum tuorum currimus, alij sunt quinque sensus, terrenis fœcibus inhiantes: quum ergo tot sensus habeamus omnes, prudentes viri ad æterna bona vendicanda eos dirigunt, imprudentes vero futilibus rebus dediti, veras diuitias, & perpetuam gloriam posthabent. Quid obse

Li 5. cro

S. Greg.

S. Hieron.

1. Ioan. 1.

Cant. 1.

Declamatio vigesima

Psal. 105.

Pro stultius? quidve delirius? Pro nihilo habuerunt terram desiderabilem, uti eos deplorat rex David. Vterque tam prudentes quam fatuæ exierunt obviam sponso Christo, & spōsæ quæ est ecclesia, illa triūphans, ecce quam perspicue apparet omnes fidem habuisse, alioqui nō spōsum Christum expectarent venturum. Sequitur in euangelio.

Text.

*¶ Quinque autem ex eis erant fatuæ, & quinque prudentes. Sed quinque fatuæ, acceptis lampadibus, nō sumpserunt oleū secum. Prudentes verō acceperunt oleum cum lampadibus in vasis suis.*

Nota.

¶ Palam ostendit dominus imprudentiam quinque virginum. Quia etsi lāpades habebant in manibus, nō tamen in vasis oleū portabant, hoc est, nō internē iustitię studebāt, nec oleum charitatis habebāt, an nō fatuos esse dicamus, qui ficta iustitia Deum decipi credunt? Profecto omnia nuda & aperta ei sunt, ut pulchre admonet Paulus, & in primo Regum legimus. Homo videt ea que foris sunt, Deus autē intuetur cor, & rursus ipse clamat. Ego dñs scrutās corda, o stultitiā detestandā, nihil nisi humanas laudes querere,

3. Reg. 16

In festo sanctæ Catherinæ. 438

tare, nē pē fatuis hisce dictū est. Receperunt

mercedem suam, en prima stultitia hypocritarū. Secunda huic similis est, aliorum merita postulare, quod virgines fatuæ fecerunt. dū prudentibus dixerūt. Date nobis de oleo vestro, quia lāpades nostræ extinguūtur. verū nec angeli nec domina angelorū Deipara, oleū charitatis possunt cuiuslā largiri, tantum abest, ut sancti charitatē alicui præstēt. Gratia & gloriam dabit dñs, ait Propheta, & Ioannes inquit. De cuius plenitudine omnes accēpinus gratiā pro gratia, sed de his alijs. Prudentia natiū virginū in hoc apparet, quod nē dū lāpades ardētes habebāt, sed in vasis suis oleū portabant, hoc est, internā iustitiā primo quærebant, quæ sane in fide nō ficta, & charitatē sincera sita est. Sic habent internē quod coram Deo ardeat, & externē quod luceat coram hominibus, unde enim scriptum est. Sic luceat lux vestrā coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificēt patrē vestrū qui in cœlis est.

Matt. 6.

Psal. 83.

Ioan. 1.

Matt. 5.

Tex.

*¶ Tardante autem sponso dormitauerunt omnes, & dormierunt. Media autem nocte, clamor factus est. Ecce sponsus venit exite obviam ei.*

¶ Quam.

Declamatio vigesima

**¶** Quamuis tepidis tardare sponfus, id est, Christus qui iudicabit mundum videatur, non ita est, Petro acclamante. **2. Pet. 3.** Nō tardat dominus, sicut quidam vestrum existimāt, sed paciēter agit nollens aliquos perire, sed omnes ad pœnitentiam reuerti, ad literam de die iudicij est sermo. O summi Dei miranda pietas, ob id moratur, vt nos non imparatos inueniat, volūtas eius sanctificatio nra est. Populus ille impatiens falso dicebat, Moysen in monte moras trahere, & ideò idolū nefandum erexit, adorauitque: sic & seruus malus dicebat dominus tardat, quā ob causam sceleratē viuebat. **Apo. 2 2.** Ecce venio cito, ait ipse, & merces mea mecum est, dare vnicuique iuxta opera sua. O miser qui perperā agis, non tardat dominus, sed patienter agit ad pœnitentiam te expectans. An diuitias bonitatis, patientiæ, & longanimitas Dei contemnis? & ignoras, quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Tu autem secundum duritiam cordis tui, & impœnitēs cor, thesaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei? Singula annotatu digna sunt vos fratres ea expendite, quia non vacat cuncta nunc exponere, sat sit Prophetæ oraculum ob oculos habere. Si moram fecerit expecta eum: quid ita? Sequitur statim, **Abac. 2.** quia

In festo sanctæ Catherinæ. 439  
quia veniens veniet & non tardabit. Expectate modicum dictum est animabus sub altare clamantibus, sed quod modicum? Donec impleatur numerus fratrum vestrorū. En quare mundus non finitur, sanè quia prædestinatorum numerus impletus non est.

**¶** Dormitauerunt omnes & dormierunt. **Text.**

**¶** Dormitare vt sanctus Gregorius exponit, egrotari est, nam per infirmitatem deuenitur ad mortem, dormire vero mori est, teste Augustino. Statutum est hominibus semel mori, & post hoc iudicium: sic in libris Regum sæpenumero legimus. Dormiuit cum patribus suis, & in Psalmo. Cum dederit dilectis suis somnum, ecce hæreditas domini, filij merces fructus ventris. Denique Apostolus mortuos dormientes vocat, habent enim spem resurgendi. Nolo vos ignorare de dormientibus, vt non contristemini, sicut ij qui spem non habēt: quod media nocte clamor insonuerit, significat quod tunc iudex equissimus Iesus veniet, quando minus speratur. Cæterum teste Hieronymo, apud Hebræos opinio versatur, quod si **Exo. 11.** cut media nocte primogenita Ægypti occisa

**Heb. 9.**

**3. Reg. 2.**  
**Psalmo**

**1. Thes. 4.**

**Exo. 11.**



Declamatio vigesima

cifa sunt per angelum domini, ac iudicium erit nocte media. Vos fratres, quavis nocte aduentante cōscientias vestras examinate, de pręteritis flagitijs dolentes, & in posterũ præcauentes ne rursus labamini. Ne si media nocte iudex venerit, vos dormientes in mortali noxa inueniat, à Propheta regali dogma hoc accipite, qui que sic conscientia suam perlustrabat, dicēs. Meditatus sum nocte cum corde meo, exercitabar, & scopebā spiritum meum. Ad hæc, clamor ille, vox illa. Salvatoris est, quam audient omnes qui in monumentis fuerint, & audientes resurgent. Paulus in tuba Dei, & in voce archangeli venturum Christum asserit, nam ministerio angelorum multifient in die resurrectionis. Resurrectio autem mortuorum sola virtute diuina fiet.

Psalms 76.

Ioan. 5.

1. Thess. 4.

Tex.

Cant. 2.

¶ *Ecce sponsus venit exite obviam ei.*

¶ Blandientis affectu loquitur, non dominũ, regẽ, aut iudicem se appellans, sed sponsum, ne pauescant electi, allusio est ad illud, Surge propera amica mea, columba mea: ecce sponsus venit exite obviam ei. O clamorẽ prudentibus virginibus omni modulatione suaviorem, o vocem filij Dei mirabili virtute plenam: imò, vox domini in virtute,

In festo sanctę Catherinę. 440

te, vox domini in magnificētia est, cuius virtus tā potēs, tāq; efficax, vt mortui omnes è mausoleis surgentes in iudicio cōpareant, cum Propheta nos fideles dicamus. Audi tui meo dabis gaudiũ & lætitiã, & exultabunt ossa humiliata: fatuis autem virginibus vox hæc horrenda erit, eo quod paratę non erunt. Sequitur nunc.

Psal. 50.

Text.

¶ *Tunc surrexerunt omnes virginẽs illę, & ornauerunt lâpades suas. Fatuę autẽ sapientibus dixerunt. Date nobis de oleo vestro, quia lâpades nostrę extinguuntur: responderunt prudentes dicentes. Ne forte non sufficiat nobis & vobis, ite potius ad vendentes, & emite vobis.*

¶ Vtreque virginẽs lâpades suas aptauerunt, hoc est, opera sua examinãtes, & eorum circũlãtias appendētes, quę apparatus sunt cōsiderauerunt: nam tũc libri aperti erunt, & alius liber qui est vitę patebit. Cæterum, fatuę sapientibus aiunt, date nobis de oleo vestro. En fatuitas earum, vt iam tetigimus, orare & inuocare sanctos debemus, sed in vita, post mortem frustra est precatio: sicut virgo deformis suapte natura

Apo. 20.

Collatio.

frustrã

Declamatio vigesima

frustrà se ornat oculos depingens sibi, ita tunc peccatores in casum mendicabunt oleum. Beatus Hilarius lampades vocat corpora, quæ tunc assument anime in resurrectione, alij conscientias dicunt esse, quæ non melius ornantur quam oleo charitatis, & misericordiarum.

**Eccles. 9.** Oleum de capite tuo non deficiat. Petijt diues ille guttam aquæ, sed non recepit, sic virgines fatuæ oleum petentes minimè acceperunt, sed ad vendentes mittuntur, quod non consulendo, sed irridendo dictum est. Venditores ij adultores sunt, de quibus

**Psal. 140.** David. Oleum autem peccatoris non unget caput meum; etenim oleum hoc, non vulneribus medetur, sed potius corda vulnerat, quam ob rem magnopere fugiendum. Date nobis de oleo vestro dicunt fatuæ virgines, quia lampades nostræ extinguuntur: vbi

**S. Augus.** sanctus Augustinus. Antequam dormirent lampades earum ardebant, quia laudes hominum non deerant: at post mortem longè secus eis euenit, quia tunc non erit qui laudet peccatorem: ideò cum irent emere, non vendentes oleum inuenti sunt. Vel se-

**S. Chryso.** cundum Chrysostrum, qui hanc parabolam de elemosyna in pauperes elargita exponit, fatuæ virgines pauperes non inueniunt in extremo iudicio, quia tunc nemo inops

In festo sanctæ Catherinæ. 441  
inops erit. Extinguebantur autem lampades earum, eo quod misericordiarum operibus indigebant.

*¶ Ne forte non sufficiet nobis & vobis, Text. dicunt prudentes.*

*¶* Nam in presenti vita orationibus, ieiunijs, elemosynis & sacrificijs possumus inuicem adiuuari, & purgatorij animas consolari, vt in die animarum latius diximus, vnde Paulus ait. Alter alterius onera portate, **Gala. 6.** & sic adimplebitis legem Christi. Dum autem ad tribunal Christi venerimus, nec Iob, aut Danel, nec Noe liberabunt filios suos. **1. Pet. 4.** ibi quidè vix iustus saluabitur, impius vero & peccator vbi apparebunt?

*¶ Dum irent emere venit sponſus, & que paratæ erant, intraverunt cum eo ad nuptias, & clausa est ianua.*

*¶* Mirares sponſus non nisi paratas virgines secum in coelum adducit, imparatis foris relictis, vnde pulchrè admonet Sapiens. **Eccles. 1 8.** Ante mortem para iustitiam, id est, poenitentiam age, & domini mandata imple, & dominus clamat. Nisi poenitentiam egeritis omnes simul peribitis: **Luc. 13.** terribilis autem senten-

Kk tia

Declamatio vigesima

clausa est ianua: quando quidem vita comite poenitentiae ostium, & gratiae porta cunctis patet: imo Saluator clamat. Si quis sitit, veniat ad me, & bibat, & iterum. Venite ad me omnes qui laboratis, & ego recipiam vos. Morte vero imminente, nec ianua gratiae aut gloriae patebit virginibus fatuis. Praeparemus nos ergo charissimi nunc, & operibus sanctis incumbamus, antequam ianua sit clausa. Ne forte nobis contingat quod his virginibus, lieu euenit. Clamabant utique domine domine, aperit nobis, sed nil eis profuit pulsare ad ostium.

Ioan. 7.

Text.

*Amen dico vobis nescio vos.*

¶ Non approbo vestram extolentiam: quomodo agnoscat misericors & miserator dominus immisericos, & hypocritas, qui omnia nouit? Scit eorum delicta ut puniat, nescit autem improbos quia eorum prauam vitam non approbat: scit iniquos scientia uisionis, nescit eos scientia approbationis, aludit ad illud. Nonne in nomine tuo prophetauimus? Nonne in nomine tuo demonia eiecimus, & virtutes multas fecimus? & tunc confitebor illis, quia nunquam noui vos, o stupenda res, multi dicent in illa die verba

Matt. 7.

In festo sanctae Catharinae. 442

ba haec, non pauci, sicut dominus testatur. Quare nunc sequitur.

*Vigilate itaque quia nescitis diem neque horam.* Text.

¶ Verum in re tam serua nobis vigilantia opus est, ita ut dum tempus habemus operemur bonum, maxime ad domesticos fidei. Operemur inquam dum dies est, nam veniet nox in qua nemo poterit operari. Virgines prudentes ob oculos habeamus, quippe quae: nedum lampades lucentes sed in uasis suis oleum portabant, fidem & charitatem habebant, & operibus pijs vacabant. Eas ob res cum sponso Christo Iesu ad nuptias caelicas intrauerunt: quod nobis contingat, ipso adiuuante, qui uiuit & regnat per omnia secula. Amen.


Ioan. 19.

*QVAMVIS INFESTO sanctae Catharinae virginis & martyris, hactenus euangelium de thesauro abscondito in agro legebatur, nunc in missali nouo institutum est, ut euangelium de decem virginibus ceteretur. Ea ob causam, in hac solennitate, vel succincto sermone illud exposuimus, addetes hasce annotationes quae secuntur.*

Kk 2

Anno

Declamatio vigesima  
**ANNOTATIONES QVIN-**  
*que, super vita & martyrio sanctæ  
Catherinæ.*

**ANNO. 1.**  Rimò animaduersione dignū ce-  
seo, quomodo Saluator virginem  
hanc nobilissimam sibi depon-  
uit. Non planè ex pijs parentibus, sed  
contra ex ethnicis & à fide orthodoxa ali-  
nis orta fuit: itaque de hac virgine sancta  
**CANT. 1.** sponsus in Canticis ait. Sicut lili-  
um inter spinas, sic amica mea inter filias: veluti spi-  
næ parentes eius fuere, quippè quæ idola vā-  
na colebant, quæ demonia potius quam dī  
sunt, dicente Psalmographo. Omnes dī gē-  
tium demonia, dominus autem coelos fe-  
cit. Psalm. 95. Hæbraicè habetur, omnes dī  
gentium nihil sunt, vbi sanctus Theodori-  
tus. Omnes gentium dī non nisi demones  
sunt visi, Deus autem noster coelorum opi-  
fex declaratus est: inter hos sentes cruētos  
Catherina versabatur, & more parentis sui  
regis Costi, falsis dīs seruiebat, sed rex regū  
Christus Iesus ex alto eam prospectans, mi-  
sericordia tactus, sponsam sibi delegit, velu-  
t rosam vernantem, pulcherrimumq; liliū  
colligens ad sacrū baptismum eam vocavit,  
scite

In festo sanctæ Catherinæ. 443  
scite sanè Paulus dixit. Dñs scit qui sunt ei,  
ipse vtpote sapientissimus ante mundi con-  
stitutionē electos suos agnouit, elegit & a-  
mauit, & vitā æternā eis dare instituit, vnde  
clamat Apostolus. Qui elegit nos in ipso, **Eph. 1.**  
ante mundi cōstitutionem, vt essemus san-  
cti & immaculati in cōspectu eius, in chari-  
tate. Vbi notandum quod prædestinatio se-  
cū dū rationē præsupponit electionē, electio  
autē dilectionem. Ratio, quia prædestinatio  
est: pars prouidentia, prouidentia vero si-  
cut & prudētia est in intellectu existēs præ-  
ceptiua ordinationis aliquorū in finem: nō  
autem præcipitur aliquid ordinandū in fi-  
nē, nisi præposita volūtate finis. Vnde præ-  
destinatio aliquorū in vitā æternā præsupo-  
nit secundū rationē quod Deus illorum ve-  
lit salutem, ad quod pertinet electio & dile-  
ctio. S. Thom. 1. p. q. 23. ar. 4. O nos foelices  
fratres si tantā gratiam non neglexerimus,  
Deus optimus antequā mūdus fieret nouit  
nos, & elegit nec nō & dilexit, nō vt mūdia-  
libus adhæreamus rebus, aut voluptatibus  
dediti ferarū more vitam nostrā ducamus,  
sed potius vt simus sancti, & immaculati, ne-  
dum in cōspectu hominum, sed in cōspectu  
Dei, qui abdita nostri cordis intuetur. Cæte-  
rū, quia prædestinatorū numerus certus est,  
**Prædestina-  
tio sancto-  
rum.**

## Declamatio vigesima

**S. Augus.**

& angere aut inlunui nō potest, teste diuo August. li. de correctione & gratia, & beata Catherina, ex illo numero erat, vocauit eā dñs, vt ex lauacro sancti baptismi, sole ipso pulchrior, & candidior euaderet, dicente Pau-

**Rom. 8.**

lo. Quos præsciuit hos & prædestinauit, & quos prædestinauit hos & vocauit, quos vocauit hos & iustificauit, quos iustificauit hos & magnificauit. Rom. 8. Ecce charissimi, nos sua dignatione & munificētia Christus vocauit, & iustificauit in sancto baptis-

**2. Pet. 1.**

mate. Satagite obsecro vt p̄ bona opera certā faciatis vestrā vocationē, sicut Petrus oēs fideles hortatur. Quæ quidem opera sancta magnopere in hac gloriosa virgine emicāt.

**Secundo.**

¶ Secundo, opere preciiū erit obseruare opamifica, quæ Catherina virgo tenerrima, Christo Iesu eā roborante patrauit. Equidē gēnia hęc nō modo totā Alexandriā splēdore suę sanctitatis, sed vniuersū orbē magnopere illustrauit. Ni fallor, trifaria bona Christi amore afflata prorsus pessū dedit, & viriliter ea spreuit, quæ vel maximē mūdus adorare & amare solet. Primò regno tēporali renūtiās diuitias quasq; cōtēpsit. Erat quippē vnica hæres cui oēs parētū suorū opes iure cōueniebāt: at qui, alma puella cū apostolo clamās dixit. Oīa arbitrata sū vt stercora, vt

Christum

In festo sanctæ Catherinæ. 444

Christū Iesū, regē & spōsum meū lucrificiā Phil. 3. Verbū illud oīa nō vulgarē habet energiā, id est, oīa quæ tā opere hoēs vēdicare studēt in hac labili vita, vltro ne a voluntate horruī, & vilissima fore existimauī, quō Iesū angelorū gloriā, & piorū preciosū thesaurū perpetuo possidere queā. Itaq; argētū & aurū, lapidesq; preciosos omneis nihili pēdēs, margaritū hoc q̄ cūctis rebus creatis precelētius est, mihi cōparauī, sicut scriptū est. In uēta autē vna preciosa margarita dedit homo oīa sua & cōparauit eā. Fugite & vos fratres auaritiā quæ insatiabilis rerum cupido est, teste diuo August. li. 3. de libero arbitrio cui cōsentiunt theologi. 2. d. 2. 2. præsertim diuus Tho. 2. 2. q. 118. ar. 2. Hęc beluā sunt etiā detestati Ethnici, lumine naturali dūtaxat edocti. Quin & auaris tā deest q̄ habet, quā quod nō habēt, vt probe diuus Hieron. scribit ad Paulinū. Quid q̄ oīs auarus ex potu sitim multiplicat, nā cū quæ appetit adeptus fuerit, ad optinenda alia anhelat. Qui enim adipiscēdo pi⁹ appetit, huic sitis ex potu crescit: quā obrē cōmode auarus hydro-pico assimilat. S. Gre. li. 14. mora. Hoc p̄spicue intelligēs diua Catherina, spiritu Dei acta, toti⁹ regni sui opes dereliquit, & Saluatore mundi cādido dilexit pectore: quomo-

Phil. 3.

Matth. 13

Aris. ethi.

S. Hieron.

Kk 4

do currus

Declamatio vigesima

curtus auaritiæ quatuor rotis trahitur, quæ  
sunt pusillanimitas, inhumanitas, contem-  
ptus Dei, mortis obliuio, laus beatus Ber-  
nardus expedit. ser. 38. in Canticis Canticorū.  
¶ Secundum bonum quod virgo Catheri-  
na ob Christi amorē deseruit, est honor &  
mundi huius gloria. Hæc planè seculi huius  
gloriolâ sic homines dilexerunt, vt diuitias  
omnes & vitâ tantopere dilectâ pro illa ca-  
pessenda libèter expenderēt: vnde Philoso-  
phus quidâ dixit. Gloria est maximū bono-  
rū exteriorū, virtutis merces, quæ bonis vi-  
ris tribuitur: sed verè nō est virtutis preciū,  
sed testificatio qua testamur nos sentire vir-  
tutē ei inesse quē honoramus. O quāta sitis,  
quantaque cupido antiquis fuit honoris &  
gloriæ hominū acquirendæ: quæ cupiditas  
vtinâ in orthodoxis prorsus esset extincta,  
nēpè honos hic fax mētis est, quæ sola ani-  
mos mortaliū perurit, inflammatq; ad magna  
capessenda, & ad pericula intrepide subeū-  
da: adeo vt viri magni animi excellētia præ-  
stantes summū bonorum, quamuis falso, in  
gloria collocarunt, ad gloriâ perinde atque  
metâ, omnes actiones direxerint. Deniq;:  
pro gloria mortem appetere nō recusarint,  
sed quâsit innanis & fallax mundi labentis  
gloria vates euāgelicus Esaias nobis aperiat.  
Omnis

Tertiâ.

Ethi. 4.

Nota.

In festo sanctæ Catherinæ. 445

Omnis caro fœnū, ait, & omnis gloria eius  
quasi flos fœni. Mira res, quam bene suis na-  
tuis coloribus humana gloria depicta con-  
spicitur in fragili flore fœni: non arbori ce-  
dro, non lauro, aut cupresso comparata est  
caro nostra, sed fragili fœno, quod priusquā  
euellatur, suapte natura breuī admodū are-  
scit. O insignē stultitiam, o miseram homi-  
num insolentiam, fastu magno turgescunt,  
efferrūtur superbientes, cum nihil sint quam  
fœnum. Et eorum gloria vti flos fœni, vto  
mortis flante subinde arescat, & decidat. Sci-  
te sanctus Chrysostomus dixit. Si gloriam  
cupis, gloriâ despice, & omnibus gloriosior  
eris. ho. 4. in Ioannem. Si ergo omnis seculi  
præsentis gloria fœni instar, & floris eius e-  
uanescit, quorsum eâ tantopere affectamus?  
equidem fera hæc Phariseos & doctores le-  
gis trucidauit. Quique omnia opera sua eo  
faciebant, vt viderentur ab hominibus, idcir-  
cō receperunt mercedem suam: non sic nos  
charissimi, sed verā gloriam quæ à solo Deo  
est pro nostra virili quærentes, mortalium  
laudes contemnamus, cum Apostolo dicen-  
tes. Gloria nostra hæc est testimonium con-  
scientiæ nostræ. En vbi tranquillitas & pax,  
quæ exuperat omnē sensum sita est. O pru-  
dentissima mulier Catherina, quæ gloriæ  
regni,

S. Chryso.

Cor. 1.

Kk 5 regni,

Declamatio vigesima

regni, & coronam marcesibilem foreuit,  
quas preta coelestem gloriam adinuenit, cū  
Christo regnans.

Quarto.

¶ Sub hęc, obseruatione dignam est, quam  
generosē tertiū bonū cōtēplū, quod tāti fa-  
dere homines solent. Sanē iuuentutem suā  
& pulchritudinem pro nihilo reputauit. Tā  
quam ob oculos haberet illud Salomonis  
insigne dogma. Fallax gratia & vana est  
pulchritudo. Mulier timens Deum ipsa lau-  
dabitur. pro. 31. O quam mendax est quæ-  
uis corporis species, quam infirmitas statim  
aufert, senectus adimit, & mors furibunda  
tam ocysimē consumit. Fallax gratia, quæ  
sic oculos aspectantium illaqueat, & misere  
illaqueatos occidit. Valde inanis est pul-  
chritudo, quæ profectō cute faciei abstra-  
cta subinde auolat, & indeformitatem ver-  
titur. Circulus aureus in naribus suis mulier  
pulchra & fatua ait, Salomon. Non quod  
pulchritudo, non sit donū Dei, sed heu quia  
ingrati homines eo peruersē vtuntur. Hinc  
sanctus Augustinus lib. 15. de ciuitate Dei.  
Pulchritudo corporis bonum Dei donū est,  
sed propterea id etiam malis largitur, ne ma-  
lū, bonū videatur bonis. Mirabile est. quod  
Ambrosius lib. 3. de Virginitate narrat. Iu-  
uenis quidam quam propter admirabilem

oris

In festo sanctæ Catherinæ. 446

oris pulchritudinem in amorem foeminas  
incenderet, stigmatibus vultum suum exa-  
rauit, ne amplius mulieres eum amare pos-  
sent. Quando quidem cuiusdam sapiētis mi-  
ror consilium qui lumine fidei illustratus  
non erat. Is suis discipulis suadebat, vt sese  
in speculo crebro aspicerent & qui sua pul-  
chritudinē esset delectatus, impendio curā-  
ret, ne dignitatem corporis malis dedecora-  
ret moribus: qui verō minus commendabi-

Socrates.

lem se forma putaret, ille turpitudinem vir-  
tutis laude tegeter. Videns ergo alma Ca-  
therina, alioqui pulcherrima, quam fallax &  
vana sit corporis species, eam contemnens,  
Christo Iesu sponte obtulit. Contemplans  
que eum in cruce pendentem, non habentē  
speciem nec decorē, qui speciosus erat præ-  
filijs hominū, horruit omnē decorē carnis.

Quinto.

¶ Deniq; hęc virgo sanctissima flagrans a-  
more Dei, nō modo mundi fallacē gloriam,  
diuitias, & pulchritudinē, vanaq; gaudia se-  
culi contempsit, verum etiam vitam, qua ni-  
hil dulcius in hac vita, gratanter exponens  
ad martyrij palmam aspirauit. Sanē studijs  
liberalibus tradita, mira sagacitate ingenij  
pollebat, adeo vt philosophorū caterua stu-  
pefacta, ad fidei veritatē cōuolaret. Mira res  
vxoꝛē regis infidelē ad Deū cōuertit, nec nō  
sapien-

Declamatio vigesima

plentes, quos Cæsar contra eam vocarat, Christum Iesum verum Deum, ac redemptorem corde & ore confessi sunt: ac proinde gloriosum martyrium obeūtes cælorum thronos susceperunt. Quid plura? Intuens multitudinem populorum, & innumerabilia sacrificia preparata choros gentilium cætantium, christicolas verò plorantes, qui non audebant palam dominum Christum confiteri, crudelitatem paganorum extimescentes, virgo alma valde obstupēs, in foemineo pectore virilem animum inserens, comitata adiit templum in quo imperator Maxentius, & omnis populus sacrificabant vehementer doluit. Stans ergo sancta Catherina in hoc delubro, primò imperatorē alloquitur, vt cælos aspiciat, & astrorum pulchritudinem mirari incipiat: deinde Deum optimū qui orbis totius patrat or est adoret, & amplius idolis mutis nō inseruiat: quia ille dominus dominantium, & Deus deorum omnipotens est. Quique mundum perditum videns filiū suum misit dominum nostrum Iesum Christum, ex virgine Maria natū, & Spiritu sancto conceptum. Vt per passionem crucis, totum mundum redimeret illuminaretque. O mulierem fortem, cuius precium de vltimis finibus, quid de te dicam? quibus elogijs te

pro

Prob. 31.

In festo sanctæ Catherinæ. 447  
 pro dignitate laudemque quidem o beata Catherina longe melius quam de Eva dicere aulam. Hæc vocabitur virago, quia de viro sumpta est: ex Adamo cœlesti Christo Iesu tua virtus, & fortitudo dimanauit, alioqui nō tot egregia facinora facere quiuisses. Cæterum vbi ventum est ad cruciatus atroces, carceris scalorem, o quam gaudenter cuncta sustinebat voce sonora Christum Iesum predicans. Ad extremum virgo sancta collum suum iubens submittit gladio, coronam immarcescibilis gloriæ accipiens. Nos fratres modis omnibus beatam Catherinam venerationem, nam si martyribus digni non sumus, quod maxime perfectionis insigne est, non secundum se, sed vt imperatur à Charitate Sancti Thomæ. 1. 2. q. 124. artic. 3. Nihilominus summe nos solatur illud Gregorij, Quāuis occasio persecutionis deest, habet tamen pax nostra martyrium suum. Quia & si colla ferro non subdimus, spiritali gladio desideria mala in mente frucidamus, & iterum, Home. 35. Nos sine ferro & flamma martyres esse possumus, si patientiam in animo veraciter tenemus. Faxit Deus optimus maximusque fratres, vt sic infracto animo aduersa quæque sustineamus, vt cum beata Catherina in ethereis aulis regnemus. Præstan-

Genes. 2.

S. Th. 1. 2.

q. 124.

S. Grego.  
 bo. 35.



Declamatio vigesima  
stante Christo Iesu Salvatore nostro. Qui  
cum patre & Spiritu sancto vivit, & re-  
gnat in secula cum

**DE**CLAMATIONES IN  
omnes sanctorum festiuitates finiunt, ad  
laudem et gloriam Christi Iesu domini  
nostri. Qui sua potenti virtute,  
eos sanctifica-  
uit.

Omnia sacrosanctæ Roma-  
næ ecclesiæ censuræ lu-  
bens submit-  
to.

**FINIS.**

TABVLA VNIVER-

salis huius libri.



- In festo sancti Andree, declama-  
tio prima folio. 1.
- In festo sancti Nicholai, annota-  
tiones quedam. fol. 16.
- In festo conceptionis Marię, annotationes.  
fol. 25.
- In festo sancti Thomę, annotationes ali-  
quot. folio. 32.
- In festo natiuitatis dñi, annotationes. fo. 36.
- In festo sancti Stephani, annotatiões. fo. 42.
- In festo sancti Ioannis, annotationes. fo. 50.
- In festo Innocentium annotationes. fol. 61.
- Pro circūcisione dñi, annotationes. fol. 65.
- Pro epiphania dñi annotationes. fol. 73.
- Pro baptismo Christi, annotationes. fol. 82.
- Pro Cathedra sancti Petri. folio. 91.
- In festo Fabiani & Sebastiani, declamatio.  
folio. 92.
- In conuersione sancti Pauli, declamatio. fo-  
lio. 109.
- In festiuitate S. Matthiæ, declamatio. f. 130.
- In solēnitate S. Ioseph annotatiões. fo. 149.
- In festo sanctorum philippi & Iacobi, decla-  
matio. fol. 154.
- In festo inuētionis Crucis annotatio. f. 173.
- In festo. S. Ioānis ad portam latinam. anno-  
tationes. fo. 180.

In fe-

Tabula

- In festo corporis Christi declamatio. f. 185.  
In festo S. Ioannis Baptistę. declamatio. f. 208.  
In festo Petri & Pauli. declamatio. fo. 246.  
In festo. S. Marię Magdalenę declamatio.  
folio. 250.  
In festo. S. Iacobi, annotationes. fol. 269.  
In festo S. Annę, annotationes. fol. 274.  
In festo trāsfiguratiōis annotatiōes. fo. 280.  
In festo S. Laurentij, declamatio. fo. 285.  
In festo S. Dominici, annotationes. fo. 299.  
In festo S. Bartholomęi, annotatiōes. f. 302.  
In festo S. Augustini, declamatio. fol. 306.  
In decollatiōe Baptistę, annotatiōes. f. 324.  
In festo exaltationis sanctę Crucis, decla-  
matio. fol. 329.  
In festo S. Matthęi, declamatio. fol. 340.  
In festo S. Michaęlis, declamatio. fol. 355.  
In festo S. Hieronymi, annotationes. f. 373.  
In festo S. Fręcisci, annotationes. fol. 380.  
In festo Simonis & Iudę, declamatio. f. 384.  
In festo omniū sanctorū, declamatio. f. 395.  
In festo animarū, declamatio. fo. 420.  
In dedicatione ecclesię, declamatio. fo. 427.  
In festo S. Catherinę declamatio. fo. 434.

*SALMANTICÆ.*

Apud Ioannem Baptistam à Ter-

ranoua. Anno. 1573.

